Digitized by Google

A 493267

Library of the University of Michigan
Bought with the income
of the
Ford - Messer
Bequest

Digitized by Google

Digitized by Google

5705
A

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

VOLUMEN I. PARS I.

MONACHII.
Typis MICH. LINDAUER, TYPOGRAPHI AULICI.
MDCCCXXIX.

Digitized by Google

MONUMENTA BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM OCTAVUM.

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII.
SUMPTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXXIX.

Digitized by Google

MONUMENTA

BOICA.

VOLUMEN VIGESIMUM OCTAVUM.

Iussit

ACADEMIA SCIENTIARUM BOICA.

MONACHII.
SUMPTIBUS ACADEMICIS.
MDCCCXXIX.

Digitized by Google

Septem et sexaginta anni sunt, quum academia scientiarum Electoralis, quicquid diplomatum uel aliarum ueterum chartarum in Augiensi et Garsensi canonicorum regularium, in Atilensi atque Rotensi sodalium D. Benedicti coenobiis asseruabatur, typis euulgando, Monumentorum Boicorum collectionem feliciter auspicata est.

Noua hinc, eaque haud leuia rerum totius Germaniae australis illustrandarum adiumenta. At enim beatissimum ut formatricum artium, ita historiae seculum, delatis ad Augustissimum Regem Ludouicum imperii fascibus illuxit. Cui scientiarum academiam instauranti quantae curae fuerit conformatio Monumentorum Boicorum redintegranda, testes sunt litterae patentes a. d. VI. Kal. Apriles anni 1827 datae, quarum articulus duodeuicesimus eam legem academiae scripsit, ut Monumenta inprimis tueretur, neque eam collectionem intra fines ueteris Bauariae nimis angustos consistere pateretur, sed ad terras quoque (id quod iam diu desideratum est) his proximis uiginti quinque annis regno nostro adiectas propagaret.

Ea enim mens et illius et aliarum Optimi Principis sanctionum erat, ut thesaurus uere singularis diplomatariorum, quae ex tam multis, tamque uetustis ecclesiis cathedralibus (Laureacensi siue Passauiensi, Frisingensi, Ratisbonensi, Augustana, Bambergensi, Aichstadiensi, Herbipolensi, Spirensi, Fuldensi, denique Moguntina), ex nobilissimis,

145793 a

Digitized by Google

olimque florentissimis imperii ciuitatibus (Norimbergam dico, Augustam, Memmingam, Spiram, Suinfurtum ceterasque) ad nos peruenissent, communi tandem eruditorum usui aperiretur.

Hac uia insistens oratio a. d. V. Kal. Apriles anni 1830 sollemnibus diei natalis academiae unius et septuagesimi a libero Barone de Hormayr habita, Monumentorum fata ex uoluminum ordine perstrinxit, impedimenta morasque eius operis enarrauit, summas utilitates in rebus illustrandis terrarum inde ab Ilargo et lacu Bodamico ad fines usque hungaricos, iuga Teriolensia, mare Adriam patentium demonstrauit. Neque ea praetermissa sunt, quae historiae amatores in hoc opere adhuc requirebant, quaeque sub auspiciis Ludouici Regis commode ac pie transacta sunt, ut illorum desideria explerentur.

Hoc igitur uolumen, quod iam nunc prodit, totius collectionis duodetricesimum, et proxime sequentia *bipartita* sunt. Quippe pars *prior Imperatorum Selecta*, quae uocamus, exhibet, id est diplomata summorum gentis christianae principum, sacrique Romani imperii capitum, inde a Carolo Magno, nominis romani altero parente per quingentos annos ad finem usque interregni magni, ac Rudolphi Habsburgici electionem continuata, (773 — 1273). Pars autem *posterior* diplomata et codices traditionum ecclesiae Laureacensis siue Passauiensis sistit, quae sicuti ab altera parte Agilolfingorum Hugibertum, Odilonem, Thassilonem attingunt, nec ab ulla nobilissimarum Bauariae orientalis stirpium aliena sunt, ita in alteram partem rerum Austriae cis transque Anasum quasi nouam historiam recludunt a Merouingorum aetate ad ea tempora, ubi Babenbergensibus extinctis rex ille Ottacarus istam haereditatem auertit, et quamuis heroica exuberans uirtute non modo de corona imperiali, clandestinis certe uo-

Digitized by Google

tis exoptata, sed de ipsa Babenbergensium haereditate tam opima (Austria, Stiria, Carniola), et de Carinthia ab ultimo stirpis Sponhemo-Ortenburgensium adhuc in Bauaria superstitis duce legati nomine relicta, Comiti Habsburgi concedere coactus est.

Nullum neque uetustioris, neque recentioris memoriae corpus diplomaticum per Germaniam diuulgatum tale quidquam exhibuerit, quale Imperatorum Selecta continent, nouae Monumentorum Boicorum collectionis decus atque ornamentum. Hinc iuris publici et priuati, hinc geographiae, hinc chronologiae promptuarium inexhaustum, hinc quae fuerit per Germaniam superiorem totius medii aeui indoles ac quasi imago, facillima interpretatio. Nimirum ex hac quidem Monumentorum Boicorum parte scholam absolutissimam palaeographiae, sphragisticae, semioticae, formularum scientiae, disciplinae tabulariae sensu strictiori, fraudum adulterandi nouarum, errorum in indictionibus annisque imperii gesti computandis paene inextricabilium nullo negotio concinnaueris.

Hanc autem in edendo rationem iniuimus, ut primum *autographa* indubia prodirent, deinde Imperatorum litterae uel dubiae fidei, uel adulterinae uel fictae et signis aut nullis, aut grauiter laesis aut plane corruptis notandae sequerentur, postremo *apographa*, et exempla seriore tempore ex traditionum codicibus uel libris, quos uocant, copialibus transscripta, vetustate et rerum grauitate haud raro archetypis ipsis anteponenda agmen clauderent.

Quae iam semel in Monumentis Boicis edita sunt, ea breuicula laudatione commemorata sunt: sed quae aut in aliis corporibus diplomaticis, aut in operibus rarioribus, aut in dissertationibus peculiaribus, quibus per uniuersitates litterarum,

Digitized by Google

uel aulas principium certa quaedam sollemnia ansam praebuerant, inueniuntur, ea in opere populari omittere religio erat, ne rationis imperfectae, et utilitatis historicorum ex fontibus patriis indagantium parum prospectae merito coargueremur. Singulis diplomatis notae adiectae sunt, quibus eorum usus atque intellectus adiuuaretur, simul operibus laudatis, in quibus aut integra aut ex parte, plus minus mutila uitiosaque iam olim edita sunt. Praecipuam uero, nec, ut speramus, operam ingratam *indice tripartito* rerum, personarum, locorum nauabimus, ad Imperatorum diplomatum, et sectionum singularum calcem suppeditando. Nec deerunt orationes memoriaeque academicae, quae diplomatum momenta singularium ad studia uel historiae iurisque publici, uel genealogiae, heraldicae et disciplinarum historiae adiutricum augenda expendant atque demonstrent. Flagitant ea munera sodalium clarissimorum manes, Lorii, Pfeffelii, Kennedyi, Schollineri, Zirngiebelii, Westenriederi, Dubuatii, Nagelii, et regiae academiae opimam laudis hereditatem in memoriam reuocant, quam ea, ut aiunt, cum beneficio legis et inuentarii adiit. Ergo tantorum nominum usuras continuo et liberaliter reddere nunquam cessabit. Sigillorum denique, formularum, rerum palaeographicarum, epitaphiorum specimina notatu digniora, tabulae aeneae sectionibus integris adiungendae expedient.

Datum Monachii, ex aedibus regiae academiae, anno salutis nostrae millesimo octingentesimo tricesimo, a. d. XV. Kal. Novembres, quo die ipso Rex Ludouicus Ratisbonae, uetustissima Bauariae metropoli, Walhallae, monumenti illius uniuersae Germaniae communis fundamenta posuit.

Digitized by

I.

Anno 777. 7. Januar. Heristatio palatio.

Caroli Magni praeceptum, quo monasterio fuldensi Hamalumburc in pago Salecgau cum attinentiis donat.

(*Chrismon.*) Carolus Gratia Dei Rex Francorum et Langobardorum ac Patricius Romanorum. Quicquid enim ob amorem Domini et oportunitate ſervorum Dei locis venerabilibus concedimus hoc nobis ad mercedis augmentum vel ſtabilitatem Regni Noſtri pertinere confidimus Quapropter conpertum ſit omnium fidelium noſtrorum magnitudini. Qualiter donamus ad monaſterium Fulta quod eſt in honore beatorum apoſtolorum Petri et Pauli in pago Grapfelt conſtructum ubi precioſum corpus bonefacii martyris requieſcit. quaem uir uenerabilis ſturmio abba in regimine habere uidetur Id ſunt res proprietatis Noſtrae hamalumburcc ſitum in pago Salecgauio ſuper Fluuio ſala cum omne integritate uel adjecentiis ſeu apendiciis ſuis Achynebach Thüuperſbach harital hoc eſt quantumcumque in ſuperius nominata loca habere uidemini. id eſt tam terris Domibus aedificiis acolabis mancipiis uineis ſiluis Campis pratis paſcuis aquis aquarumue decurſibus mouilibus et immouilibus omnia et ex omnibus ad prefatum ſanctum locum tradidimus perpetualiter ad poſsidendum. Propterea hanc precepcionem auctoritatis noſtrae conſcribere juſsimus. ut ab hac die tam memoratus Sturmio abbas quamque ſui ſucceſsoris qui fuerint rectoris ejuſdem ſancti loci predictis rebus ad opus jam dicte aeccleſiae habeant teneant adque poſsedeant Et quicquid exinde ad profectum ipſius ſancti loci facere elegerint liberum perfruantur arbitrium. et nullus quislibet de judiciaria poteſtate aut qua-

Digitized by Google

libet persona predicto Sturmioni abbati neque actoribus aut successoribusque suis de memoratis rebus inquietare uel calumniam generare quouis tempore non presumat sed per nostrum preceptum jure hoc ualeant possedere firmissimum quatenus melius delectet ipsa congregacione pro nobis uel stabilitate regni nostri etiam uxore et prolis domini misericordia jugiter exorare et ut haec auctoritas firmior sit manos nostre signaculis subter eam decreuimus roborare et de anolo nostro jussimus sigillare.

Signum *(Monogramma.)* Caroli gloriosissimi regis.

Uuigbaldus ad vicem Radonis *ff.* (*cum sign. recogn. et notis tiron.*)

L. S.

Data septimo Idus Januar. Anno nono et tercio regni nostri. Actum haristalio Palacio publicae in dei nomine feliciter.

a) Sigillum, ex annulo, ut videtur, duplici, impreſsum, in ora dextra nonnihil laesum est, qua laeſione inscriptionis litterae primae ac ultimae perierunt. Specimen ejus ac ipsius instrumenti exhibuit Schannat in Vindiciis archivi fuldensis Tab. VI. ad pag. 54.

b) Anni regni, et quidem nonus francici et tertius longobardici, currentes conveniunt anno Chr. 777, cui concordat locus negotii peracti, Heristall; nam ibi Carolus fine Decemb. 776 et initio anni 777. morabatur, cnfr. annal. Lauriſsenſes ac Eginhardi Tom I. Mon. hiſt. german. p. 156 et 157. nec non Reginonis ibib. p. 559. a.

c) Editum in Schanat tradit fuld. 27. num. 31. cnfr. deſuper notae ejus in Buchonia p. 423 nec non ab Eckhard. franc. orient. I. 644 — 652.

Digitized by Google

II.

Anno 794. 22. Februar. Franconofurd.

Diploma Caroli M., quo Monasterio St. Emmerami quaedam prata juxta muros Reganisburg confert.

(*Chrismon.*) Carolus gratia dei rex francorum et langobardorum ac patricius romanorum quicquid enim ob amorem dei locis sanctorum uenerabilium beniuola deliberatione cedimus uel condonamus hoc nobis ad mercedem animae ſeu stabilitatem regni nostri pertinere credimus. Igitur notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris qualiter nos propter nomen domini et aeternam remunerationem ſeu pro oportunitate seruorum dei do(na)mus ad ecclesiam quae est constructa in honore domini nostri Jesu Christi et sancti hemmeramni pontificis ac martiris juxta muros Ciuitatis nostrae reganisburgensium quo precioſum ejus requieſcit corpus ubi est Congr(egat)io ſa(n)cta (mona)chorum donatumque in perpetuum ad eundem ſanctum locum esse uolumus. Id est a parte meridiana ipsius monasterii terra culta et inculta. jugera. ducenta. ſexuaginta et sex et de prato in totum juxta fontem cujus uocabulum est uiuarius ubi potest colligere fenum carradas quinquaginta octo. Est autem spacium longitudinis de ſepe Gyro ipsius monasterii posita uſque ad ipſum fontem perticas decimpedas quadringentas duodecim et de ipso fonte ſurſum in monte perticas centum quadraginta et ſeptem et ſupra ipſo fonte habet in latitudine de uia publica uſque ad aliam publicam perticas centum quinquaginta et in medio spacio de ipſa uia publica usque ad aliam viam noviter factam perticas centum quadraginta juxta Sepem uero monasterii ubi latissimum est perticas ducentas ſeptem haec autem omnia superius comprehenſa et designata ſalua justicia ceterarum ecclesiarum dei sicuti nostra. uidetur esse prossessio uel dominatio ad jam dictam casam dei pro futura salute plenius concessisse et in omnibus confirmasse cognoscite Praecipientes ergo jubemus. Ut rector et ab(bas) ejus-

Digitized by Google

dem C(o)enob(..)ii suique successores qui fuerint rectores antedicti monasterii sancti hemmeramni uel monachi inibi sub sancto drdine consistentes suprascribta terra et prata per loca et cononia designata deinceps per hanc nostram auctoritatem atque confirmationem perennis temporibus ad partem saepe dictae ecclesiae fieneant atque possideant ita ut Christo propicio in aelimosina notstra ad ipsam Casam Dei perpetualiter proficiat in augmentis Et ut haec auctoritas firmior habeatur et diuturnis temporibus domino auxiliante melius conseruetur manu propria subter firmauimus. et de anulo nostro siggillari jussimus.

Signum *(Monogramma)* Caroli gloriosissimi regis.

Ercanbaldus ad uicem radoni S. (Subscripsit cum signo recognitionis, in quo apparent notae tironianae.)

L. S.

Datum VIII. Kalend. Martii anno XXVI. et XX regni nostri. Actum super fluuium moin in loco nuncupante Franconofurd in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum totum adhuc extat ac tantummodo cera in ora sinistra nonnihil laesa est.

b) Notae chronologicae, nimirum anni regni francici et longobardici apprime inter se conveniunt, atque respondent anno Chr. 794.

c) Membrana tenuis hinc inde exesa, et in duobus locis (signo notatis) detrita atque commaculata est, quae cum ipsis litteris ac vocabulis rescriptis suspicionem rasurae ac correcturae sive potius suppositionis vix effugiunt. Lacunae paucae ex contextu suppletae sunt, respectu habito ad quasdam apicum reliquias et ad ipsam vacui spatii rationem, denotatae signo ( ).

d) Editum in Pez. thesaur. Anecd. I. III. 1 num. 1. Lünig spicileg. eccles. contin. III. Forts. p. 98. in Libro Probat. S. Emmerammi 1. n. 1. in Ried cod. Ratisb. dipl. 8. n. 10., cujus lectio ac nota critica in

Digitized by Google

locum alterum rasum a fide et textu diplomatis originalis longissime recedunt; nam neque Appolonii abbatis nec Adalwini episcopi aliqua vestigia ibidem conspici possunt. Caeterum omnes istae editiones pluribus lectionibus erroneis vitiatae sunt, adeo, ut correctior editio necessaria omnino haberi possit. Secunda littera Nominis fontis in originali paulo obscurius scripta ex fide apographi saec. XI. ap. cit. Pez. lecta, ipsumque illius nomen: Uiuarius expressum est, quod liber probat. et Ried cit. loc. male legunt: Urvarius.

III.

Anno 807. 7. August. Ingelheim.

Carolus M. Imper. confirmat commutationem bonorum quorundam in pagis Collogoe et Dubragoe, inter Egilwardum Episc. Wirceburgensem et Audulfum comitem initam.

(*Chrismon.*) In nomine patris et filii et spiritus sancti Karolus serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium. Qui et per misericordiam dei rex francorum et longobardorum. si enim ea quae fideles regni nostri pro eorum oportunitatibus inter se commutaverint uel concamiaverint nostris confirmamus edictis regiam exercemus consuetudinem et hoc inpostmodum Jure firmissimo mansurum esse credimus. Igitur notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini praesentium scilicet et futurorum. Qualiter vir venerabilis agiluuardus uuirziburgensium urbis ecclesiae Episcopus Necnon etiam Et audulfus gloriosus comis missa petitione Innotuerunt celsitudini nostrae eo quod ipsi aliquas res pro eorum oportunitate Inter se conmutafsent uel concamiassent. Dedit igitur iam dictus vir agiluuardus uenerabilis episcopus de rebus monasterii sui quod est constructum in honore sancti saluatoris ubi sanctus Kilianus martyr praeciosus corpore requiescit Unacum consensu et uoluntate seruorum dei ibidem consistentium praedicto uiro au-

Digitized by Google

dulfo glorioso comiti ad partem nostram ecclesia(m) una(m) in villa quae uocatur fridunbach quae est in pago cuius uocabulum est colloguoe Unacum terris domibus aedificiis campis pratis siluis pascuis Aquis aquarumque decursibus mobilibus et Inmobilibus Quicquid ad ipsam ecclesiam pertinet Uel quantumcumque In ipsa uilla habere uisus est et eius inibi Uidetur esse possessio uel dominatio et decimam quod de tribus uillis exire debet. Id est de supra scripta uilla fridunbach et autgausisoua et uualtmannisoua excepto illa manicipia reseruauit partibus sancti Kyliani martyris. similiter in conpensatione hujus meriti dedit jam dictus Audulphus comis per nostrum comiatum de ejus beneficio suprascripto uiro Agilwardo venerabili episcopo et ejus congregationi ad partem ecclesiae suae Wirzeburgensium quae est constructa in honore sancti saluatoris ecclesia(m) una(m) in pago Dubragaoe In uilla cujus vocabulum est Sciffa super fluuium quae(i) uocatur simili modo sciffa unacum terris domibus aedificiis campis siluis pratis pascuis Aquis aquarumque decursibus cultis et incultis. et in alia uilla quae uocatur odinga in ipso pago domibus aedificiis campis siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus uel quantumcunque Hundulfus quondam in ipso comitatu Adolfi uisus fuit habere et filius eius agilulfus Presbiter adhuc habere uisus est. Unde et duas commutationes pari tenore conscriptas manibusque bonorum hominum roboratas nobis ostenderunt ad relegendum sed pro integra firmitate petierunt celsitudini nostrae ut in aelymosina nostra per nostrum mansuetudinis praeceptum ipsas commutationes denuo cnfirmare deberemus quorum petitionem denegare noluimus sed pro firmitatis studio seu pro mercedis nostrae augmento Ita concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo jubemus ut inspectas ipsas commutationes manibusque bonorum hominum roboratas sicut per eas declaratur quicquid pars alteri pro ambarum parcium oportunitate Juste et rationabiliter contulit parti deinceps jure firmissimo per hanc nostram auctoritatis indulgentiam teneat atque possedeat uel quicquid exinde facere voluerit ad profectum utilitatis nostrae tam ipsi quamque et successores eorum liberum in omnibus perfruantur arbitrium Et ut haec auctoritas firmior

Digitized by Google

habeatur uel per tempora melius conseruetur de anulo nostro sigillari jussimus.

Aldricus ad uicem Ercanbaldi recognoui et *ff.* (*S. R. cum. n. t.*)

L. S.

Data VII. Id. augusti Anno VII. christo propitio Imperii Nostri et XXXVIIII. regni Nostri In francia atque XXXIIII. In Italia Indictione XIIII. Acta Inghilinhaim palatio Nostro In dei Nomine feliciter amen.

a) Impreſsum ex annulo ſigillum optime expreſsum ac conſervatum.

b) Notae omnes chronologicae concordant cum anno C. 807. praeter indictionem, quae in autographo habet correcturam ambiguam, nam debet eſse XV^ta.

c) In Signo Recognitionis apparent notae Tironicae.

d) Edidit ab Eckhart Francia or. II. 863. ex autographo cum ſpecimine ſigilli.

IV.

Anno 811. 1. Decemb. Aquisgrani.

Carolus M. Imper. Comiti Benit confirmat possessionem partis silvae Bochoniae.

(*Chrismon.*) In nomine patris et filii et spiritus sancti Carolus serenissimus augustus a deo coronatus magnus pacificus imperator romanum gubernans imperium Qui et per misericordiam dei rex francorum et Langobardorum Omnibus fidelibus nostris praesentibus et futuris notum sit Quia bennit comes fidelis noster Innotuit serenitati nostrae eo quod pater illius amalungus dum ceteri saxones pagenses illius contra nos Infideliter egissent praefatus amalungus

Digitized by Google

mallens fidem suam seruare quam cum ceteris Infidelibus perseuerare relinquens locum natiuitatis suae veniens ad nos et dum in nostro esset obsequio uenit ad uillam cujus est uocabulum uuluisanger quam tunc temporis franci et saxones Inhabitare uidebantur cupiens ibi cum eis manere sed minime potuit. Tunc pergens ad locum qui dicitur uualdisbecchi Inter uuiseraa et fuldaa proprisit sibi partem quendam de silua quae uocatur bocchonia quam moriens dereliquit filio suo bennit qui ad nostram accedens clementiam postulauit celsitudini nostrae ut nostrae auctoritatis preceptum circa eum confirmare deberemus quatenus ipse et heredes illius perennis temporibus absque alicujus praeiudicio tenere et possidere quieto ordine deberent cujus petitionem denegare noluimus sed ita nos illi concessisse atque in omnibus confirmasse cognoscite. Praecipientes ergo iubemus ut nullus fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum praefatum bennit uel heredes illius de hoc propriso quod in lingua eorum dicitur biuanc expoliare aut inquietare ullo quoque tempore praesumatis sed liceat sicut diximus eis per hoc nostrum praeceptum ipsam terram quantumcumque pater illius proprisit et ei in hereditate dimisit omni tempore tenere atque possidere. Et ut haec auctoritas firmior habeatur uel per tempora melius conseruetur de annulo nostro subter sigillare jussimus.

Suauis ad uicem ercanbalddi scripsi et (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data Kal. decembris Anno XI. christo propitio Imperii nostri et XLIIII. regni in francia atque XXXVII. in Italia. Indictione V. Actum aquisgrani palatio regio. In dei nomine feliciter amen. (*not. tir.*)

a) Periit sigillum impressum, cujus vestigia in duplici macula cerae adhuc apparent.

b) Annus imperii et indicto, haec incepta 1. Octob. vel potius 24. Sept. dicta caesarea, respondent anno ch. 811., minime autem anni regnorum, quae deberent esse XLIII. et XXXVIII.

c) Edidit ab Ekhart franc. or. II. 864. ex autographo. Cnfr. ejus commentar. ibid. 68. Edidit etiam Harenberg in historia Gandersheim. 1216.

Num. V.

Digitized by Google

V.

Anno 814. 3. Junii Aquisgrani.

Ludovicus Pius Imp. in suam tuitionem et defensionem recipit monasterium Campidonense.

(*Chrismon.*) In Nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi Hludouicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Cum petitionibus seruorum dei iustis et rationabilibus diuini cultus amore fauemus superna Nos gratia muniri non dubitamus: Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum sollertia praesentium scilicet et futurorum. Quia uir uenerabilis theodemirus abba Ex monasterio Cambidona quod est constructum In honore sanctae mariae semper uirginis detulit obtutibus nostris emunitatem domni et genitoris nostri Karoli serenissimi augusti in quo continebatur quomodo ipse ob amorem dei tranquillitatemque seruorum dei ibidem consistentium semper ipsum monasterium sub plenissima tuitione Et emunitatis defensione habuisset ob firmitatem tamen rei postulauit nobis praedictus abba ut auctoritatem genitoris nostri ob amorem et reuerentiam sanctae mariae genetricis dei et domini nostri Jesu Christi nostra confirmaremus auctoritate. Cuius petitioni libenter adquieuimus et ita in omnibus concessimus atque per hoc praeceptum nostrum confirmauimus. Quapropter praecipientes iubemus ut nullus iudex publicus neque quislibet ex judiciaria potestate nec ullus ex fidelibus sanctae dei ecclesiae ac nostris in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones praedicti monasterii quas moderno tempore iuste et racionabiliter possidere uidetur in quibuslibet pagis et territoriis quicquid ibidem propter diuinum amorem conlatum fuit quaeque etiam deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones Uel paratas faciendas aut fidejussores tollendos aut homines ipsius eclesiae tam Ingenuus quam et seruos Ipsius distringendos neq ullas redibitiones aut inlicitas occassiones requirendas ullo unquam tempore

ingredi audeat uel exactare praesumat. Et quicquid exinde fiscus noster sperare poterat totum praedictae ecclesiae concedimus ut perpetuis temporibus Ibidem proficiat in aumentum. Quatenus ipsis seruis dei qui ibidem deo famulantur pro nobis Et conjuge proleque nostra atque stabilitate totius Imperii nostri a deo nobis conlati atque conseruandi jugiter domini misericordiam exorare delectet. Et ut haec Auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente melius conseruetur manu propria subter firmauimus et de anulo nostro sigillari iussimus.

Signum *(Monogramma)* Hludouuici serenissimi Imperatoris.

Helisarchar recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data III. nonas Junius anno 1mo Christo propitio Imperij nostri Indictione III. actum aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen. (*not. tir.*)

a) Impreſsum ex annulo Sigillum optime conſervatum.

b) In anno Imperii deprehenditur raſura cum correctura, coaeva tamen; in indictione autem raſura videtur posterior, cui si substituatur vera, quae Imperii anno I^mo.^ concordat, nimirum VII. habebitur annus verus 814.

c) Editum apud Neugart Codice diplomatico alemanniae Tom II. 3. 4. ex autographo ad 4. Jun. 814., ubi male leg. II. seu. prid. Non.

VI.

814. 1. Septembr. Aquisgrani.

Privilegium Ludowici Pii, quo Hornbacensi ecclesiae immunitatem a theloneo concedit, sub quadam tamen conditione.

a) Sigillum ex annulo impreſsum periit, remanſitque ſolum foramen crucis decussatae cum macula cerae circa foramen et in membrana ſuperincumbente.

Digitized by Google

b) Indictio et annus imperii respondent anno chr. 814.

c) Editum ex autographo in Volum. VI. commentationum Mannheimensium p. 246. num. 3.

d) Hocce autographum pluribus in locis partim exesum, partim detritum et aerugine est infectum, ita ut lacunas I. C. Crollius, editor, qui copiam saeculi XV. cum autographo contulit, prout in notis editioni subiectis ipse observat, supplevisse credendus sit.

VII.

Anno 815. 3. Decembr. Aquisgrami.

Ludouuicus Pius Imperator Sigihardo Abbati monasterii Berg in pago donahgoe auctoritatem et mundeburdum Karoli Imperatoris confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi Hludouuicus diuina ordinante prouidentia imperator augustus. Si sacerdotum ac seruorum dei petitiones quas nobis pro necessitatibus suis innotuerint ad effectum perducimus. Non solum consuetudinem imperialem exercemus uerum etiam ad beatitudinem aeternae retributionis talia nobis facta — — — — — idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris tam praesentibus quam et futuris seu etiam successoribus nostris fidelibus sanctae dei ecclesie quia sigihardus uir uenerabilis abba ex monasterio quod est situm in loco nuncupante berg constructum in honore domini et saluatoris nostri Jesu Christi in pago donahgaoe obtulit obtutibus nostris Inmunitatem domni et genitoris nostri karoli bonae memoriae praestantissimi imperatoris in qua continebatur insertum qualiter antecessor eius nomine uuolcanardus quondam abba et quod monasterium in suo construxisset proprio et rebus propriis ditasset et postmodum ipsum monasterium cum omni integritate eidem domno et genitori nostro per strumenta Cartarum

tradidisset et idem domnus imperator ipsum monasterium propter diuinum amorem et reuerentiam diuini cultus sub plenissima defensione et inmunitatis tuitione consistere fecisset. Ob firmitatem tamen rei postulauit nobis praedictus sigihardus ut paternum morem sequentes huiuscemodi nostrae inmunitatis praeceptum ob reuerentiam ipsius sancti loci et aeternae retributionis fructum circa ipsum monasterium fieri censeremus. Cuius petitioni libenter adquieuimus et ita in omnibus concessimus atque per hoc praeceptum nostrum confirmauimus. Quapropter praecipientes iubemus ut nullus quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones memorati monasterii quas moderno tempore iuste et rationabiliter infra dicione Imperii nostri possidet uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci uoluerit diuina pietas augeri ad causas audiendas uel freda exigenda aut mansiones uel paratas faciendas aut fideiussores tollendos aut homines eiusdem monasterii tam ingenuos quam seruos super terram ipsius conmanentes injuste distringendos aut ullas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas nostris et futuris temporibus ingredi audeat uel ea quae supra memorata sunt paenitus exigere praesumat sed liceat memorato abbati suisque successoribus res praedicti monasterii sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. et quicquid exinde fiscus sperare poterit totum nos pro aeterna remuneratione praefato monasterio concedimus. ut in alimonia pauperum et stipendia seruorum ibidem deo famulantium perpetuo proficiat in augmentis. Quatenus seruos dei qui ibidem deo famulantur pro nobis coniuge proleque nostra atque stabilitate totius imperii nostri a deo nobis concessi atque conseruandî iugiter dominum exorare delectet. Et ut haec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius conseruetur manu nostra subter firmauimus et anuli nostri inpraessione signari iussimus.

Signum (*Monogramma*) Hludouuici serenissimi imperatoris

Durandus diaconus ad uicem helisachar recognouit et ss. (*S. R et n. t.*)

L. S.

Digitized by Google

Data III nonas decembris Anno Christo propitio secundo Imperii domni hludouuici piissimi augusti. Indictione nona. Actum aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Impressum ex annulo sigillum maxima sui parte illaesum est, deperdita solum parte quadam superiore.

b) Indictio, dicta caesarea, et annus imperii inter se conveniunt, et respondent anno chr. 815.

c) Ex orig. edidit Ried Cod. Ep. Rat. I. 15. 16. n. 19. denique Oesterreicher in den geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 528. N. I.

VIII.

Anno 820. 20. Januar. Aquisgrani.

Ludovicus Pius Imp. res quasdam in pago Badenachgau in marchia duarum villarum Eichesfeld et Gibulestadt Ecclesiae S. Salvatoris juxta castrum Wirceburgense donatas, a Radolpho vero Comite quondam abstractas, Vulfgario Episcopo Wirceburg. restitui praecipit.

(*Chrismon.*) In nomine domini dei et saluatoris nostri Ihesu Christi hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator augustus. Notum sit uolumus omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae et nostris tam praesentibus quam et futuris quia uulfgarius uuirziburgensis ecclesiae episcopus questus est In praesentiam culminis nostri eo quod quasdam res quae sunt In pago badanachgicouui In marcha duarum uillarum quarum uocabula sunt eichesfeld et gibulesstadt quas quidam homines hruntzolfus et luto frater eius et coniux illius frohildis ad ecclesiam sancti saluatoris uel sancti ciliani quae est sita super fluuium moina juxta castrum uuirziburg tradiderunt radulfus quondam comes Iniuste de eadem ecclesia abstraxisset Nos uero uolentes scire hanc rem qualiter se habere Iussimus bernarium episcopum et ermenfridum comitem

fideles missos nostros hoc Inquirere nobisque renuntiare quae res dum ab eisdem missis et ceteris fidelibus nostris Juxta ueritatis et aequitatis ordinem diligenter perscrutata et per homines bonae fidei ueraciter Inquisita esset Inuentum est Ita se habere Proinde placuit nobis ob mercedis nostrae augmento et aeternae retributionis fructum eidem ecclesiae praefatas res reddere Ob firmitatis tamen gratiam hanc nostram auctoritatem eidem ecclesiae fieri Iussimus per quam praecipimus atque Jubemus ut memoratae res In iure et dominatione praedictae ecclesiae eiusque rectorum consistant et nullam deinceps commotionem aut calumniam aut aliquod Inpedimentum a quoquam rectores et ministri ipsius ecclesiae pro hac causa se habituros penitus pertimescant sed quicquid de ipsis et in ipsis ob utilitatem et profectum ipsius ecclesiae facere uel Iudicare uoluerit libero in omnibus perfruatur arbitrio faciendi Haec uero auctoritas ut per diuturna tempora Inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem et a fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque uerius certiusque credatur de anulo nostro subter eam (iussimus sigillari) (not. tir.)

Durandus Diaconus ad uicem fridugisi recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data XIII. Kls. Febr. Anno christo propitio VI. Imperii domni hludouuici piissimi augusti Indictione XIII. Actum aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum.
b) Notae chronologicae, annus imperii et indictio respondent anno Chr. 828 (ante 28. Januar.)
c) Conspiciuntur notae tironicae tam ad finem contextus, quam in signo Recognitionis.
d) Edidit ab Eckhart franc. Orient. II. 880 ex autographo.
e) Membrana hinc inde exesa est, instrumentum tamen unam tantum in fine contextus lacunam habet faciliter supplendam.

Digitized by Google

IX.

Anno 821. 28. Julii. Prumiae.

Hludowicus Imperator Augustus Monasterio St. Mauricii in Althacha ad petitionem Teutpaldi Abbatis libertatis privilegium a Karolo Imp. genitore suo illi concessum confirmat.

a) Sigillum illaesum ex annulo impressum est, ast arte i. e. circulo ex orichalco postea firmatum, ne decidat.

b) Rasura cum correctura coaeva apparet in notis chronologicis: Hludowici, ac: octavo, qui tamen annus cum indictione convenit, ac anno Chr. 821. respondet.

c) Editum habetur in Hund. Metrop. II. edit. mon. 10. 11. edit. ratisb. 7. ac in Mon. Boic. XI. 103. 104.

X.

Anno 823. 19. Decembr. Frannconofurt.

Ludowicus Pius imperator immunitatem ecclesiae Wirceburgensis confirmat.

a) Sigillum ex annulo impressum optime expressum et conservatum.

b) Annus Imperii et indictio ordinaria conveniunt anno Chr. 823.

c) Ex autographo edidit ab Eckhart francia orient. II. 881. et N. Ant. Seiz in analysi libri brevis notitia monasterii Ebrach p. 172.

Digitized by Google

XI.

Anno 823. 19. Decemb. Francofurt.

Ludowicus Pius imperator ecclesiae Wirceburgensi designatas ecclesias et capellas, nec non res, marchas et decimas, a Carlomanno et Pippino traditas, confirmat.

(*Chrismon.*). In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu xpi hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator augustus. Cum locis diuino cultui mancipatis ob diuine seruitutis amorem opem congruam conferimus et regiam morem decenter implemus et id nobis profuturum ad aeternae remunerationis praemia cappessenda ueraciter credimus. Igitur notum esse uolumus cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus scilicet et futuris. Quia adiit serenitatem culminis nostri uenerabilis uir uulgarius uuirziburgensis ecclesiae episcopus. Quae est constructa In honore domini et saluatoris nostri ihesu Christi detulit obtutibus nostris duo praecepta domni et genitoris nostri Karoli piae recordationis praestantissimi Imperatoris. In unum continebatur qualiter bonae memoriae Karlomannus quondam aliquas cellulas uel basilicas unacum adiecentiis uel appendiciis earum per diuersos pagos et loca ad ipsam ecclesiam delegasset et postea domnus et genitor noster suo auctoritatis praecepto eandem largitionem ad praedictam sedem confirmasset. Id est basilicam Infra praedictum castrum In honore sanctae mariae constructam cum adiecentiis suis. basilicam In uilla naristagne in honore santae mariae et ecclesiam in uilla hengilonheim In honore sancti remigii et ecclesiam In uilla truciniacus quae est constructa in honore sancti martini. Suprascriptas enim basilicas sunt In pago uuarmacense similiter In pago morninse basilicum In uilla quae uocatur autmundisstat In honore sancti petri principis apostolorum unacum appendiciis suis. Et basilicam In pago neccraugauginse quae est constructa in uilla quae dicitur hlauppa In honore Sti. martini

martini cum adiecentiis. seu et In ipso pago basilicam In uilla helibrunna In honore Sti. michahelis archangeli constructam unacum appendiciis suis. Nec non et In pago uuinegardisuueiba In uilla burchaim basilicam In honore Sti. martini sitam cum omnia ad se pertinentia. Et In pago moligaugio Infra castro stochamburg basilica Sti. martini. In pago dubragauginse basilicam In honore Sti. martini. In uilla chuningashaoba cum adiecentiis eius. In pago basila constructa In uilla quae uocatur soagra ecclesiam Sti. martini. Et In pago hramgauginse in uilla uuinedisheim basilicam In honore Sti. martini. In pago guligauginse ecclesiam In honore Sti. iohannis baptiste In uilla gullahaoba Et basilicam in uilla uueolendishaim In honore Sti. martini. Et basilicam In iam dicto pago in honore Sti. remegii In uilla tornhaim Et basilicam In honore Sti. andree apostoli In uilla Kyrchaim Et basilicam In ipso pago quae dicitur Ippihaoba In honore Sti. iohannis baptiste Et in pago folafeld basilicam similiter in honore Sti. iohannis In uilla herilindaim. Et In pago baddenagaugia basilicam In honore Sancti martini In uilla chuningishaoba Etiam basilica In uilla sunindrinhaoba in honore Sti. remegii. Et basilicam In pago graffeldi In honore Sancti martini In uilla achifed. Etiam in ipso pago basilicam In honore Sti. petri In uilla quae uocatur chuningishaoba. Et In pago uuistregaugio in uilla branda basilicam In honore Sti. martini. Et In ipso pago In uilla madalrichistreuua basilicam In honore Sti. martini. Et In pago salaegaugia In uilla homolinburg basilicam In honore Sti. martini. Et monasterium constructum In honore Stae mariae In uilla quae uocatur Karloburgo cum omnibus ad se iuste et legaliter pertinentibus uel aspicientibus. Continebatur etiam In alio praecepto eiusdem domni et genitoris nostri qualiter Inspectas donationes siue traditiones per quas ipsa ecclesia ditata erat confirmasset. ut quicquid praedictus Karlomannus siue bonae memoriae domnus pippinus rex Et reliqui deo timentes homines ad ipsam ecclesiam delegassent Tam In rebus et marchis ac decimis Necnon et de pagensium uel heribannis perpetuo pars ecclesiae per easdem largitiones possideret Sed pro huiusce rei firmitate petiit clementiam nostram ut paternae auctoritate nostram

Digitized by Google

quoque Jungeremus auctoritatem. Cuius petitioni libenter adquieuimus atque Ita circa praedictam sedem concessisse atque confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo Praecipientes ergo iubemus ut quemadmodum constat a praedictis principibus ac reliquis catholicis uiris eidem ecclesiae conlatum Et a domno et genitore nostro per easdem auctoritates confirmatum Ita omni tempore per hanc nostrae auctoritatis confirmationem rectores et ministri pradictae sedis legaliter teneant atque possideant et faciant quicquid utilitati praedictae sedis congruerit. Et ut haec auctoritas nostris futurisque temporibus domino protegente Inuiolabilem atque Inconuulsam obtineat firmitatem Et a fidelibus sanctae dei ecclesiae et nostris uerius certiusque credatur Manu propria subter firmauimus Et anuli nostri Inpraessione signari Iussimus.

Signum *(Monogramma)* Hludouuici serenissimi imperatoris.

Durandus diaconus ad uicem fridugisi recognovi et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data XIIII Klds Jan. Anno Christo propitio VIIII Imperii domni Hludouuici piissimi Augusti Indictione prima. Actum Francunofurt palatio. In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum integrum est ac bene expressum, quamvis in dextra ora nonnihil laesum.

b) Annus imperii et indictio ordinaria conveniunt anno Ch. 823.

c) Ex chartariis edidit ab Eckhart in franc. orient. II. 882, num. 7., quae tamen editio multum ab Originali discordat, praecipue in nominibus propriis pagorum ac locorum. Confr. eius commentarii desuper ibid. I. 391, et II. 178; iterata denique confirmatio Arnulphi regis anno 889. 21. Novemb.

Digitized by Google

XII.

Anno 831. 25. Febr. Aquisgrani.

Ludovicus Pius Imperator cellulam quandam in ducatu Allemanniae in pago Augustkeouvi, Stettwanc vocatam, monasterio Campidona subiicit.

(*Chrismon.*) In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi Hludouuicus diuina ordinante prouidentia Imperator Augustus. Cum locis deo dicatis ob amorem dei et reuerentiam eorundem locorum sacrorum quippiam beneficii ad necessitates Inibi Deo famulantium subleuandas conferimus Id nobis procul dubio ad aeterna praemia consequenda atque stabilitatem Imperii a deo nobis commissi profuturum minime dubitamus. Idcirco notum esse uolumus cunctis fidelibus sanctae dei aecclesiae et nostris praesentibus scilicet et futuris quia ad deprecationem dilecti filii nostri karoli quandam cellulam Iuris nostri nuncupantem stetiuuanc quae domno et genitori nostro Karolo serenissimo Imperatori tradita est quae est sita In ducatu alamanie In pago augustkeouui Constructa In honore beatae mariae semper uirginis ad quoddam monasterium nostrum Cuius uocabulum est Campitona Ubi praesenti tempore uir uenerabilis tatto abba praeest ob emolumentum animae nostrae et aeternae retributionis fructum subdere. Et de nostro Jure In Jus Et potestatem praedicti monasterii nobis transferre placuit. Eo videlicet modo. ut ipsa Cella In melius crescat Et monachi Ibi degentes sub potestate praedicti monasterii Campitonae eiusque Rectorum consistant. Ob firmitatis uero studium hoc praeceptum auctoritatis nostrae praedicto uenerabili monasterio Campitonae de memorata cella uel quae ad eam praesenti tempore legaliter pertinent Et nostri Iuris atque possessionis In re proprietatis est fieri Jussimus per quod decernimus atque Jubemus. ut abhinc In futurum modo superius taxato In jure et dominationem eius consistat. Ita uidelicet ut quicquid ibi-

Digitized by Google

dem rectores et ministri praedicti monasterii Campitonae facere ordinare atque disponere uoluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Et ut haec auctoritas Confirmationis nostrae per futura tempora Inuiolabilem atque Inconuulsam obtineat firmitatem manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri Inpressione adsignari Jussimus. (not tir.)

Signum *(Monogramma)* Hludouuici serenissimi Imperatoris.

Durandus Diaconus ad uicem fridugisi recognovi et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data v. Kalendas marcii anno Christo propicio xviij. Imperii domni hludouuici serenissimi Imperatoris Indictione viiij. actum aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Impressum ex annulo sigillum illaesum.
b) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. 831.
c) Ineditum hucusque.

XIII.

Anno 831. 18. August. Reginesburg.

Ludovicus Rex Baioariorum, alias dictus germanicus, quandam praestariam inter Baturicum Episcopum Ratisbon. et Erchanfridum Capellanum suum monasterio Scti. Emmerammi confirmat.

a) Sigillum ex annulo impressum optime expressum et conservatum.
b) Omnes notae chronologicae, indictio, anni imperii et regni (nimirum in Baioaria) respondent anno Chr. 831.

Digitized by Google

c) Notae tironicae tam ad finem contextus, quam in signo Recognitionis apparent. Exulat Monogramma, utpote nec in contextu annunciatum.

d) Editum est hoc diploma in Ried Cod. Ratisb. dipl. I. 26. n. 25. haud bene ad annum 830. Antea autem in Pez. Thes. I. III. 13. num. 1. in Hund. metr. I. edit. Monac. 224. edit. Ratisb. 150. in Lünig spicileg. eccles. III. Th. 643. et in libro probat. Scti Emmerammi 35. n. 11.

XIV.

Anno 832. 6. Octob. Reginesburg.

Hludouuicus Germanicus castrum Herilungoburg cum adiacentiis et terminis in provincia Avarorum ecclesiae Ratisbonensi donat.

In nomine domini nostri ihesu christi dei omnipotentis Hludouuicus diuina largiente gratia Rex baioariorum si liberalitatis nostrae munere de beneficiis a deo nobis conlatis locis sanctorum quiddam conferimus Id nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Proinde conperiat omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum Industria quia nos pro mercedis nostrae augmento concessimus sanctae reginesburgensis ecclesiae quae est constructa in honore sancti petri principis apostolorum et sancti emmerammi ubi etiam idem beatissimus martyr christi corpore quiescit humatus cui praesenti tempore uenerabilis uir baturicus episcopus auctore deo praeesse uidetur quasdam res proprietatis nostrae quae sunt in prouincia auarorum Id est locum ubi antiquitus castrum fuit qui dicitur herilungoburg cum reliquis adiacentiis in circuitu quarum terminia sunt ab eo loco ubi erlafa in danubium cadit sursum per ripam eiusdem fluminis usque ad locum qui dicitur erdgastegi et ab eodem flumine in

Digitized by Google

orientali parte usque in medium montem qui apud uuinades colomezza uocatur ubi in duabus arboribus euidentia signa monstrantur et ab eo loco in parte aquilonis usque in danubium. et ad meridiem et occidentem per uerticem montis sicut euidentia arborum signa demonstrant usque ad supradictum locum erdgastegi Has itaque res cum sclauis ibidem commanentibus cum domibus aedificiis terris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus adiacentiis peruiis exitibus et regressibus quantumcumque infra praedicta terminia continentur totum et ad integrum praedictae ecclesiae perpetuo ad habendum concessimus et de nostro iure in ius et dominationem eius liberalitatis nostrae munere contulimus ita uidelicet ut quicquid ab hodierno die et tempore de predictis rebus et mancipiis rectores et ministri memoratae sedis. ob utilitatem et commoditatem eiusdem ecclesiae facere uel iudicare uoluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint Et ut haec auctoritas largitionis nostrae per Curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem Manu propria subter firmauimus et anuli nostri Inpressione signari iussimus. (*not. tir.*)

Signum *(Monogramma)* hludouuici gloriosissimi regis.

Adalleodus diaconus ad uicem Gauzbaldi reognovi et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data II. Non octobr. anno XVIIII Imperii domni hludouuici serenissimi aug. et anno VII regni nostri Indictione XI. Actum reginesburg Ciuitate in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum optime expressum et conservatum.
b) Notae tironicae apparent ad finem contextus et in signo recognitionis.
c) Indictio numerata a 24. Septemb., dicta constantiniana sive caesarea, respondet anno Chr. 832, quacum etiam anni imperii et regni bavarici utriusque Ludowici conveniunt.

Digitized by Google

d) Editum in Pez. Thes. I. III. 15. n. 3. in Lünig Spicileg. eccles. contin. III. 1211, in libr. probat. Sti. Emmer. 41. num. 13. et in Ried Cod. dipl. Rat. I. 28. n. 26.

XV.

Anno 833. 4. April. Wormatiae.

Ludovicus Pius Imperat. monasterium Campidonense in pago Hilirgaoe et omnia eius appertinentia in suam defensionem recipit.

In nomine Domini Dei et saluatoris nostri Jesu Christi Hludouuicus diuina ordinante prouidentia imperator Augustus. Si precibus ac petitionibus seruorum Dei Quando pro suis uel ecclesiarum atque monasteriorum sibi commissorum necessitatibus aliquid nobis Intimare uoluerint aurem accomodamus eorumque iustas preces ac petitiones ad optatum effectum perduci facimus non solum In hoc regiam et imperialem exercemus consuetudinem sed etiam eosdem seruos dei ad domini misericordiam pro nobis exhorandam propitiores ac deuotiores reddimus. Idcirco notum fieri uolumus omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum Industriae, quia uir uenerabilis tatto abba suggerendo de quodam monasterio nostrae proprietatis quod ipse In pago hilirgaoe nostra concessione In regimine habebat et uocatur Campidona petiit ut eum cum omnibus rebus et hominibus ad se pertinentibus sub tali defensione ac prouisione esse fecissemus quemadmodum fisci nostri ad partem nostram a maliuolorum hominum Infestationibus defenduntur examinantur atque tuantur Quia quamquam idem monasterium nostrae proprietatis sit. pagenses eiusdem loci res eiusdem monasterii non quemadmodum nobis proprias sed sicut suas quas possidebant defensatas atque prouisas esse debere dicebant. Qua propter omnium uestrum sollertiam notam efficimus quia uolumus atque praecipimus ut

Digitized by Google

omnes res atque homines praescripti monasterii nostri ab hinc in futurum uidelicet tam nostris quam et successorum nostrorum temporibus sub tali lege tutae ac prouisae in adquirendis rebus atque defensandis uel etiam examinandis consistant quemadmodum per imperium nostrum res fisci nostri tuentur adquiruntur atque examinantur. Et ut haec nostrae praeceptionis auctoritas firmior habeatur et per futura tempora melius melius conseruetur de anulo nostro subter eam iussimus sigillare.

Hirminmaris notarius ad uicem Theotonis recognoui et ss. (*S. R. et not. tir.*)

Data II. Nonas aprilis Anno Christo propitio xx Imperii domni hludouuici serenissimi Imperatoris Indictione xj. actum uuormacia ciuitate In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit; remanente eius indicio, nimirum macula cerae circa foramen et in membrana superincumbente.
b) Notae chronologicae respondent anno Chr. 833.
c) Editum habetur ex autographo in Neugart Codice Diplomat. Alemanniae Tom. II. p. 6. et 7. num 806.

XVI.

Anno 833. 27. Maii. Reginesburg.

Ludowicus rex Baioariorum, alias dictus germanicus, ecclesiam prope fiscum suum Dingolving monasterio Sti. Emmerammi et episcopo Ratisbonensi confirmat.

In Nomine Domini Nostri Jesu Christi Dei Omnipotentis Hludouuicus diuina Largiente gratia Rex baioariorum. Si erga Loca Diuinis Cultibus Mancipata Propter amorem Dei eorumque in eisdem locis sibi famulantibus beneficia oportuna largimur premium nobis

Digitized by Google

nobis apud dominum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde conperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria quia nos pro mercedis nostrae augmento et aeterne retributionis fructu confirmauimus ad monasterium sancti Emmerammi martyris Christi ubi idem praeclarissimus martyr corpore requiescit cui (praesenti tempore Baturicus episcopus praeesse videtur) quandam ecclesiam cum mancipiis et territoriis sibi pertinentibus quae est sita in prospectu fisci nostri qui nominatur tinguluinga qui fuit cuidam seruo regio nomine antkario. Hanc itaque ecclesiam sicut diximus cum mancipiis sex ibidem pertinentibus et cum domibus aedificiis terris et quicquid ad eandem eeclesiam pertinere uidetur totum et ad integrum praedicto monasterio sancti Emmerammi perpetualiter ad habendum confirmamus. Ita uidelicet ut quicquid ab hodierno die et tempore rcetores et ministri supra memorati monasterii exinde ob utilitatem et commoditatem sui facere uel iudicare uoluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint. Et ut haec auctoritas largitionis atque confirmationis nostrae per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem Manu propria subter firmauimus et anuli nostri inpressione signari iussimus (*not. tir.*)

Signum *(Monogramma)* Hludouuici gloriosissimi regis.

Adalleodus diaconus ad uicem gauzbaldi recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data VI. Kalendas Junii Anno XX. Imperii domni Hludouuici serenissimi augusti et Anno VIII. regni nostri Indictione XI. Actum reginesburg Ciuitate in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum omnino illaesum et bene expressum.
b) Indictio ordinaria, sicut et anni imperii et regni bavarici respondent Anno Christi 833.

Digitized by Google

c) In loco: cui praest etc. conspicitur lacuna, quae sensum verborum relinquit incompletum, orta ex rasura 22 circiter syllabarum, diligentissime, sive cautissime facta, quae suppleta est ex diplomate eiusdem regis 832. 6. Octob.

d) Post Lünig. in spicileg. eccl. contin. III. 104. et Pez. in Thes. I. III. 17. num. 4. ex Originali ediderunt auctor libri probat. Scti. Emmer. 43. num. 14. et Ried Cod. Diplom. Ratisb. I. 30. num. 28.

e) Notae tironicae apparent etiam in fine contextus.

XVII.

Anno 834. 3. Julii. Aquisgrani.

Ludovicus Pius Imp. ab onere functionum et operum publicorum expeditionisque hostilis monasterium Campidonense absolvit; ab expeditionibus tamen nobiliores personas de rebus monasterii beneficia habentes non excludit.

In nomine Domini Dei et Saluatoris nostri Jesu Christi Hludouicus diuina repropitiante clementia Imperator Augustus. Si locis deo dicatis quiddam honoris conferimus et Deo in eis famulantium pacis et tranquillitatis curam gerimus et ad ministerium suum liberius exsequendum opem ferimus hoc nobis procul dubio ad statum terreni reni (regni) corroborandum et ad aeternae uitae beatitudinem capessendam profuturum esse confidimus. Idcirco notum fieri uolumus omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae et nostris praesentibus scilicet et futuris quia conplacuit Celsitudini nostrae quoddam monasterium cuius uocabulum est Campidona ubi praesenti tempora uir uenerabilis Tatto abba pastor et rector esse dinoscitur petente atque suggerente dilecto filio nostro hludouuico gloriosissimo rege propter hoc quod rebus pauperri-

Digitized by Google

mum est et non modica pars monachorum in eo ad deo deserviendum conlocata habetur sub nostro mundeburdo et defensione constituere et ab omnibus publicis functionibus Inmunem facere quatenus a seculari strepitu idem monasterium absolutum monachi et serui dei inibi quiete degentes propensius domini misericordiam pro nobis conjuge proleque nostra ac omni populo christiano sub nostra imperiali potestate Constituto domini misericordiam exhorare ualeant. Proinde hos nostros imperiales apices fieri memoratoque uenerabili Tattoni abbati dare decreuimus per quos statuentes interdicimus ut nullus domesticorum ceterorumque superioris aut inferioris ordinis tam ecclesiasticae quam rei publice administratorum a praelatis et agentibus ac seruientibus eiusdem monasterii aut dona annualia aut aliquid operationis ad pontes uidelicet ceteraque aedificia facienda aut reficienda aut alia *quaelibet* seruitia ad partem publicam pertinentia nisi quae *sponte* et uolumtariae obtulerint requirere aut exactare praesumat. memoratum quoque tatonem uenerabilem abbatem suosque successores ab omni hostili expeditione facienda cum tributariis quorum memoria In altero praecepto nostro continetur liberum esse constituimus ut interius regularis uitae obseruantiam Indefesse prouidere et exterius res eidem monasterio Conlatas procurare ualeant. Nobiliores quoque persone de rebus memorati monasterii beneficia habentes ab exercitalibus expeditionibus faciendis non excludimus. sed ad ea soluenda sicut et ceteri beneficiati praeparati habeantur. Et ut haec auctoritas nostra perpetuam obtineat firmitatem de anulo nostro subter eam iussimus sigillare.

Hirminmaris notarius ad uicem hugonis recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data v. non iulii anno Christo propitio XXI. Imperii domni hludouuici piissimi augusti Indictione XII. actum aquisgrani palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum totum adhuc est, licet in ora sinistra nonnihil laesum, et, ne pars fracta decidat, circulo ex

Digitized by Google

Orichalco recens munitum, quod frequenter in diplomatibus ex archivo monasterii Niederaltachensis huc delatis observatur.

b) Annus imperii et indictio respondent Anno Chr. 834.

c) Editum in vindiciis pro Herm. Conringii censura 100 et 101. in Rassleri adpendice ad vindicias contra vindicias 26; in dissertat. cui titulus: „Gründl. Ausführ. und Rettung der St. Kempten 19. et Beyl. 58.“ in refutatione, cui titulus: „Des hochf. Stifts Kempten gründl. Widerlegung. Beyl. 13. lit. g; extractum autem in Neugart Cod. dipl. Alemanniae I. 217. num. 261.

d) Aliud praeceptum sive diploma huius imperatoris, in hoc instrumento memoratum, saltem in originali non extat, intelligi autem videtur illud de anno 831. 14. Maii, quod edidit Neugart l. c. II. 4. num. 804. ex chartulario campidon.

XVIII.

Anno 834. 21. Decembr. Aquisgrani.

Ludovicus Pius Imp. Villam juris sui Granesdorf prope fluvium Enisum in parte sclavanorum (in Austria) in comitatu Kerolti comitis sitam Patagero vasallo suo donat.

a) Impressum ex annulo Sigillum illaesum.

b) Annus imperii indicat annum Chr. 834, cui tamen Indictio non respondet, nisi aut XII. ordinaria aut XIII. constantiniana sive caesarea incipiens a 24. Sept. huius anni.

c) Editum invenitur, post Hund. Metrop. II. edit. mon. 11. edit. Ratisb. 8. in Mon. Boic. XI. 106. inter monumenta Niederaltachensia.

Digitized by Google

XIX.

Anno 836. 16. Februar. Ostrenhova.

Ludowicus Germ. ecclesiam in Kirchbach in provincia Avarorum cum territorio terminis designato ecclesiae Pataviensi donat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex. Si liberalitatis nostrae munere de beneficiis diuinitus nobis conlatis locis sanctorum quiddam conferimus id nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum liquido credimus. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria quia nos pro mercedis nostrae augmento concessimus ecclesiae patauensis, quae est constructa In honore sancti Stephani protomartyris ubi etiam Sanctus Ualentinus confessor christi corpore requiescit cui praesenti tempore uenerabilis uir reginarius episcopus praeesse uidetur quasdam res proprietatis nostrae quae sunt in prouintia auarorum In loco qui dicitur kircihbach Id est ecclesiam unam constructam cum territorio ad mansos centum faciendum et plus Quarum terminia sunt ab ipso loco pergens per unam semitam usque ad locum qui dicitur tumulus et inde per circuitum usque ad praedictum kirichbach et inde usque ad markam theotherii Et inde usque sursum cumenberg. Has itaque res cum praedicta ecclesia cum uineis terris cultis et incultis pratis siluis pascuis aquis aquarumue decursibus adiacentiis peruiis exitibus et regressibus totum et ad integrum quemadmodum ratbodus comes annoni corepiscopo ipsas res consignauit Ita praedictae ecclesiae praesentaliter concessimus et de nostro iure in Jus et dominationem eius liberalitatis nostrae munere conferimus. Ita uidelicet ut quicquid rectores et ministri supradictae sedis de ipsis rebus jure ecclesiastico facere uoluerint libero in omnibus perfruantur arbitrio faciendi tantum scilicet ut dum anno core-

Digitized by Google

piscopus atque anno nepos eius aduixerint ipsas res tenere et usare faciant et nullus eis ipsas abstruere praesumat et post illorum discessum cum integritate ad eandem ecclesiam reuertantur. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae per curricula annorum inuiolabilem atque inconuulsum obtineat firmitatem manu propria subter firmauimus Et anuli nostri inpressione signare jussimus (*not. tir.*)

Signum *(Monogramma)* Hludouuici gloriosissimi regis adalleodus diaconus ad uicem grimaldi recognovi et ss.

Data XIIII kalendarum martii anno Christo propitio tertio regni domni hludouuici regis In orientali francia Indictione XIIII actum ostrenhoua palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Periit sigillum impressum, cuius manet adhuc vestigium in macula cerae.

b) Notae chronologicae in annum 836 concordant.

c) Ineditum, extractum autem a Gewold ad Hund Metrop. I. Edit. Mon. 296. Ed. Rat. 231. sq. ex quo laudat Georgisch in Regest. erronee adan. 821. et ab Aventino in excerptis Passavienaibus apud Oefele I. 703. erronee ad an. 816.

XX.

Anno 837. 6. Januar. Reganesburg.

Ludovicus Germ. monasterium Metense sub defensionem suam recipit, atque immunitatem eiusdem monasterii in rebus iudiciariis minoris momenti confirmat et declarat.

a) Sigillum ex annulo impressum prorsus illaesum, exhibens annulum regis singularem, de quo integram dissertat. invenies VII. Band baier. Abh. S. 307 — 353.

Digitized by Google

b) Annus regni et indictio respondent anno Ch. 837.
c) Apparent notae tironicae etiam in fine contextus.
d) Editum habetur Mon. Boic. XI. 420. 421. cum sigillo Tab. I. n. III. specimen autem in citata dissert. ad p. 308. Antea edidit Gewold ad Hund. metr. II. edit. Monac. 501. edit. Ratisb. 346.

XXI.

Anno 837. 20. Decemb. Aquisgrani.

Ludowicus Pius imp. commutationem tempore Karoli M. imp. inter Berowelphum episcopum Wirciburgensem et Hunrogum comitem de locis, in diversis pagis sitis, factam confirmat.

In nomine domini dei Et saluators nostrj jhesu Christi hludouuicus diuina repropitiante clementia jmperator augustus Omnibus fidelibus sancte dei ecclesiae Et nostris praesentibus scilicet Et futuris notum sit quia dilectus frater noster drogo archiepiscopus et sacri palatii nostri archicappellanus nobis retulit eo quod tempore domni et genitoris nostri Karoli serenissimi Imperatoris berouuelpus uuirciburgensis episcopus datis quibusdam ecclesiae suae rebus ad fiscum eiusdem genitoris nostri interueniente misso illius hunrogo comite alias eiusdem meriti res ad partem suae ecclesiae ex potestate fisci accepisset. Dedit igitur sicut in eisdem commutationum conscriptionibus continebatur praedictus berouuelpus episcopus de rebus praefati episcopii sui ex monasterio uidelicet sancti Ciliani ubi Ipse martyr Christi tumulatus digno honore ueneratur praefato hunrogo comiti ad partem domni et genitoris nostri Karoli praestantissimi Imperatoris quandam basilicam sitam in pago uocabulo graffelt in honore sancti martyri confessoris Christi dicatam Cum terris domibus aedificiis accolabus mancipiis Campis siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus adjacentiis appenditiis et decimis mobile Et inmobile omnia et ex omnibus totum et ad integrum quicquid ad ipsam ecclesiam pertinere dinoscebatur illas uidelicet quae patruus noster Karolo-

mannus quondam gloriosus princeps ad iam dictam uuircipurgensem contulerat ecclesiam uel quod postea ibidem a ceteris hominibus aditum uel conlatum fuerat Et contra In conpensatione praefatarum rerum dedit antedictus hunrogus comes domni et genitoris nostri Jussu ex ejusdem rebus praefato berouuelpo episcopo ad partem praefati episcopii res uidelicet quas quidam homo guntbertus nomine ex rebus juris sui legaliter per diuersos pagos et loca eidem genitori nostro delegauerat id est in pago badanagaui in uilla que dicitur filuhonbiunte et in pago hrangaui in uilla uocabulo bargilli Et in eodem pago in quadam silua locum qui dicitur onoltespah. et in pago qui dicitur tollifelt in locis nuncupantibus fiscpah assia pontigerna quantumcumque in eisdem locis antedictus episcopus domno et genitori nostro uisus fuerat delegasse nec non et res illas quas seruus regius richbertus nomine in pago uungarduueiba in locis uocabulo burgheim. heinuuinesbah possiderat et quondam erenbertus episcopus jure beneficiario ex liberalitate regis habuerat. sed quia tunc interueniente incuria auctoritas Imperialis super easdem commutationes nullatenus accepta fuerat supplicauit celsitudini nostrae uice hunberti eiusdem urbis episcopi ut nostram firmitatis gratia Imperatoriam auctoritatem eisdem commutationibus super addere juberemus per quam rata et inuiolabilis nostris futurisque temporibus per manere ualeret. Quorum praecibus ob diuinum amorem et eius sancti martyris ciliani in honorem placide annuentes hos Imperiales apices nostros eidem episcopo ecclesiae que sibi commissae fieri jussimus per quos decernimus atque sanccimus ut quicquid in eadem commutatione jure et rationabiliter pars ab altera parte conlatum est deinceps jure firmissimo teneat atque possideat et quicquid de eis facere uoluerit liberam in omnibus habeat potestatem. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas inuiolabilis perseueret de anulo nostro subter eam jussimns sigillare.

Hirminmaris notarius ad uicem hugonis recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data

Digitized by Google

Data XIII Kalendas Januarii Anno Christo propitio XXIIII Imperii domni hludouuici piisimi augusti Indictione XV Actum aquisgrani palatio regio JN dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum optime expressum et conservatum.
b) Indictio ordinaria et annus imperii respondent anno Chr. 837.
c) Edidit ex autographo ab Eckhart in Francia oriental. II. 884. 885. cnf. commentar. ibid. 303. iterum Strebel in Franconia illustrata 214 — 217.

XXII.

Anno 839. 23. April. Bodoma palatio.

Ludowicus Pius imp. Aeckardo fideli suo bona quaedam in Wetereiba donat.

In nomine domini dei Et saluatoris nostri ihesu Christi hludouuicus diuina repropitiante Clementia Imperator augustus. Imperialis excellentiae magnitudinem decet fideliter sibi deuoteque famulantes condignis muneribus multiplicibusque honoribus sublimare atque excellentiori ceteris honore dignissime ditare immo regie munificentiae liberalitatis honorare. Proinde nouerit omnium fidelium sancte dei ecclesie nostrorumque praesentium scilicet Et futurorum sagacitas. quia concessimus ad proprium aeckardo fideli nostro quasdam res et mancipia nostre proprietatis quae sunt in pago uuetereiba quas uidelicet pater suus in locis uocabulo stetin. et cauilla. necnon et idem ipse in loco helidiberga ex nostra concessione jure beneficiario possedisse noscuntur. Id est mansum dominicatum cum domibus et omnibus ad se pertinentibus atque alios mansos numero quattuordecim Et super memoratum numerum mansorum de terra aratoria bunuarios decim. uerum ut eadem nostre maiestatis largitio futuris temporibus inuiolabilis permaneret hanc nostre auctoritatis conscriptionem illi fieri ac dari jussimus per quam decernimus atque sanccimus ut supra-

Digitized by Google

scriptos mansos cum omnibus ad se pertinentibus id est domibus ceterisque edificiis mancipiis utriusque sexus et aetatis desuper commanentibus atque ad eos in quocumque loco jure aspicientibus ac pertinentibus. curtiferis uineis terris campis cultis locis et incultis. siluis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus et omnibus adjacentiis quantumcumque sicut jam dictum est ad praefatos mansos pertinere cognoscitur deinceps propria possessione ac dominatione possideat. Et quicquid de eis uel in eis jure proprietario facere uoluerit uendendi donandi commutandi liberam in omnibus habeat potestatem. Et ut haec nostre largitionis auctoritas inuiolabilem. et inconuulsam obtineat firmitatem. manu propria supter eam firmauimus. et anuli nostri inpraessione adsignari jussimus.

Signum *(Monogramma)* Hludouuicci serenissimi imperatoris.

Hirminmaris notarius ad uicem hugonis recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data VIIII. Kalendas mai anno Christo propitio XXVI. imperii domni hludouuici piissimi Imperatoris Indictione II. actum bodoma palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum licet fractum, totum nihilominus est.

b) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. 839.

c) Edidit ex originali Wirceburgensi ab Eckhart Franc. or. II. 885. 886 cnfr. Commentar. 315.

Digitized by Google

XXIII.

Anno 840. 8. Juni Frankonofurt.

Ludowicus Pius imp. Wirciburgensi ecclesiae bona in pago Walzsazi in villa Imminestat donat.

In nomine domini dei et saluatoris nostri ihesu Christi. Hludouuicus diuina repropitiante clementia Imperator augustus. Si locis deo dicatis quippiam muneris contulimus et Imperialem munificentiam morem exsequimur et diuinum hoc nobis fauorem facilius conciliandum confidimus. Idcirco notum esse uolumus cunctis *fidelibus* sanctae dei ecclesiae et nostris praesentibus scilicet *et futuris* Quia diuino tactu amore contulimus ad monasterium quod dicitur uuirciburg et est constructum In honore sancti saluatoris domini nostri ihesu Christi necnon et sancti kiliani ubi ipse corpore requiescit res nostrae proprietatis quas bernardus comes nostrae largitionis In beneficium possidet Et sunt sitae in pago uualzsazi in uilla quae uocatur imminestat cum omnibus ad easdem res pertinentibus uel aspicientibus. Id est cum domibus ceterisque edificiis terris cultis et Incultis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis exitibus et regressibus et cum mancipiis utriusque sexus et aetatis Quantumcumque praefatus bernardus comes nostrae largitionis in beneficium possidebat praedicto sancto loco sollempni donatione tradidimus. Et de nostro Jure in ius et dominationem eius transferimus. Ea uidelicet conditione ut quamdiu memoratus bernardus aduixerit beneficiario ordine habeat. Post eius quoque decessum ad praefatum monasterium cum omni Integritate reuertantur et absque alicuius contradictione aut diminoratione rectores et ministri eiusdem monasterii recipiant et quicquid pro comoditate et utilitate eiusdem loci facere uoluerint libero in omnibus potiantur arbitrio faciendi. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae per diuturna tempora inuiolabilem atque inconuulsam obtineat firmitatem.

Digitized by Google

Manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri Inpressione adsignari iussimus.

Signum *(Monogramma)* Hludouuici serenissimi imperatoris.

Meginarius notarius ad uicem Hugonis recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data VI Id. iun. anno Christo propitio XXVII. Imperii domni Hludouuici serenissimi Imperatoris Indictione III. Actum frankonofurt palatio regio In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum.
b) Indictio et annus imperii respondent anno Chr. 840.
c) Edidit ex originali ab Eckhart Franc. or. II. 886. cnfr. commentar. 321.

XXIV.

Anno 841. 18. August. Heilicbrunno.

Ludovicus Germanicus Villam Ingolstadt et duas Ecclesias cum curte dominicata Gozbaldo abbati (Niederaltachensi) donat.

a) Sigillum ex annulo impressum decidit, adiacet autem circulo ex orichalco bene sed incassum munitum, in quo omnia perierunt praeter aliquas syllabas circumferentiae. Remansit quoque indicium sigilli impressi in macula cerae tam circa foramen, quam in parte membranae superincumbentis.
b) Indictio et annus regni in or. francia ordinarius hoc tempore respondent anno Chr. 841.
c) Editum in Mon. Boic. XI. 107. num. 7, ubi pag. 108. lin. 9. legatur: Ingoldesstat; lin. 16. sintmannorum. Antea autem in Hund. metr. II. edit. Mon. 11. ed. Rat. 8.

Digitized by Google

XXV.

Anno 844. 4. April. Reganesburg.

Ludovicus Germanicus quaedam praedia, in pago Chelasgaue cum aliis S. Emmerammi rebus, agente Baturico Episc. Ratisbon. permutat.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Hludouuicus diuina fauente Gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris quia nos unacum baturico uenerabili episcopo summoque Cappellano nostro pro ambarum partium oportunitate de quibusdam rebus et mancipiis nuperrimam commutationem fecimus res uero quas nos baturico almifico episcopo ad partem sancti hemmerammi martyris christi ubi idem presul modernis temporibus rector esse uidetur perpetualiter ad proprium tenendum tradidimus sunt in pago chelasgaue in uillis nuncupantibus sandolueshusun et gunthereshusun atque mandechingon quicquid engilmonus et isandeoh per nostrum beneficium habuerunt id est ecclesiam unam et casis domibus ceterisque aedificiis desuper positis mancipiis utriusque sexus et aetatis terris siluis campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus molendinis adiacentiis peruiis exitibus et regressibus quesitum et adinquirendum uel quantumcunque prefati homines engilmonus uidelicet et isandeoh in praescriptis uillis prius per nostrum beneficium tenuerunt et nostri iuris atque possessionis iure proprietatis est totum et integrum sancto hemmerammo christi martyris ad proprium concessimus et de nostro iure in ius et dominationem ipsius monasterii liberalitatis nostrae munere contulimus Et econtra in conpensatione harum rerum dedit nobis memoratus baturicus episcopus ex ratione monasterii sui sancti hemmerammi unacum consensu et conhibentia monachorum in eodem monasterio degentium ad nostrum proprium possidendum quasdam res pertinentes ad ipsum monasterium quae sunt in pago huosi in uilla nuncupante solzimos quicquid ille ibidem habere

Digitized by Google

uidebatur id est ecclesia una et casis domibus ceterisque edificiis desuper positis mancipiis utriusque sexus et aetatis terris siluis Campis pratis pascuis aquis aquarumue decursibus molendinis adiacentiis peruiis exitibus et regressibus quesitum et adinquirendum uel quantumcunque memoratus baturicus episcopus in eadem uilla habere uidebatur totum et ad intregrum in potestate ac dominatione nostra tenendum in futurum legaliter tradidit atque delegauit Sed pro integra firmitate ac securitatis studio placuit serenitati nostrae easdem commutationes per nostrum mansuetudinis praeceptum pleniter confirmare Propterea has litteras nostras fieri iussimus per quas decernimus atque iubemus ut quicquid nos ad iam dictum locum sanctum tradidimus perpetualiter permaneat possidendum atque rectores et ministri eiusdem monasterii quicquid exinde ab hodierna die et tempore facere ordinare atque disponere uoluerint libero in dei nomine perfruantur arbitrio faciendi quicquid elegerint et illas res quas praefatus praesul nobis tradidit sicut superius diximus in futurum in potestate nostra usque permaneant Et ut haec auctoritas traditionis atque confirmationis nostrae a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris per diuturna tempora ueriusque credatur atque diligentius conseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione signari iussimus. (*not. tir.*)

Signum *(Monogramma)* Hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem radleici recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data II. non. aplr. anno Christo propitio XI. regni domni hludouuici gloriossimi regis in orientali francia indictione VII. actum reganesburg ciuitate in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum maxima sui parte bene conservatum.
b) Notae tironicae habentur etiam ad finem contextus.

Digitized by Google

c) Indictio et annus regni in orient. franc. tunc consuetus respondent anno Chr. 844.

d) Post Pez. thesaur. I. III. 18. n. 6. et Codicem Probat. Scti. Emmerammi 47. n. 16. edidit Ried in Codice Ratisb. I. 37. 38. n. 37. ex originali.

XXVI.

Anno 844. 28. Julii. Reganesburg.

Ludovicus Germanicus omnia beneficia, quibus favente Baturico Episc. hactenus fruitus est, post decessum suum Monasterio S. Emmerammi restitui jubet.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis hludouuicus diuina fauente gratia rex Omnibus episcopis abbatibus. ducibus comitibus nec non et cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris in regno a deo nobis conlato consistentibus notum sit Qualiter nos uolumus ut omnem proprietatem quam diuae memoriae domnus Karolus piissimus auus noster ad monasterium sancti hemmerammi christi martyris condonauit et baturicus episcopus rector ipsius monasterii unacum consensu monachorum ibidem deo famulantium nobis beneficiauit postquam diuina uocatione de hac luce migrauerimus rectores et ministri eiusdem monasterii eandem traditionem quam domnus et auus noster Karolus imperator at praedictum monasterium tradiderat perpetualiter in eorum uestituram re(vertentes posside)ant sed pro integra firmitate ac securitatis studio placuit nobis ob diuinum amorem has litteras nostrae auctoritatis circa ipsum monasterium fieri per quas decernimus atque sanccimus ut post decessum nostrum nullus filius noster neque successores nostri iam ulterius in praescriptis rebus sancti hemerami quas per beneficium rectoribus praedicti monasterii habuimus nullam potestatem habeant iniuste inuadendi neque in quoquam dominare sed in futurum

Digitized by Google

cum omni integritate in potestate ac dominatione iam dicti monasterii absque alicuius contrarietate aut inpedimento pleniter reuertantur. Et ut haec auctoritas conscriptionis nostrae a cunctis fidelibus sancte dei ecclesiae et nostris per futura tempora uerius credatur atque diligentius conseruetur manu propria subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione adsignari iussimus.

Signum (*Monogramma*) Hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem Radleici recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data V Kld. aug. anno Christo propitio XI regni domni hludouuici regis in orientali francia Indictione VII. actum reganesburg ciuitat in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio cerae macula tam circa foramen, quam in parte membranae superincumbentis.

b) Annus regni et indictio respondent anno Chr. 844.

c) Editum invenitur in Pez. thes. I. III. 18. n. 5. in Lünig spicileg. eccl. contin. III. Forts. 102. in libr. Probat. monast. S. Emmerami pag. 45. n. 15 et in Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 39 n. 38.

d) Res a Carolo Magno imp. avo Ludovici Germanici Sto. Emmerammo donatae habentur in diplom. eius an. 794. 22. Febr.

XXVII.

Anno 846. 5. Julii. Franconofurt.

Ludowicus Germanicus ecclesiae Wirceburgensi quatuordecim ecclesias in terra Slavorum inter Moinum et Radantiam constructas cum dote earum confirmat.

In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex Omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque

Digitized by Google

trisque praesentibus scilicet et futuris Notum sit qualiter uir uenerabilis gozbaldus uuirziburgensis ecclesiae episcopus ad nostram ueniens praesentiam praesentauit obtutibus nostris quoddam praeceptum domni ac genitoris nostri pie recordationis Hludouuici serenissimi augusti In qua continebatur qualiter diue memoriae domnus Karolus atque auus noster prestantissimus Imperator antecessoribus suis bereuuelpho. et liudrido et egiluuardo necnon et uuolfgario. episcopis praecepisset ut In terra sclauorum qui sedent Inter moinum et radantiam fluuios qui uocantur moinuuinidi et ratanzuuinidi unacum comitibus qui super eosdem sclauos constituti erant procurassent ut Inibi sicut In ceteris christianorum locis ecclesiae construerentur quatenus ille populus nouiter ad cristianitatem conuersus habere potuisset ubi et baptismum perciperet et praedicationem audiret et ubi Inter eos sicut Inter *ceteros* cristianos diuinum officium celebrari potuisset. et *Ita a memoratis* episcopis et comitibus qui tum temporis eidem *populo* praepositi fuerant adserit esse completum et ecclesias quatuordecim ibi fuisse constructas Insuper domnus ac genitor noster piissimus Imperator per suum mansuetudinis praeceptum ob mercedis suae augmento ad praefatas basilicas dotandas quae ut diximus Iussu et consilio domni Karoli siue aui nostri In terra praedictorum sclauorum a memoratis episcopis constructae sunt In eodem pago tradidit de rebus suis propriis ad unamquamque mansos duos cum supersedentibus duobus tributariis excepto illo manso super quem primitus unaquaeque earundem ecclesiarum aedificata est pleniter In perpetuum habere concessit atque Inuiolabiliter confirmauit eo uidelicet modo ut quicquid idem tributarii In censu uel tributo soluere debent hoc totum ad partem earundem ecclesiarum omni tempore persoluant Sed pro Integra firmitate ac securitatis studio memoratus uir uenerabilis gozbaldus episcopus atque familiaris noster deprecatus est serenitatem nostram ut easdem traditiones ob dei amorem et emolumentum anime nostrae remedium paterne auctoritati corrobarare debuissemus Cuius petitioni atque ammonitione quia salubris esse uidebatur adsensum nobis praebere placuit et sicut postulauit libenter aurem accommodauimus Propterea hos apices serenitatis

Digitized by Google

nostrae circa ipsam sedem rectores(qu)e eius fieri decreuimus per quos decernimus atque sancimus ut quemadmodum constat a praedictis principimus domno auo nostro Karolo et genitore nostro Hludouuico prestantissimo augusto In dotum ad easdem basilicas conlatum atque condonatum esse Ita deinceps omni tempore per hanc nostram auctoritatem Jure firmissimo rectores et ministri eiusdem sedis teneant atque possideant ut nullus comes aut Iudex publicus siue actor neque ulla obposita persona ab hac die In futurum memorato gozbaldo episcopo uel successoribus eius pro eisdem ecclesiis uel rebus ad eas pertinentibus uel aspicientibus absque ullius persone contradictione uel Inpedimento tenere ac regere et sicut alias ecclesias ad episcopium suum pertinentes secundum canonicham Institutionem perpetualiter ordinare atque disponere Et ut haec auctoritas confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque praesentibus et futuris uerius credatur diligentiusque conseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri Inpressione adsignari Jussimus. (not. tir.)

Signum *(Monogramma)* domni Hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem radleici recognoui et ss. (*S. R. et not. tir.*)

L. S.

Data III non. Jul. anno Christo propitio XIII regni domni Hludouuici gloriosissimi regis In orientali francia Indictione VII. Actum franconofurt palatio regio In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum et optime expressum atque conservatum. Minor annulus, altius altero impressus, effigiem regis ad dextram oculos convertentis, alter maior inscriptionem exhibet.

b) Notae tironicae apparent etiam ad finem contextus.

Digitized by Google

c) Ipsa membrana et scriptura bene conservata est, exceptis iis locis ubi apex i puncto recens notatur, et quandoque omnes vocabulorum apices renovati sive, quod aiunt, rescripti sunt, quod quidem ineptissime factum esse satis constat. Talis renovatio pariter in anno regni XIII. conspicitur.

d) Indictio ordinaria respondet anno Chr. 844, annus autem regni in orientali francia consuetus sive ab an. 834 inceptus convenit anno Chr. 846. Hunc postremum praeferendum esse ratio itinerum Ludovici Germanici hoc anno factorum, cnfr. annales fuldenses in Tom I. Monument. German. hist. 364, et inprimis mutatum sigillum, quali demum post an. 844 aut 845 ac deinceps usus est, persuadent.

e) Ineditum, consentiens autem in omnibus confirmationi sequenti ab Arnulpho an. 889 21. Novemb. concessae, quae cnfr. Memoratum quoque in eo praeceptum Ludowici imperatoris, absque anno, ante annum tamen 832. datum, ex Carpentier Alphabet. tiron. p. 17. edidit Ussermann in Cod. Episcopatus Bamb. 3. num. 1., quocum hocce instrumentum pariter fere in omnibus convenit.

XXVIII.

Anno 849. 8. Martii. Reganesburg.

Ludouicus Germanicus monasterio Altaha (inferiori) liberam abbatis electionem permittit, post obitum tunc adhuc viventis rectoris, episcopi Wirceburg. Gozbaldi.

a) Impressum ex duplici annulo sigillum illaesum. cnfr. diplom. 846. 5. Juli.

b) Ex indictione colligitur annus Chr. 849, cui respondet etiam annus regni in orientali francia ab anno quidem 833, non tamen continenter sed cum quadam interruptione, numeratus.

c) Editum hoc Diploma in Mon. Boic. XI. 112. 113., antea vero in Hund. metr. II. edid. Monac. 12. edit. Ratisb. 8.

Digitized by Google

XXIX.

Anno 851. 22. Martii. Radasbonae.

Ludovicus Germanicus monasterio Altaha (infer.) licentiam dat, res monasterii cum rebus nobilium hominum permutandi.

a) Sigillum uno ex annulo maiori impressum fractum et valde laesum circulo ex orichalco munitum est, quo fragmenta inter se juncta sunt.

b) Mensis Dati vix legibilis in editionibus infra allatis verosimiliter ex libris copialibus suppletus est. Ope enchausti resuscitati, quantum fieri potuit, characteres lectionem hanc confirmant.

c) Indictio annum Ch. 851 denotat, cui annus regni a fine mensis Junii anni 833 numeratus respondet.

d) Editum in Hund. metr. II. edit. Monac. 13. edit. Ratisb. 9. et in Mon. Boic. XI. 113. num. 10. ubi p. 115. lin. 8. legatur: Signum.

XXX.

Anno 851. 26. Decembr. Reganesburg.

Ludovicus Germanicus monasterio Metmen liberam abbatis electionem concedit.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum et bene expressum omnino illaesum est. De eo cnfr. Diploma 846. 5. Jul.

b) Indictio communis respondet anno Ch. 851. nec contradicit annus regni ab an. 833 continenter numeratus.

c) Notae tironicae apparent etiam ad finem contextus.

b) Editum in Mon. Boic. XI. 422. num. 2. ubi lin. 11. legatur: Nithadus.

Digitized by Google

XXXI.

Anno 853. 18. Januarii. Reganesburg.

Ludowicus Germanicus traditionem quorundam bonorum in Austria inter Agastam et Nardinam, usque in Nortwalt et usque in Danubium, factam Monasterio S. Emmerami a Wilhelmo Comite, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex Si petitionibus seruorum Dei iustas et rationabiles *ad effectum* usque perducimus non solum regium morem *decenter implemus* uerum etiam hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis praemia cappessenda liquido credimus Quapropter conperiat omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum Industria qualiter uir uenerabilis Erchamfridus reganesburgensis ecclesiae episcopus obtulit obtutibus nostris quandam traditionem quod uuilihelmus comes ob dei amorem et animae suae remedium ad monasterium sancti hemmerammi tradiderat omnem proprietatem suam quod ille habere uidebatur infra duo flumina Id est inter agastam Et nardinam a locis uidelicet ubi ipsa in danubium fluunt usque ad loca ubi de uenis in amnes diriuantur et ita usque in nortuualt In hanc partem silue sine termini conclusione Cum domibus et aedificiis reliquis et mancipiis atque manentibus pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus mobilibus et imobilibus cultis uel incultis quicquid habuit Etiam et res illas quas engilrade conjugi suae ad dies uitae suae habere concesserat et post obitum illius ad eandem traditionem sancti hemmerammi constaret Insuper et quicquid ad rosdorf habere uidebatur omnia et ex omnibus rebus ex illa parte danubii quicquid sibi pertinebant in mancipiis et aedificiis ac uineis cultis uel incultis totum et integrum ad iam sanctum locum tradidit atque pleniter delegauit sed pro integra firmitate ac securitatis studio memoratus Ercham-

Digitized by Google

fridus episcopus atque familiaris noster petiit celsitudinem nostram ut eandem traditionem per nostrum mansuetudinis praeceptum confirmare deberemus Cuius petitioni denegare noluimus sed sicut unicuique fidelium nostrorum iuste petentium ita nos illi concessisse atque in omnibus confirmasse omnium fidelium nostrorum cognoscat magnitudo Propterea hos apices serenitatis nostrae circa ipsum monasterium fieri decreuimus per quos praecipimus atque iubemus ut omnes res quas praedictus comes uuilihelmus tradiderat atque consignaverat per hanc nostram auctoritatem ad iam dictum sanctum locum in perpetuum consistant Etiam statuentes seu firmiter jubemus ut omnes homines qui super easdem res commanere noscuntur et ad praefatum monasterium pertinere uidentur tam baioari quamque sclaui liberi et serui et inantea constituere domino donante potuerint Nullus Judex publicus neque ulla potestas eos in quoquam constringere audeat Sed neque illorum Causam abstrahere praesumat nec In aliam partem ire conpellat Sed liceat rectores (rectoribus) et ministris, et aduocatis eiusdem sedis res superius nominatas legaliter possidere ac regere et omni tempore sub nostra defensione atque inmunitatis tuitione plenius consistere Si uero aliquis fuerit qui contra istis hominibus superius conscriptis aliquas iusticias requirere aut exactare uoluerit Tunc aduocati et ministri ipsius monasterii illud prout iustum est diligenter rei ueritatem inquirer studeant et emendant Similiter quoque praecipimus atque omnimodis jubemus ut nullus Judex publicus neque ex judiciaria potestate super rebus quae pertinent ad erlafa Et in herilungeuelde nec non et ad sirnicha Et circa agasta seu bernsnicha atque rostorf uel infra praedicta terminia et marka ubi res sancti petri et sancti hemmerammi noscuntur pertinere neque super hominibus liberis uel sclauis ullam potestatem habeat In quoquam illos distringendos Sed neque ad placitum ullum uel in hostem ullo umquam tempore ire conpellat Quamdiu aduocati eiusdem sedis justitiam facere uoluerint sed sicut diximus cum omni integritate praenominatas res in futurum sub nostra defensione et immunitatis tuitione absque alicuius contrarietate aut inpedimento consistant Et ut haec auctoritas concessionis

Digitized by Google

atque confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque presentibus et futuris uerius credatur atque diligentius conseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus Et anuli nostri Inpressione adsignari jussimus (not. tir.)

Signum *(Monogramma)* Domni Hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus Notarius ad Uicem Radleici recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data XV. kld. Februarias anno Christo propitio XX. regni *domni hludouuici* serenissimi regis In orientali francia Indictione *prima.* Actum reganesburg ciuitate In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum illaesum est, et bene conservatum.

b) Notae Tironicae apparent etiam ad finem contextus.

c) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 853.

d) Editum in Pez. Thesaur. I. III. 20. n. 7. in Lünig spicil. eccl. contin. III. Fortsetz. 103. in libr. Probat. Scti. Emmer. 49. n. 17. et in Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 44. n. 44.

XXXII.

Anno 853. 11. Februarii. Reganesburg.

Ludowicus Germanicus monasterio S. Emmerammi capellam, quam habuit quidam Monachus nomine Stiftinc, et hobam illuc pertinentem donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex si de rebus terrenis quas diuina sumus largitate consecuti loca sanctorum ob amorem dei aliquid

Digitized by Google

conferimus et regium morem decenter implemus et hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis premia cappessenda profuturum liquido credimus Idcirco nouerit omnium fidelium sanctae dei ecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum industria qualiter nos ob diuinum amorem et reuerentiam omnium sanctorum concessimus ad proprium ad monasterium scti. hemmerammi ubi ipse preclarissimus martyris christi in corpore requiescit quasdam res proprietatis nostrae quae sunt in comitatu rumoldi in uilla quae nuncupatur sundargauuae hoc est cappellam unam quam habuit quidam monachus ex monasterio scti. hemmerammi nomine Stiftinc. Et de terra hobam unam quae pertinet ad eandem cappellam quam adquisiuit inter homines nostros censales totum et integrum ad iam dictum scm. locum per hanc nostram auctoritatem ad proprium concessimus et de nostro iure in ius et dominationem eiusdem monasterii munere liberalitatis nostrae contulimus atque in perpetuum confirmauimus Et nos apices serenitatis nostrae circa ipsum monasterium fieri decreuimus per quos decernimus atque sancimus ut praefata cappella et hobam unam de terra sicut supra diximus ab hodierno die et tempore cum omni integritate absque alicuius contrarietate aut inpedimento ad eundem monasterium consistat Et ut haec auctoritas concessionis atque confirmationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris uerius credatur Atque diligentius conseruetur Manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri Inpressione adsignari Jussimus.

Signum *(Monogramma)* Domni Hludouuici gloriosissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem radleici recognoui et ss. (*S. R.*)

L. S.

Data III. Id. Februarii anno Christo propitio XX. regni domni hludouuici serenissimi regis In orientali francia Indictione IIII. actum reganesbùrg ciuitate in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum, sed medio fractum est, parte dextra deperdita.

Digitized by Google

b) Indictio legi etiam posset VII. sive septima; sed neque haec neque quarta concordant cum anno regni clare expresso, et instrumentum suspectum reddit. Caeterum notatus est annus regni conveniens anno Chr. 853, currente indictione prima.

c) Edidit Ried Cod. Dipl. Ratisb. I. 46. n. 45. post libr. Probat. S. Emmerami 53. num. 18., et iam antea Pez. in Thes. I. III. 21. n. 8. ac Lunig in spicil. eccl. III. Contin. Fortsetz. 103.

XXXIII.

Anno 857. 21. April. Potamo villa.

Ludowicus Germanicus monasterio Altaha (infer.) defensionem regiam, sive immunitatis privilegium confirmat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum adhuc integrum, sed circulo ex orichalco munitum.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 857.

c) Editum Mon. Boic. XI. 115. num. 11. antea autem in Hund. metr. II. edit. Mon. 14. edit. Ratisb. 10.

XXXIV.

Anno 857. 18. August. Radesbonae.

Ludowicus Germanicus monasterio Altaha (infer.) traditionem a servis regis illuc factam confirmat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum adhuc integrum, sed laesioni proximum. Hic prima vice sigilli mentio occurrit.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 857.

c) Editum Mon. Boic. XI. 117. num. 12. antea autem in Hund. metr. II. edit. monac. 16. Ratisb. 11.

Digitized by Google

XXXV.

Anno 858. 2. Febr. Regenesburc.

Ludovicus Germanicus monasterio Metema (meten) et Wipponi, pincernae regio, licentiam dat, bona invicem permutandi, factamque permutationem confirmat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum optime quidem conservatum, sed exterior sive maior annulus cum inscriptione minus bene expressus.

b) Indictio et annus regni respondent anno Ch. 858.

c) Editum est in Mon. Boic. XI. 424. n. 3.

XXXVI.

Anno 859. 1. Maii. Franconofurt.

Ludowicus Germanicus medietatem fisci, qui vocatur Tullina, in regione Pannonia, confert ad mensam Monachorum Sanct-Emmeramensium.

In nomine sctae et Indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex. Oportet igitur nos qui diuina sumus gratia quodam modo caeteris mortalibus sublimati eius in omnibus parere praeceptis cuius clementia existimus praelati atque cuius praecellimus munere loca utique ipsius sibi dicata ante omnia nostris rebus sublimare atque dilatare quoniam hoc procul dubio ad saluationem corporis et animae nostrae fore Creditur. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria qualiter nos cuidam ex primatibus nostris nomine ratboto medietatem unius fisci qui uocatur tullina situs in regione Pannonia cum omnibus appendiciis

Digitized by Google

eius uidelicet qui ad ipsum fiscum pertinent tam mancipiis quam uineis terris Pascuis et cetera quae dici aut nominari possunt in proprium contulimus. Ea ratione si fidem suam erga nos inuiolatam seruasset. sed quia ipse a nobis totis uiribus se alienauit et fidem atque iusiurandum omni infidelitate fraudauit placuit serenitati nostrae eandem medietatem memorati fisci ad nostram dominationem recipere atque pro absolutione diuine recordationis antecessorum nostrorum augustissimorum scilicet Imperatorum et pro remedio animae nostrae et corporis saluatione ad sanctum hemmeramum contradere atque confirmare. Quod ita per hanc nostram auctoritatem nos fecisse omnium fidelium nostrorum magnitudo cognoscat. Ea ratione ut ipsa medietas ipsius fisci ad mensam monachorum ibi domino famulantium ibi jugiter deseruiat. Et nullus Episcopus aut quislibet praelatus easdem res in beneficium alicui dare siue ad opus suum recipere praesumat. sed solummodo ad opus ipsorum deseruiat Et tamdiu eandem medietatem praenominati fisci ratbodonem infertorem nostrum habere liceat quousque nos in alterum locum ex aliis rebus illum adjuuare possimus atque tunc eodem momento temporis memorati monachi praefatam medietatem fisci cum omnibus supra consistentibus recipiant teneant atque possideant et quicquid ex inde pro utilitate sua facere uoluerint liberam et firmissimam in omnibus habeant potestatem christo propitio faciendi. Et ut haec auctoritas donationis atque largitionis nostrae firmior habeatur et a cunctis fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque uerius credatur et diligentius observetur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri Inpressione adsignare iussimus.

Signum *(Monogramma)* Hludouuici serenisissimi regis.

Euerhardus notarius ad uicem Uuitgarii cancellarii recognoui et ss. (*R. S.*)

L. S.

Digitized by Google

Data kl mai Anno XXVII. regni hludouuici serenissimi regis in orientali francia regnante Indict. VII. actum franconouurt palatio regio in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum optime expressum et conservatum.
b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 859.
c) Editum in Pez. Thes. I. III. 23. n. 9. Lünig spicileg. eccl. continuat. III. Forts. 104. Libr. probat. Scti. Emmer. 55. n. 19. et in Ried cod. dipl. Ratisb. I. 48. n. 46.

XXXVII.

Anno 860. 20. Febr. Reganesburc.

Ludowicus Germanicus donationem Briwini ducis monasterio Niederaltach in suo ducatu faciendam permittit, factamque confirmat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum integrum.
b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 860.
c) Locus in medio membranae vetustate exesus per duas lineas extensus, syllabas duas ultimas loci Salabiugiti illegibilem reddidit, suppletas ab editoribus.
d) Editum in Hund. metr. II. edit. Monac. 15. edit. Ratisb. 11. et in Mon. Boic. XI. 119. num. 13, ubi tamen in linea penultima pag. 119. leg. Uualtungesbah.

XXXVIII.

Anno 862. 23. Mart. Matahhoue.

Ludowicus Germanicus monasterio Campidonensi ius eligendi abbatem confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis hludouuicus diuina fauente gratia rex. Oportet igitur nos qui diuino

Digitized by Google

sumus munere Quodammodo prae caeteris mortalibus sublimati eius in omnibus parere praeceptis cuius Clementia praelati sumus. Atque cuius praecellimus munere loca utique sibi dicata per appetitiones fidelium nostrorum nostro releuari iuuamine atque regali tueri munimine quonim id nobis et ad mortalem uitam temporaliter transigendam et ad aeternam uitam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sollercia. qualiter uenerabilis abba noster rimgrimus adiit celsitudinem nostram innotescens nobis quod domnus ac genitor noster fratribus domino famulantibus ad monasterium quod dicitur campidona licentiam tribuisset ex illis ipsis eligendi abbatem quamdiu ibi talem inuenire potuerint qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti benedicti digne regere ualeat. Itaque nos morem antecessorum nostrorum sequentes concessimus in praedicto sancto loco ob amorem domini nostri Jesu Christi nostraeque mercedis augmentum ac pro coniugis carissimaeque prolis nostrae salute habere potestatem illis eligendi abbatem si dignum domino auxiliante inter illos inuenire potuerint. Nostraeque etiam tuitionis et Immunitatis auctoritatem super omnes res eiusdem monasterii statuimus sicut melius et plenius ab antecessoribus nostris habuerunt ut et ita deinceps habeant per hoc nostrae auctoritatis praeceptum plenius In dei nomine confirmatum Hanc itaque nostram auctoritatem ut Inconcussam et inviolabilem obtineat firmitatem manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione assignare iussimus.

Signum (*Monogramma*) Domni Hludouuici serenissimi regis.

Hebarhardus notarius ad uicem grimaldi archicappellani recognoui et ss. (*S. R. et not. tir.*)

L. S.

Digitized by Google

Data X. kalendas aprilis anno XXX. regni domni hludouuici serenissimi regis In orientali francia regnante indictione X. Actum matahhoue uilla regia in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum, ex duplici annulo impressum, totum quidem est cum integra inscriptione; ast imago annuli minoris impressi casu, ut videtur, iam inde ab initio, cum cera mollis adhuc fuisset, omnino pessumdata est.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 862.

c) Edidit Neugart. Cod. dipl. aleman. ex orig. II. 9. n. 809.

XXXIX.

Anno 863. 16. Junii. Hostermontingae.

Ludowicus Germanicus villam Nabauuinida monastorio Altaha (infer) concedit, aliasque possessiones in Pannonia (Austria) confirmat.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum illaesum.

b) Indictio annum Chr. 862, annus autem regni ordinarius annum Chr. 863 indigitat; hicce praeferendus erit ex loco dati et ex historia vitae Ludowici Germ. cnfr. ab Eckart comment. franc. or. II. 497.

c) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 17. edit. Ratisb. 12, et in Mon. Boic. XI. 120. num. 14., ubi emendanda aliqua, quae sic legantur: p. 121. lin. 11. trebinam, lin. 19. dagodeosmarcha, lin. 22. ibisam atque harulam.

Digitized by Google

XXXX.

Anno 865. 18. Decembr. Altahae monast.

Ludowicus Germanicus monasterio Altaha (infer.) bona partim antea habita, partim neoadquisita, nominibus expressa, ac liberam abbatis electionem confirmat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum optime expressum et conservatum.

b) Indictio dicta caesarea, et annus regni annum Chr. 865 indicant; cnfr. ab Eckart comment. franc. Orient. II. 509, ubi simul notat, Otgarium, inde ab anno 858, constitutum, episcopum eichstadiensem, aliter Rubelacensem esse.

c) Editum in Hund. metr. II. edit. Mon. 17. edit. Ratisb. 12., et in Mon. Boic. XI. 122. num. 15., ubi aliqua errata sic emendentur: p. 122. lin. 4. ab infra: sublimati, p. 123. lin. 18. Buohof, lin. 19. Bogana, — — — et quae illuc, lin. 24. Ustarlinga, lin. 25. et 26. sleimari.

XXXXI.

Anno 867. 14. Junii. Francofurt.

Ludowicus Germanicus monasterio Metemon (Meten) bona quaedam in pago Suualafeld, ad villam Wizinburc pertinentia, donat.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum bene expressum et optime conservatum.

c) Indictio et annus regni anno Chr. 867. respondent.

c) Editum Mon. Boic. XI. 426. n. 4., ubi aliqua errata sic emendentur: lin. 17. steinfeld, — — — piriboum, — anan, lin. 19. lubintal.

XXXXII.

Anno 868. 4. Febr. Reganesburc.

Ludowicus Germanicus monasterio Metamun (Meten) bona in villa Drousinindorf in pago Treismafeld et comitatu Willihelmi donat.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum, optime conservatum propter ceram subnigram, omnibus sic conservatis sigillis communem, minus tamen bene expressum.

b) Indictio, et annus regni in sensu latissimo acceptus, respondent anno Chr. 868.

c) Editum habetur Mon. Boic. XI. 427. n. 5.

XXXXIII.

Anno 868. 4. Febr. Reganesburc.

Ludovicus Germanicus quaedam bona in Platlinga et Leichilinga in pago Donahgeuue monasterio Metemun (Meten) donat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum, valde laesum propter ceram fragilem, subalbam.

b) Indictio et annus regni in sensu latissimo acceptus respondent anno Chr. 868.

c) Editum habetur Mon. Boic. XI. 428. n. 6., ubi eadem pag. lin. 4. ab infra legatur: metemun.

d) Membrana hic inde exesa lacunas habet, quarum una suppleri potuit ex aliis instrumentis huius regis eiusdem anni et diei.

Digitized by Google

XXXXIV.

Anno 874. 2. Februar. Augusburc.

Ludowicus Germanicus complacitationem, de quibusdam bonis inter Embrichonem Episc. Ratisb. et Engilmarum Diaconum factam, ecclesiae Sti. Emmerammi confirmat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex. Si petitiones fidelium nostrorum auribus nostris acommodauerimus non solum regium morem decenter implemus uerum etiam eos fideliores ac deuotiores in nostro efficimus seruicio et ad eternam uitam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum solertia qualiter concessimus fieri quandam complacitationem inter hembriconem uenerabilem episcopum et engilmarum diaconum tradidit namque engilmarus suam proprietatem ad ettinchofon in manum episcopi et aduocati eius amalperti ad sanctum emmerammum quicquid ibidem habere uisus est, Curtis. aedificiis pratis. pascuis. siluis. aquarumue decursibus molendinarum locis. mancipiis nihil extra dimittens. sed totum ad praedictum sanctum dei transfudens. et sibi complacitauit de rebus sancti emmerammi beneficium suum in proprietatem cum consensu episcopi et omnium fratrum ibidem commorantium in loco qui dicitur heribrantesdorf et hobam heimonis cum mancipiis usque ad finem uitae suae. ut postea omnia meliorata ad sanctum emmeramum constarent. Igitur nos super eandem conplacitationem hoc nostrae auctoritatis praeceptum fieri jussimus per quod decernimus atque jubemus ut sicut superius conprehensum est ita diebus uitae suae securiter habeat beneficium scilicet et proprium post suum uerum obitum ad predictam potestatem sancti Emmerammi reuertatur. Et ut haec auctoritas firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris uerius

Digitized by Google

credatur et diligentius obseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri impressione subter eam assignari jussimus.

Signum *(Monogramma)* Domni Hludouuici serenissimi regis.

Hebarhardus cancellarius ad uicem Liutberti recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data IIII. Non. februarias anno XXXVII regni domni hludouuici serenissimi regis In orientali francia regnante (regnantis) Indictione VII Actum augusburc In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum; sed tertia sua parte avulsum; imago tamen annuli minoris et ex maiori annulo maior pars inscriptionis, mediae ac finientis, integra adhuc est et optime expressa.

b) Indictio et annus regni hoc tempore consuetus respondent anno Chr. 874.

c) Editum post libr. Probat. S. Emmer. 57. num. 20. in Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 53. n. 52.; antea in Pez. Thesauro I. III. 25. n. 10. et in Lünig Spicileg. eccles. contin. III. 12. 11.

XXXXV.

Anno 874. (mense Maio aut Junio) Triburiis.

Ludowicus Germanicus VIII. mansos in Hurnouua, quos Ruotlint ad capellam Stae. Mariae in Francono-furt tradidit, sitos in pago Nitecheuue, in comitatu Liutfridi, eidem regiae capellae confirmat.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae dei ecclesie fideli-

Digitized by Google

bus nostrisque presentibus scilicet et futuris qualiter quedam femina nomine Routlint per nostram licentiam tradidit ad sanctam mariam ad nostram capellam in franconofurt quasdam res proprietatis suae consistenses in francia in pago niticheuue In comitatu Liutfridi in uilla que uocatur hurnouua id est mansa. VIII cum omnibus ibidem adiacentiis uel pertinentibus in terris secus briubahc pascuis pratis uineis siluis aquis aquarumue decursibus exitibus et regressibus mobilibus et inmobilibus cum mancipiis utriusque sexus. quorum nomina sunt reginbald et coniux eius filiique illorum fratremque eius seginhilt cum sororibus suis, uuicbald Atrud et conplacitauit Inde ut per unumquemque annum ei daretur de frumento. mod. XL de spelta mod. XXX. de auena mod. LX. et quatuor Carrad. de uino. et libram unam. argenti. Friskingas. XIIII sex ad bacones faciendos si pascio esset. Et si hoc non esset tunc darentur ei Friskingas XX. Et per unumquemque annum de lignis carradas C. Et idcirco iussimus ei fieri hoc nostrae auctoritatis preceptum per quod decernimus adque (atque) iubemus ut firmum et stabile permaneat Et ut haec auctoritas uerius credatur et diligentius obseruetur anuli nostri Inpressione subter eam assignari iussimus.

Hebarhardus Cancellarius ad uicem Liutberti archicappellani recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data anno XXXVII regni domni hludouuici serenissimi regis In orientali francia regnante (regnantis) Indictione VII. Actum tiburias In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex uno annulo impressum optime expressum et conservatum. Alterum hoc sigillum a multis retro annis non adhibitum fuit,

b) Indictio respondet anno Chr. 874., immo et annus regni in orientali francia, sive aliquibus annis detractis, sive, ut auctores diplomatici advertunt, ab anno Chr. 838 numeratus. Observante etiam Neugart. Cod. Alem. dipl. I. 382. not. a) Liutbertus archicapp. non successit grimaldo ante mens. Jun. 872.

Digitized by Google

c) Pro mense et die Dati spatium vacuum 3 vel 4 Syllaborum absque rasura conspicitur. Ex fide Annalium fuldens. an. 874. mense April. aut Maio conventum generalem Ludowicus rex german. habuit in Tribure.

d) Instrumentum hoc desumtum ex archivo Aschaffenburgensi, saepius editum: in Müllers Nachricht von dem St. Bartholomäistifte 159; in Würdtwein Diöces. Mogunt. II. 409. et in Kirchners Gesch. der Stadt Frankfurt a. M. I. 609. Anhang n. 1. cnfr. Fichard Frankfurtisches Archiv. 459 — 465 et eiusdem Wetteravia 12. not. 2. et 3, ubi habetur recensio editionum cum nota critica super annum huius diplomatis.

XXXXVI.

Anno 875. 18. Maii. Reganesburc.

Ludowicus Germanicus capellae ad Reganesburc, in honore S. Mariae a se constructae, monasterium ad Berga donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis hludouuicus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus scilicet et futuris quia nos ob nostrae mercedis augmentum et pro salute domni aui ac genitoris nostri nec non etiam pro salute dilectae conjugis nostrae hemmae atque carissimae prolis. concessimus ad nostram cappellam ad reganesburc quae est constructa in honore sanctae mariae illud monasterium ad bergae cum omnibus ibidem adiacentiis uel pertinentibus. Ea uidelicet ratione ut nullus ex successoribus nostris neque ulla persona inde quicquam auferre uel minuere praesumat neque in beneficium prestare cuiquam. sed in usus fratrum domino famulantium in prefata capella nostra ad reganesburc quam in honore sanctae dei genetricis semperque uirginis mariae construximus perpetualiter permaneant absque alicuius contradicentis obstaculo. ut eis pro omnium nostrum pros-

Digitized by Google

peritate domini clementiam delectabilius exorare delectet. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora a fidelibus nostris uerius credatur et diligentius obseruetur manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri inpressione assignari iussimus.

Signum *(Monogramma)* domni Hludouuicci serenissimi regis.

Signum *(Monogramma)* Karlomanni.

Hebarhardus Cancellarius ad uicem Luitberti archicappellani recognoui et ss. (*S. R. et n. t.*)

L. S.

Data XV kalendas iunii Anno XXXVIII regni domni hludo*uuici* serenissimi regis in orientali francia regnante (regnantis) *Indictione* VIII Actum reganesburc ciuitate regia In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum, ex duplici annulo impressum, integrum; imago ex minore annulo optime expressa.

b) Indictio et annus regni, more tunc consueto numeratus, respondent anno Chr. 875.

c) Edidit Ried cod. dipl. Ratisb. I. 54. n. 54; denique Oesterreicher in den geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 530. n. 2.

XXXXVII.

Anno 876. 3. Novemb. Reganesburc.

Karlomannus rex quaedam bona, in pago Trungau et in comitatu Arbonis comitis sita, Werinolfo presbytero donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Karlomannus diuina fauente gratia Rex. si pro dei nutu uel pro mer-

cede aeternae retributionis fidelibus quibuscumque quasdam res iuris ac proprietatis nostrae concedimus non solum munificentiam ac largitionem regum imitari uerum etiam aeternae retributionis premia nos promereri confidimus. Id circo nouerit industria omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum quoniam amore diuino conpuncti cuidam fideli prespitero nostro nomine uuerinolfo quasdam res nostras in proprietatem tradidimus. id est hobas quattuor in pago qui dicitur Trungaui in comitatu arbonis comitis in loco qui dicitur uualahofeld. cum terris agris cultis et incultis pratis pascuis siluis uiis et inuiis aquis aquarumque decursibus mobilibus et inmobilibus cunctisque adiacentiis quesitis et inquesitis. quatinus ea perpetuis temporibus nullo inquietante teneat atque possideat. Hanc etiam nostrae traditionis largitionem per presentem auctoritatem nostram confirmauimus atque nostris et futuris temporibus firmiter ac inuiolabiliter mansuram esse uolumus. Et ut haec auctoritas donationis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur et diligentius conseruetur manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri inpressione iussimus sigillari.

Signum *(Monogramma)* Domni Karlomanni serenissimi regis.

Madaluuinus notarius ad uicem baldonis cancellarii recognoui et ss. (*S. R. cum notis tiron.*)

L. S.

Data III. non. Nou. anno Christo propitio I. regni domni Karlomanni serenissimi regis bauuariorum Actum reganesburc ciuitate regia indictione VIIII. in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum optime expressum et conservatum.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 876.

c) Instrumentum adhuc ineditum, extractum autem ab Aventino inter excerpta Passav. apud Oefele I. 704. b.

Digitized by Google

XXXXVIII.

Anno 878. 3. Decamb. Rantesdorf.

Karlomannus quasdam res proprietatis suae, in pago tonageuue et in comitatu Engildeonis, in villa Samutesbach Jobo Presbytero et Ecclesiae Sti. Emmerammi donat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae Trinitatis Karlomannus diuina fauente gratia Rex. si pro dei nutu uel pro mercede aeternae retributionis fidelibus quibuscumque nostris quasdam res proprietatis nostrae donamus non solum regium morem decenter implemus. uerum etiam et aeternae beatitudinis premium nos promereri liquido credimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque scilicet presentibus et futuris quoniam quidam fidelis ac dilectus presbiter noster nomine Job Culmen serenitatis nostae adiit deprecans ut ei quasdam res proprietatis in pago qui dicitur Tonageuue in comitatu engildeonis in proprietatem donaremus. nos uero libentissime petitionibus illius satisfacientes propter nimiam servitutem illius in nos exhibitam per hoc presens preceptum nostrum in praedicto pago et in uilla quae uocatur samutesbach donauimus ei duas hobas in proprietatem cum octo mancipiis. cum terris cultis et incultis agris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus. omnia haec praedicto Jobo dilecto presbitero nostro in proprietatem dedimus atque de nostro iure in ius et dominationem eius transfundimus ea uidelicet ratione ut ab hodierna die et deinceps hanc ipsam proprietatem omnibus diebus uitae suae habeat teneat atque possideat. Post obitum autem illius iubemus ut res praedictae redeant in potestatem sancti Emmerammi martyris Christi. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae ab universis fidelibus firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur ac diligen-

Digitized by Google

tius conseruetur manu propria nostra subter eam confirmauimus et anulo nostro sigillare iussimus.

Signum *(Monogramma)* Karlomanni piissimi regis.

Baldo Cancellarius ad uicem thiotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.).

L. S.

Data III. non. dec. anno Christo propitio III. domni Karlomanni serenissimi regis in bauuaria. et II. in italia indictione XI. Actum ad rantesdorf curte regia in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo simplici impressum illaesum et bene expressum, ab illo prius 3. Nov. 876. adhibito multum discrepans.
b) Indictio et annus regni utriusque respondent anno Chr. 878.
c) Circa finem contextus verba instrumenti *in potestatem Sti. Emmerami martyris* renovata sunt, quae primo intuitu loco raso inscripta videntur.
d) Editum post librum Probat. S. Emmer. 62. num. 22. in Ried cod. dipl. Ratisb. I. 57. n. 57.; antea in Pez. Thesaur. I. III. 27. n. 2.

XLIX.

Anno 879. 20. Septemb. Hohberahhah.

Karlomannus rex complacitationem de nonnullis bonis, quae inter Embrichonem episc. Ratisbon. et nepotem eius Hittonem abbatem Lunaelacensem facta est, confirmat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Karlomannus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque presentibus et futuris qualiter quidam uir uenerabilis embricho reginae urbis episcopus neposque illius

Digitized by Google

hitto abbas monasterii ad lunaelacum nostram adierunt excellentiam una cam aduocatis atque primatibus scti. emmerammi martyris Christi postulantes ut ipsis per nostrae licentiae consensum quandam aptam utilemque complationem (complacitationem) facere liceret. Tradidit itaque idem praefatus abbas hitto per consensum nostrum atque episcopi praefate sedis totiusque familiae ipsius ecclesiae ad sanctum dei martyrem emmerammum proprietates suas quales habuit ad perga iuxta ufhusa et ad albrichinchofa iuxta rocchinga in manum predicti antistitis aduocatique illius gundberti. Cum curtibus edificiis mancipiis utriusque sexus pecudibus domibus agris cultis et incultis siluis aquis. aquarumque decursibus pratis pascuis quesitis et inquesitis mobilibus et inmobilibus. et quae in posterum in ipsis locis adaugeri potuerit omnia illuc transfundebat atque donabat. Ea namque ratione quatinus beneficia quae prius habuit de prefatae sedis Episcopo iam iamque dicto. Id est lentinchofa. rodratinchoua. aragisinchoua. hardheim heskilebah. ergoltesbah. coginbah. benninchoua. piepetinchoua cum uniuersis pertinentiis atque adiacentiis eorundem locorum firmiter in proprietatem teneat atque possideat una cum supra nominatis atque traditis proprietatibus usque in finem uitae suae. sine ulla diminoratione uel mutatione post obitum uero suum integriter cuncta maneant in potestate sancti emmerammi et prouisoris eiusdem Ecclesiae. Cuius rei gratia hoc presens preceptum nostrae auctoritatis scribere iussimus per quod decernimus atque omnino iubemus ut haec ipsa complacitatio per cuncta tempora inuiolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas nostri consensus perpetualiter uerius credatur ac diligentius conseruetur manu propria nostra subtus eam firmauimus Et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum arnolfi *(Monogramma)* gloriosissimi regis.

Signum *(Monogramma)* Karlomanni Inuictissimi regis.

Madaluuinus notarius ad uicem Theotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data XII. kal. oct. anno III. regni karlomanni serenissimi regis in bauuaria et in italia II. Indict. XII. actum ad hohberahhah curte regia in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo uno impressum, bene expressum et optime conservatum.

b) Indictio a Madalwino alias usurpata indicat annum Chr. 879, cui etiam annus regni in Italia conformis est, sed non annus regni in Bawaria, quia ibi ab initio Septemb. iam inchoatus fuerat annus 4tus. Cnfr. ab Eckhart commentar. or. Franc. II. 646.

c) Editum habetur in Pez. Thes. anecd. I. III. 26. n. 1. Libr. Probat. 59 n. 21. Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 55. n. 56.

d) Monogramma Arnolfi in spatio vacuo post contextum ante Monogramma Karlomanni apparens alia manu, alioque atramento tempore tamen Arnolfi, inscriptum est.

L.

Anno 880. 3. Maii. Forahheim.

Ludowicus II., alias dictus iunior, rex monasterio Meten bona quaedam, terminis designata, sita in pago Tunnagowe in comitatu Cuniberti, donat.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum illaesum, et bene expressum.

b) Anno Chr. 880. currebat ordinaria indictio XIII., sed annus regni et locus acti comparati cum aliis huius regis, dicti germanici iunioris, annum chr. 880 stabiliunt. cnfr. ab Eckhart Comment. franc. or. II. 652.

c) Membrana instrumenti maiori parte, quae nomina propria abbatis et terminorum exhibere deberet, nimium quantum exesa, adeoque fragmentum potius, quam instrumentum dicendum est.

Digitized by Google

d) Ex originali editum mon. Boic. XI. 429, ubi 430 simul exhibetur copia Bruschiana, ab authographo in multis discrepans, et nomen abbatis male supplens: *Wipponis*, cuius ultima syllaba potius nomen: *Lantberti* indicare videtur.

LI.

Anno 882. 19. Julii. Asloha.

Carolus Crassus Imperator bona Monasterii Metensis in Baioaria confirmat, terminosque eorum designat.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum.

b) Omnes notae chronologicae concordant.

c) Editum Mon. Boic. XI. 431. num. 8., ubi quaedam errata sic emendentur: pag. 432 lin. 1. Domnus, lin. 9 et 12. bogana, lin. 10 et 11. vocabula (forte) *rursus* deleantur; lin. 11. leg. asebach, — — — tuninesberg.

LII.

Anno 883. 9. Januar. Cholembrae.

Carolus Crassus Imperator ecclesiae Wirceburgensi XXII hubas ad Fachedorf in fahedorphono marchu et VIIII. ad Suabinnehusun (Schwabenhausen) in Haganenouono marchu cum omnibus appertinentiis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Karolus diuina fauente clementia Imperator augustus. Si locis deo dicatis aliquid ex nostra largitate referimus procul dubio ad aeternam remunerationem hoc nobis proficuum esse credimus. Quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium uidelicet et futurorum Industria. qualiter arn. uuirzburgensis ecclesiae

Digitized by Google

episcopus nostram adiens serenitatem deprecatus est ut ex nostra munificentia eandem ecclesiam aliquantulum ditaremus. Statimque nos postulationibus eius aures serenitatis nostrae accommodantes. Insuper etiam pro remedio animarum parentum nostrorum nostraeque cogitantes decreuimus ita fieri. Concessimus itaque ad prefatam ecclesiam ubi beatus Christi martyr chilianus requiescit. In fahedorphono marchu. ad fahhedorf pertinentes huobas XXII. et In haganenouono marchu. ad suabinnehusun. pertinentes huobas VIIII. cum omnibus ad easdem huobas Iuste et legitime aspicientibus. aedificiis terris agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et Incultis. exitibus et reditibus accessibus et regressibus mobilibus et Immobilibus mancipiis utriusque sexus. Haec enim omnia superscripta ex nostro Jure atque dominatione In Jus et dominationem praefatae ecclesiae tradimus atque transfundimus. Eo scilicet rationis tenore ut ab hodierna die et deinceps prefatae res a rectoribus eiusdem ecclesiae secundum uoluntatem et utilitatem ipsorum regantur ordinantur et disponantur nullo umquam successorum nostrorum hoc irrumpente sed hoc praesens praeceptum In perpetuum firmum permaneat. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae nostris futurisque temporibus domino protegente Inuiolabilis habeatur. et ab omnibus uerius credatur et diligentius obseruetur hoc idem praeceptum manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

L. S.

Signum domni Karoli *(Monogramma)* serenissimi Imperatoris.

uualdo cancellarius ad uicem Liutuuardi archicancellarii recognoui et ss. (R. S.)

Data V. Jdus ian. Anno incarnationis domini DCCC.LXXX.III. Indictione I. Anno uero imperii piissimi imperatoris Karoli II. Actum cholembra curte imperiali. In dei nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum, bene expressum optimeque conservatum.

b) Notae omnes chronologicae concordant.

c) Edidit ab Eckhart franc. Orient. II. 890. n. 16. ex originali; cnfr. eius Commentarii ibid. p. 673.

LIII.

Anno 883. 23. Mart. Reganespurc.

Carolus Crassus imperator fideli suo Euprant capellam in villa *Pirihinga* sub usu fructuario concedit, quae *post obitum* eius ad capellam regiam S. Mariae in Regenespurc pertineat.

(*Chrismon.*) In Nomine Sanctae et Indiuiduae Trinitatis Karolus diuina fauente gratia Imperator Augustus. si locis deo dicatis aliquid ex nostra largitate conferimus. procul dubio aeternae remunerationis premia inde nobis augmentari credimus. quapropter nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum industria qualiter nos interuentu engilmari abbatis nostri cuidam fideli nostro nomine euprant quandam cappellam in uilla nuncupata pirihinga cum omnibus ad eandem cappellam pertinentibus edificiis. mancipiis. terris. agris. campis. syluis. pratis. aquis. quam ipse modo in beneficium habere uisus est diebus uitae sue sub usu fructuario in proprietatem concessimus. Et iussimus hoc nostrae auctoritatis preceptum inde conscribi. per quod decernimus atque iubemus ut praefatus euprant eandem cappellam diebus uitae suae securiter possideat. post ipsius uero obitum ad cappellam nostram in regina ciuitate sitam quae est constructa in honore sanctae mariae iure perpetuo pertineat. Rectoresque ipsius ecclesiae eandem cappellam secundum uoluntatem suam et utilitatem praefate ecclaesiae regant et disponent.

Et ut haec auctoritas nostrae largitionis firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur ac diligentius obseruetur. manu propria subter firmauimus. et anuli nostri impressione sigillari jussimus.

L. S.

Signum domni Karoli (*Monogramma*) serenissimi imperatoris Augusti.

Ualdo Cancellarius ad uicem liutuuardi archicancellarij recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

Data X. kalendas aprilis. anno incarnationis domini dccc. LXXX.III. indict. I. Anno uero inperii piissimi imperatoris karoli III. Actum reganespurc in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, bene expressum et optime conservatum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum in Ried. Cod. dipl. Rat. I. 61. n. 61. cnfr. Ludwig Scr. rer. Bamb. I. 860. ubi habetur absque nominibus personarum excepto Karolo imp.

LIV.

Anno 883. 28. Mart. Regenesburg.

Carolus Crassus imperator quoddam Concambium, inter Ambrichonem Ep. Ratisb. et Hunricum Chor-Episcopum, de bonis Scti. Emmerami initum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Karolus imperator augustus. si circa seruos dei beneficia largimur oportuna. non solum imperialem modum decenter implemus. uerum etiam et aeternae beatitudinis premium nos promereri inde li-

Digitized by Google

quido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sanctae dei ecclesiae nostrisque scilicet presentibus et futuris quoniam quidam uir uenerabilis et religiosus chorepiscopus nomine Hunricus tradidit res suas ad sanctum emmerammum martyrem christi cum manu aduocati sui otnandi. cum consensu et consilio ambrichonis uenerabillimi episcopi. et aduocatorum eius. Et hoc est quod illuc tradidit. ad scammaho. cum basilica et caeteris aedificiis. mancipiis utriusque. sexus. terris cultis et incultis pratis pascuis siluis et cum omnibus adiacentiis suis. similiter etiam tradidit ad luzilindorf. quicquid ibi habere uisus est. Id est tam domibus quam caeteris aedificiis manicipiis. terris cultis et incultis et cum omnibus integritatibus suis. Econtra uero praefatus uenerabilis episcopus manibus aduocatorum suorum. unacum consensu totius cleri sibi subiecti tradidit ei in *proprietatem* possidendam usque ad finem uitae suae quaedam *loca sancti* emmerami. Id est altheim. eskinhart. et perchusa. *cum* omnibus adiacentiis suis. Id est tam ecclesiis. quam ceteris aedificiis mancipiis terris cultis et incultis pratis pascuis siluis agnis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus seu quicquid ad haec iuste et legaliter pertinere uidebantur. sed ob firmitatis gratiam idem Hunricus religiosus chorepiscopus nostram deprecatus est celsitudinem ut praeceptum liberalitatis nostrae super hoc adderemus. Nos autem libentissime petitionibus illius satisfacientes iubemus atque decernimus ut ab hodierno die et deinceps omnia iam dicta loca usque ad finem uitae suae habeat teneat atque possideat. eo etiam tenore ut post obitum suum praefatae res in omnibus saluae ad sanctum Emmeramum reuertantur. Nullo unquam hanc conuenientiam irrumpente uel inquietante sed deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inuiolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas preceptionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur ac diligentius conseruetur manu propria nostra subter eam confirmauimus et anuli nostri impressione assigillari iussimus.

Signum (*Monogramma*) domni Karoli serenissimi augusti.

Uualto notarius ad uicem Liutuuardi archicancellarii recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

Data V. Kal. april. Anno incarn. dom. dccc. LXXX.III. indict. I. Anno uero imperii piissimi imperatoris Karoli III. Actum regenesburg. in dei nom. feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente cerae macula circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Post B. Pez. in thes. I. III. 30. et Libr. Probat. 70. n. 25. edidit Ried cod. dipl. Rat. I. 61. n. 62.

LV.

Anno 883. 5. April. Regenesburg.

Carolus Crassus imperator complacitationem, inter Ambrichonem episcopum Ratisbon. et Hittonem abbatem super abbatia lunaelacensi factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sctae. et indiuiduae trinitatis Karolus diuina favente clementia Imperator Augustus. si circa seruos dei beneficia largimur oportuna non solum imperialem modum decenter Implemus uerum etiam eternae beatitudinis premium nos promereri Inde liquido credimus. Quapropter notum sit omnibus fidelibus sctae. dei ecclesiae nostrisque. scilicet presentibus et futuris. quoniam quidam uir uenerabilis et religiosus abba noster nomine Hitto tradidit simul cum aduocato suo otilone ad sctum. michahelem sctumque dei martyrem emmerammum. proprietatem suam quam habuit In oriente iuxta fluuium qui uocatur raba. Id est hobas XXX. in manum ambriconis uen. episcopi et aduocati eius gundperti. Econtra uero prefatus uenerabilis episcopus manibus aduocatorum suorum una cum consensu totius cleri sibi subiecti tradidit ei in proprietatem possidendam usque in finem uitae suae de rebus Sancti emmerammi abbatiam quae nuncupatur laculunensem. cum omnibus adiacentiis suis id est cum ecclesiis quam ceteris aedificiis mancipiis utriusque

Digitized by Google

sexus. terris cultis et incultis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus mobilibus et immobilibus seu quicquid ad haec iuste et legitime pertinere uidebantur. Sed ob firmitatis graciam idem hitto religiosus abba. nostram deprecatus est celsitudinem. ut praeceptum liberalitatis nostrae super hoc adderemus. Nos autem libentissime petitionibus. illius satisfacientes iubemus atque decernimus ut ab hodierno die et deinceps iam dictam abbatiam cum locis ibi pertinentibus usque ad finem uitae suae habeat teneat atque possideat. Eo etiam tenore ut post obitum suum praefatae res In omnibus saluae ad sctum emmeramum reuertantur. nullo umquam hanc conuenientiam irrumpente uel inquietante sed deo auxiliante perpetuis temporibus firma et inuiolabilis permaneat. Et ut haec auctoritas praeceptionis nostrae firmior habeatur et per futura tempora uerius credatur ac diligentius conseruetur. manu propria nostra subter eam confirmauimus et bullae nostrae impressione sigillari iussimus.

Signum Domni Arnolfi (*Monogramma*) serenissimi regis.

Signum domni Karoli (*Monogramma*) serenissimi Imperatoris Augusti.

Uualdo Cancellarius ad uicem Liutuuardi archicancellarii recognoui et ss. (S. R. cum notis tir.)

Data non. aprl. Anno incarn. dni. dccc. LXXX. III. Indict. I. Anno uero imperii piissimi imperatoris karoli III. Actum regenesburg. In dei nom. feliciter Amen.

a) Appendet Bulla plumbea ex funiculo, contorto sive contexto ex filis sericis albi et rubri coloris, optime conservata, licet in ipso instrumento sub formula: Bullae impressione, an-

nuntietur. De Bulla hac cnfr. ab Eckhart comment. fr. or. II. 697.

b) Intervallo vacuo inter contextum et monogramma imperatoris, conspicitur etiam Monogramma Arnolfi regis alia manu, huic regi tamen coaeva, inscriptum.

c) Notae chronologicae concordant.

d) Editum saepius est: Pez. thes. anecd. I. III. 29. chron. lunaelac. I. 88. Libr. Probat. S. Emm. 66. n. 24. Ried cod. dipl. I. 63. n. 63.

LVI.

Anno 884. 19. Septembr. Radesbonae.

Carolus Crassus Imperator quaedam bona ad Marlingon in comitatu Engildei Capellae Regiae infra Ciuitatem Ratesponam donat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Karolus Diuina fauente Clementia Imperator augustus. Si enim pro dei amore locis deo dicatis ex nostris rebus aliquid conferimus et necessitates ecclesiasticas nostro subleuamus iuuamine. Id nobis ad aeternam uitam feliciter capescendam profuturum liquido credimus. Ideoque nouerit omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet et futurorum sollertia quia nos pro dei amore et animae nostrae remedio concessimus ex nostris rebus ad capellam nostram quae est in honore sanctae et intemeratae uirginis mariae constructa infra ciuitatem radesbonam ecclesiam unam cum casa et curte ad marlingon uocato loco in comitatu Engildei et de terra salica. hobas duas et mancipia quinque cum omnibus iuste et legaliter ad ipsam ecclesiam pertinentibus campis. pratis. siluis. cultis. et incultis. aquis. aquarumue decursibus. uiis. et inuiis. accessibus et regressibus. et adiacentiis finibus. eo uidelicet rationis tenore ut

Digitized by Google

deinceps perpetualiter ex ipsis rebus indeficiens luminaria ad praefatum sanctum locum pro animae nostrae remedio habeatur. Unde et hoc nostrae auctoritatis praeceptum exinde fieri iussimus atque iubemus ut nostris futurisque temporibus praefatae res ad praescriptum sanctum locum inuiolabiliter permaneant nullusque habeat potestatem exinde aliquid minuere uel subtrahere. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas per futura tempora a cunctis fidelibus nostris uerius credatur Et diligentius obseruetur. Manu propria nostra subter eam firmauimus. Et anulo nostro assignari iussimus.

Signum (*Monogramma*) Karoli serenissimi Augusti.

Segoinus notarius ad uicem Liutuuardi Archicancellarii recognoui et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data XIII. Kalendas Octobris anno ab incarnatione domini DCCCLXXXIIII. indictione III. anno uero regni domni Caroli imperatoris VIII. imperii autem IIII. Actum radesbone ciuitate in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum bene expressum et optime conservatum.

b) Indictio tunc iam anticipata, anni regni et imperii cum notato anno inc. concordant.

c) Edidit Ried Cod. dipl. Rat. I. 62. n. 62. cnfr. Ludewig Script. rer. Bamb. I. 860.

LVII.

Anno 885. 23. August. Weibelingan.

Carolus Crassus imperator abbati Engilmaro duo monasteria, Perge et Wezinesprunnen, ad capellam regiam Ratispon. pertinentia, pro tempore vitae illius donat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Karolus diuina fauente Clementia Imperator Augustus. Si de rebus Terrenis fidelibus nostris oportunitates accomodauerimus beniuolentiores eos facimus et a deo mercedem nos Inde habere liquido credimus. quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum Industria. Qualiter fideli nostro abbati engilmaro ob fidele seruitium Illius et pro augmento mercedis nostrae aput deum causas nostras per hanc nostram auctoritatem concessimus. donauimus. Itaque illi usque ad finem uitae suae in proprietatem quicquid pertinet ad capellam nostram quae sita est In urbe regina Id est monasterium ad perge et quicquid illuc pertinet. monasterium ad uuezinesprunnin et quicquid illuo pertinet. Cappellam ad sanctum Cassianum et quicquid illuc pertinet. Cappellam ad mosaheim et quicquid illuc pertinet. haec omnia usque ad finem uitae suae ei potestatiue confirmamus quatinus securus pro nobis et pro parentibus nostris oret et clericos ad seruitium dei nutriet. Et ut haec nostrae largitionis siue concessionis auctoritas firmiorem in dei nomine obtinere ualeat uigorem manu propria nostra subter eam firmauimus et anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Karoli *(Monogramma)* serenissimi imperatoris augusti.

Amalbertus notarius ad uicem liutuuardi archikancellarii recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Digitized by Google

Data X. kl. Sept. Anno Incarnationis domini DCCCLXXXV. Indictione III. Anno regni Karoli piissimi Imperatoris VIII. Imperatoriae uero dignitatis in italia V. In francia IIII. in gallia I. Actum ad uueibelingan curta imperiali in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum fractum, maiore tamen sui parte bene conservatum, et optime expressum.

b) Sex variae notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Ried. Cod. Dipl. Rat. I. 65. n. 65. cnfr. Ludewig Script. rer. Bamb. I. 861.

LVIII.

Anno 887. 19. Januar. Regenesburg.

Carolus Crassus imperator ecclesiam Patav. ab omni iurisdictione praeterquam imperii eximit, eiusque marcam in foresto regio, in altercatione positam, limitibus designat.

*In nomine sanctae et indiui*duae trinitatis. Karolus diuina fauente gratia imperator augustus. si liberalitatis nostrae munere locis deo dicatis quiddam conferimus beneficii. et necessitates aecclesiasticas ad petitiones *seruorum dei nostro releu*amus iuuamine atque imperiali tuemur munimine. id nobis et ad mortalem uitam transiendam temporaliter. et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. quapropter *comperiat omnium fide*lium nostrorum presentium. scilicet et futurorum industria quia uir uenerabilis. Engilmar episcopus patauiensis adiit celsitudinem nostram ut res. episcopatus eius uidelicet possessiones *sancti Stephani Prothoma*rtyris Christi sub mundeburdo nostrae inmunitatis reciperemus. Cuius petitioni aurem pietatis nostrae libenter accomodauimus. Ita concessimus atque

per hoc preceptum nostrum *confirmauimus per quod* praecipimus atque iubemus ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territo*riis infra ditionem regni* nostri iuste et legaliter memoratum tenet uel possidet monasterium uel ea quae deinceps in iure ipsius monasterii uoluerit diuina largitas augeri temerarie ingredi temptat nec nos nec ullus *successorum nostrorum deinde mu*nera aut conuiuia aut ullum coactum seruitium accipere presumat. ubicumque uero loca eiusdem monasterii forestis nostris adiaceant inde omnia ligna edifitiorum pastum ac pascua sine censu sument. *prenominati sancti negotiatares in* aquis et aruis sine tholoneo pergant. nulla iudiciaria persona homines eius in ulla re stringere non audeat sed liceat memorato episcopo suisque successoribus res praedicti monasterii cum omnibus sibi *subiectis et rebus et homi*nibus ad se iuste aspicientibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione remota totius iudiciariae potestatis inquietudine quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio. Atque pro *incolumitate nostra con*iugisque prolis seu etiam totius regni nostri a deo collati. unacum Canonicis sibi subiectis domini inmensam Clementiam iugiter exorare. Praeterea quia in altercatione fuit marca in foresto nostro *quae pertinuit ad sanctum Ste*phanum. idcirco uolumus atque praecipimus ut modis omnibus sicut fuit temporibus hartuuici episcopi quando ille optime ualuit ita deinceps ad sanctam dei casam pertineat nemine contradicente *id est ad Wald Hisheginp*ah ad Restiberg. ad Pletiropah. ad Steinpah ubi in danubium cadit. Et ut haec auctoritas tuitionis et largitionis nostrae pleniorem in dei nomine obtineat uigorem manu propria *subtus firmauimus et bu*llae nostrae impressione assignari iussimus.

Signum domni Karoli (*Monogramma*) serenissimi imperatoris augusti.

Amalbertus notarius ad uicem liutuuardi archicancellarii recognoui et ss. (cum signo recogn.)

Digitized by Google

Datum IIII. Idus Januar. Anno dominicae incarn. DCCC. LXXXVII. indict. IIII. Anno uero imperii piissimi imperatoris. Karoli VII. Actum ad regenesburg in dei nomine feliciter Amen.

a) Periit bulla, cuius impressio, verius appensio, annuntiatur in contextu, remanent tamen eius olim appensae aliqua vestigia in latere inferiori truncato, nimirum foramine in membrana complicata inserendo funiculo apto.

b) Annus imperii concordat notato anno Chr., Indictio vero fallit, nam currebat Vta.

c) Sicut in ora inferiore resecatione Bullae, ita etiam in ora lateris primi, nimirum dextri, quo lineae incipiunt, resecatione perpendiculari tantae partis membranae, quae omnium linearum implebat apices viginti usque viginti tres, totum quantum possumdatum est instrumentum. Hinc ex antiquissimo libro copiali restituta sunt verba litteris cursivis impressa. Concordant etiam reliqui libri copiales, nisi, quod hi locum primum nominent: Wald-Kisesslegenbach, vel Wald Kasesslengenbach. Integra autem marca in vetustissimo libro vocatur: Nemus Pazouahard; et inscriptio exterior manu saec. XI. haec notat: De foresto Patauiense Scti Stephani.

d) In inscriptione exteriori redditur ratio reperti denuo instrumenti his verbis: „MDXXIII. Reperte sunt hae literae in hunc modum concise per me Philippum Gundelium conscribentem tunc Repertorium bonorum Johannis Wuener; erat autem operculum antiqui Rationarii."

e) Editum a Buchinger Gesch. v. Passau 485.

LIX.

Anno 888. 1. Januar. Regenespurhc.

Arnolfus rex comiti Sigihart capellam in comitatu Orendilonis in loco *Pergon* cum curte et pertinentiis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Si fidelium nostrorum petitionibus pio

Digitized by Google

fauore culminis nostri annuimus et de rebus diuinitus nobis collatis eis solamina impendere satagimus non solum regium morem decenter implemus. uerum etiam pro aeterna adipiscenda salute hoc nobis profuturum esse liquido credimus. Quapropter omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet et futurorum cognoscat industria. quoniam quidam dilectus fidelisque comes noster nomine sigihart culmen serenitatis nostrae praecatus est ut ei quasdam regiae potestatis res in proprium concederemus. Cuius petitioni ob mercedis nostrae augmentum et pro gratae seruitutis suae merito libenter annuentes decreuimus ita fieri. dedimus quoque illi cappellam unam quam ipse prius in beneficium habebat cum omni integritate sua iure perenni in proprietatem tam sibi quam posteris suis habendam in comitatu orendilonis in loco qui dicitur ad pergon cum curte omnibusque aedificiis cum mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus uiis et inuiis exitibus et reditibus mobilibus et immobilibus quesitis et inquisitis et quicquid dici uel nominari potest totum ex integro sicut in eodem loco antea in beneficium habere uidebatur Et cum uniuersis appendiciis et adjacentiis illuc iuste et legaliter respicientibus. Haec autem omnia de nostro jure in ius et dominationem fidelis nostris (nostri) donauimus atque transfudimus ut deinceps in aeuum firmissimo in omnibus potiatur arbitrio quicquid sibi exinde libuerit facere. Et jussimus inde hoc nostrum fieri praeceptum per quod uolumus atque iubemus ut haec donatio nostra perpetuis temporibus stabilis et immobilis permaneat absque ullius personae uim inferentis obstaculo. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firmior habeatur et a fidelibus nostris percuncta futura secula melius credatur ac diligentius conseruetur manu propria subtus eam confirmauimus anuloque nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) serenissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem Thiotmari archicappellani recognoui et ss. (cum signo rec. et notis tiron.)

L. S.

Digitized by Google

Data kl. Jan. Anno dominicae incarnationis DCCC.LXXX.VIII. indictione VI. Anno Christo propitio regni domni arnolfi piisimi regis primo actum regenespurhc in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum fractum, imago tamen annuli maxima parte integra et bene expressa.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Antiquissimum instrumentum monasterii Ebersperg adhuc ineditum. confr. chronicon Ebersperg. ap. Oefele II. 5. a.

LX.

Anno 888. 20. Februar. Rantesdorf.

Arnolphus Rex cuidam Jezonis militi Engilgero bona quaedam in Bavariae partibus inter montana alpesque Italiae sita donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis arnolfus diuina fauente clementia rex. Notum Jgitur esse uolumus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris quia nos cuidam Jezonis militi engilger dicto quasdam res proprietatis nostrae In bauuariae partibus sitas Inter montana alpesque Italiae parti conticuas Iacentes. In perpetuam donauimus proprietatem recordantes crebri seruicii nobis per illum facti priusquam regium nomen acciperemus. Hoc est In loco fellis noncupato VIII. hobas tales quales In eisdem locis serui habere soliti sunt. et XX. mancipia cum curtibus aedificiis terris cultis et Incultis In planis montibusque Jacentibus agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus finibus uineis uiis et Inuiis accessibus et regressibus uenatione quaesitis et Inquisitis mobilibus et Immobilibus omnibusque Juste ad eundem proprietatem pertinentibus. Et Jussimus eidem engilgero hoc nostrum fieri preceptum per quod decernimus atque Jubemus quatenus de supra-

Digitized by Google

dictis omnibus de Nostro dominio sibi In Jus ac dominationem collatis potestatem habeat possidendi donandi uendendi commutandi uel quicquid ex his disposuerit agendum. Et ut haec largitionis nostrae auctoritas sine alicuius contradictione. perpetua soliditate munita Inconuulsa habeatur manu propria eam firmauimus anuloque nostro sigillari Jussimus.

Signum domini arnolfi (*Monogramma*) piissimi regis.

Ernustus notarius ad uicem theotmari archicappellani recognovi et ss. (S. R. cum not. tiron.)

L. S.

Data X. kl. mar. Anno Jncar. dni. DCCC.LXXX.VIII. Indict. VI. Anno gloriosissimi regis arnolfi I. Actum rantesdorf. In dei nomine feliciter Amen.

a) Ex Originali, quod redditum est Archivo Brixinensi sive potius ministerio caesareo Austriaco.
b) Chronologicae notae concordant.
c) Edidit Resch in Annal. Sabionens. nunc Brixin. III, 219. cnfr. Errata in fine p. 739. ob locum acti, qui, ipso notante Reschio, ob rupturam pergameni non erat amplius legibilis.

LXI.

Anno 888. potius, quam 889. 9. Octbr. Reganesburc.

Arnolfus rex, cuidam Guboni ecclesiam ad groseshusa cum hobis V. et mancipiis VI., in pago Ogasgouuae in comitatu Ruodolfi comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnulfus Diuina fauente clementia rex. Nouerit igitur omnium fidelium

Digitized by Google

nostrorum Praesentium scilicet et futurorum industria. qualiter quidam nobili (nobiles) homines nostri. nomine. Izo. et ruodolf nostram celsitudinem deprecantes ut aliquid proprietatis nostrae cuidam homini. Nomine gubo ei in proprietatem concederemus. Nos uero benigno animo petitionibus eorum assentientes decreuimus ita fieri. Concessimus igitur ei ad groseshusa ecclesiam unam. et hobas V. cum mancipiis VI. quas ille in beneficio vvlt sumere. Casam cum curte et aedificiis omnibus vniuersis utriusque sexus. in illo pago qui sic dicitur ogasgouuae. in comitatu ruodolfi. comitis. cum terris. agris. campis. pascuis. siluis aquis aquarumque decursibus uiis et inuiis exitibus et regressibus uel cum omnibus iustae et legitime illuc pertinentibus. Haec omnia de iurae (jure) et dominatione nostra et supra dicto. nomine gubo in ius et dominationem perhoc praesens auctoritatis nostrae *praeceptum* plenius in dei nomine confirmatum donamus et tradimus. Et iussimus ei hos nostrae auctoritatis apices inde conscribi. per quos decernimus atque iubemus. ut ab hodierna die et deinceps de his omnibus liberam habeat potestatem et securam in cunctis. tenendi. donandi. uendendi commutandi vel quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut hoc uerius credatur. et diligentius per futura tempora ab omnibus fidelibus nostris conseruetur. Manu etiam propria nostra confirmauimus. Et sigillo nostro subter hoc assignari iussimus.

Signum Domni Arnulfi *(Monogramma)* invictissimi regis.

Asbertus Cancellarius ad uicem Theotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data VII. id. octr. Anno domini DCCCLXXXVIIII. Indict. VI. Anno autem I. regni arnulfi serenissimi regis. Actum ad reganesburc. In Christi nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo unico impressum, bene expressum et optime conservatum.

b) Indictio et annus regni indicant annum Chr. 888., qui verisimiliter erronee, scriptus est 889.

c) Ineditum. Ex Archivo monasterii Münchsmünster desumtum.

LXII.

Anno 889. 20. Januar. Mosapurg.

Arnolfus rex Capellano suo Elolfo capellam in loco Nuspilinga, quam prius in beneficium habuerat, in pago Scerra et comitatu Adelberti, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus nostris quam praesentibus scilicet et futuris qualiter nos ob mercedis aeternae Incrementum et pro deuotae servitutis merito. cuidam fideli Cappellano nostro nomine elolfo quandam Cappellam In pago qui uocatur scerra In comitatu adalberti in loco nuspilinga nuncupato consistentem quam ipse elolf prius in beneficium tenuit In proprietatem dedimus. Cum omnibus appendiciis ad ipsam cappellam iure pertinentibus id est curtibus aedificiis familiis mancipiis utriusque sexus ecclesia decima agris pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis uiis et Inuiis cultis et incultis quaesitis et inquirendis mobilibus et immobilibus finibusque uniuersis. Haec uero cuncta ex integro per hanc culminis nostri auctoritatem iam dicto cappellano nostro dedimus atque de jure nostro in jus et dominationem eius tradidimus. Ea scilicet ratione ut eandem cappellam cum uniuersis ad se rite aspicientibus habeat teneat atque possideat. Potestatemque firmissimam habeat iuxta utilitatem suam apud rectores ecclesiarum uidelicet de augia constantia. campidona siue de sancto gallo complacitationem legitimam perficere nullo inquietante sed deo auxiliante haec donatio nostra

Digitized by Google

semper stabilis et inconcussa persistat. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae Inuiolabilem In dei nomine perenniter obtineat stabilitatem manu nostra subter eam firmauimus anuloque nostro assignari iussimus.

Signum Domni Arnolfi (*Monogramma*) piissimi regis.

Aspertus Cancellarius ad uicem theotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data XIII. kl. Feb. Anno dominicae Incarnationis DCCC. LXXX. VIIII. Indictione VII. Anno Secundo regni domni arnolfi serenissimi regis. Actum mosapurg In dei nomine feliciter Amen. —

a) Sigillum impressum avulsum est, saltem casu periit, remanente vestigio eius, macula cerae circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.
b) Notae Chronologicae concordant.
c) Edidit Neugart Cod. Aleman. dipl. II. 10. 11. n. 810. ex autographo Campidonensi. cnfr. I. 473. n. 581.

LXIII.

Anno 889 potius, quam 888. 13. Mart. Mosaburc.

Arnolphus rex casam cum curte in Crutheim, in pagis folcfeld et Iffigeuue, in comitatibus filiorum Heimrici et Eginonis, ministeriali suo Eponi donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Oportet Igitur ut qui quoddammodo ceteris

Digitized by Google

mortalibus sublimati sumus hi qui fideliter nostro parent Imperio nostram sibi sentiant usquequaquam suffragari clementiam. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum cognoscat prudentia qualiter quidam fidelis ministelialis (ministerialis) noster nomine epo nostram deprecatus est mansuetudinem. ut aliquid proprietatis nostrae ei in proprium concederemus. Nos uero benigno animo petitioni eius annuentes decreuimus ita fieri. Concessimus igitur ei ad chrutheim In pagis folcfeld et in iffigeuue In comitatibus filiorum heimrici et eginonis casam cum curte aliisque omnibus aedificiis cum mansis et mancipiis uniuersis utriusque sexus. cum terris et agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus piscationibus molendinis uineis uiis et inuiis exitibus et regressibus quaesitis et inquirendis cultis et incultis mobilibus et Immobilibus. uel cum omnibus iuste et legitime illuc pertinentibus et respicientibus. Haec uero omnia de iure et dominatione nostra ei In ius et dominationem per hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum plenius In Christi nomine roboratum tradimus atque transfundimus. Et iussimus ei hos nostrae auctoritatis apices Inde conscribi per quos decernimus atque Jubemus ut ab hodierna die et deinceps de his omnibus liberam et securam In cunctis habeat potestatem tenendi donandi uendendi commutandi. uel quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut hoc uerius credatur et diligentius per futura tempora ab omnibus fidelibus nostris conseruetur. Manu propria nostra confirmauimus et sigillo nostro subter hoc assignari Jussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) Inuictissimi regis.

Asbertus cancellarius ad uicem thiotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data III. idus martii. Anno dominice Incarnationis DCCCLXXXVIII. Indict. VII. Anno uero I. arnolfi serenissimi regis. Actum urbe mosaburc. In dei nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum, bene expressum et conservatum.
b) Indictio annum Ch. 889. indicat; annus tamen regni notato anno incarn. 888. respondet.
c) Edidit ex originali, ut asserit, ab Eckhart franc. Or. II. 891; cnfr. commentar. ibid. 708. Suspicionem tamen erroris aut negligentiae ille clar. Editor incurrit, cum ipse in autographo legit annum incarn. 888. et II. regis, in commentario autem annum inc. 889. et secundum regis. Nec tamen spernenda reliqua argumenta, ex chronicis antiquis desumta, quibus annum Chr. 889, quo exaratum credit hoc instrumentum, defendit.

LXIV.

Anno 889. 3. Maii. Ad novam ecclesiam.

Arnolfus rex quaedam bona in villa Obrinindorf, in comitatu Aribonis, abbati (Cremifanensi) Snelloni donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus Diuina fauente gratia rex. Notum esse uolumus omnibus Domini nostri Jesu Christi fidelibus nostrisque praesentibus scilicet et futuris qualiter nos depraecatione et rogatu dilectae conjugis nostrae. OTAE. cuidam venerabili abbati nostro nomine snello quasdam res iuris ac proprietatis nostrae in proprium concessimus. hoc est in comitatu aribonis in loco nominato scalaha in uilla obrinindorf. quicquid nos habuimus. hoc sunt hobae II. regales. cum aedificiis. Et illud Curtile sicut illud colliculum continet. cum terris et agris uineis campis cultis uel incultis pratis pascuis siluis et cum omnibus siluarum marchis. Cum aquis aquarumque decursibus. molendinis piscationibus. viis et inuiis exitibus et regressibus mobilibus vel inmobilibus. quaesitis uel inquirendis. Et cum omnibus iuste et ligitime ad illas duas hobas pertinentibus. Totum cum omni integritate memorato uenerabilique abbati nostro snelloni per hoc presens auctoritatis nostrae praeceptum in proprium donamus et tradimus. ut ab ho-

dierna die de his omnibus firmissimam habeat potestatem tenendi donandi uendendi. commutandi uel quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut hoc uerius credatur et diligentius conseruetur. manu propria nostra subter hoc confirmauimus. et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) Inuictissimi regis.

Engilbero notarius ad uicem Deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data V. Nonas. Mai. Anno dominicae incarnat. DCCCLXXXVIIII. Indictione VII. Anno uero II. regni domni Arnolfi serenissimi regis. Actum ad nouam aeclesiam in Christi nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum fractum, dextra dimidia eius parte salva et bene expressa.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Ineditum; extractum tamen ab Aventino in excerptis Passav. apud Oefele I. 705. 6.

LXV.

Anno 889 potius, quam 809. 23. Maii. Reganespurc.

Arnolfus rex bona in Ratoltesdorf mǫnasterio Metama (Meten) donat.

a) Sigillum ex annulo impressum integrum.
b) Annus incarnationis et Indictio fallunt, insigni negligentia aut errore primi Scriptoris; Annus vero regni respondet anno Chr. 889.
c) Editum Mon. Boic. XI. 433. n. 9., ubi linea 14. legatur: ratoltesdorf.

Digitized by Google

LXVI.

Anno 889, mense Junio. Forahcheim.

Arnolfus rex, vasallo Engildeonis comitis Gotahelmo in pago Nordgouue, in comitatu eiusdem Engildeonis, in loco Phuncina 7 hobas donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Individuae trinitatis Arnolfus divina fauente clementia rex. Cognoscant ergo omnes fideles nostri presentes atque futuri qualiter nos per interuentum erchanbaldi episcopi cuidam engildeonis comitis nostri uassallo gotahelm vocato quasdam res proprietatis nostrae in proprium concessimus. hoc est In pago nordgouue uocato in comitatu sui senioris in loco phuncina uocato hobas vii et cum omni integritate ad easdem hobas iure legitimeque pertinentibus cum mansis atque mancipiis campis agris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus quesitis et inquisitis terris cultis et incultis et cum uniuersis finibus illuc iustae respicientibus. Et iussimus ei inde hoc nostrae auctoritatis fieri preceptum per quod uolumus atque iubemus ut prescriptus fidelis noster gotahelm liberam securamque teneat potestatem tenendi habendi donandi uendendi commutandi seu quicquid sibi placuerit faciendi. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae firmiorem in christi nomine habeat stabilitatem. Manu nostra eam firmauimus. Anuloque nostro insigniri iussimus.

Signum domni arnolfi *(Monogramma)* largissimi regis.

Aspertus cancellarius ad uicem theotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data Anno Incarnationis domini DCCCLXXXVIIII. Indictione VII. Anno II. regni arnolfi piissimi regis. Actum forahcheim In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, bene expressum et optime conservatum.

b) Notae chronologicae concordant. Dies et mensis desunt, loco eorum cernitur spatium vacuum 5 vel 6 syllabarum. Locus autem peracti negotii ex fide annalistae fuldensis et aliorum diplomatum huius anni persuadet, restituendum esse mensem Junii, circa 20 eiusdem mens. cnfr. Neugart Cod. Aleman. dipl. I. 479 not. g.

c) Ineditum. Desumtum ex archivo Eichstettensi.

LXVII.

Anno 889. 3. Octob. Franchonofurt.

Arnolfus rex Asperto archicancellario suo capellam, ad curtem regiam Ufhusa pertinentem, in pago Tuonaggowe sitam, cum pertinentiis pro usu fructuario ad dies vitae eius donat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis arnolfus Diuina Prouidente Clementia rex. Si fidelium nostrorum petitionibus satisfacere studuerimus quos in sapientia subtiles Disciplina iocundos fidelitate sinceros atque erga regii seruitii operam indefessos esse conspicimus statum regni nostri Inde muniri eosque fideliores ad nostrum inclinari obsequium oppido confidimus. Quamobrem omnium fidelium nostrorum praesentium atque futurorum comperiat industria quia nos aspertus uenerabilis ac dilectus archicancellarius noster pro Theotmari uenerabilis archiepiscopi et ruodperti dilecti terminalis comitis nostri suggestione suoque amore cappellam in pago tuonaggouue ad curtem regiam quae ufhusa dicitur constructam cum familiis mancipiis et omnibus

Digitized by Google

rebus ad eandem cappellam rite pertinentibus omnibus uitae suae diebus in proprium concessimus curtilibus aedificiis terris cultis et incultis decimationibus censibus agris pratis campis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis exitibus ac reditibus quaesitis et inquirendis omnique integritate ad eandem cappellam pertinente. iussimus quoque inde hunc praesentem donationis nostrae titulum conscribi per quem firmissime regali auctoritate nostra lubemus ut nihil de eadem capella in his rebus subtrahatur quae hactenus ad eam pertinebant neque in censibus. neque in tecti eiusdem basilicae procurationibus uel quibuslibet minimis rebus. ipseque memoratus archicancellarius noster eandem capellam sub usu fructuario omnis uitae suae dies teneat atque possideat liberamque teneat potestatem eam cum omnibus appenditiis suis pro *nostra* parentumque nostrorum animabus ac deinde sua aut ad *sancti* petri In radaspona urbe monasterium ubi episcopalis se*des* est. uel sancti hemmerammi martyris Christi tradendi. Et ut haec constitutio et donatio nostra perenniter firma perseueret manu propria eam firmauimus anuloque nostro assignari jussimus.

Signum Domni Arnolfi *(Monogramma)* Inuictissimi regis.

Ernustus Notarius ad uicem theotmari archicapellani rocognouit et ss. (S. R. cum notis tir.)

L. S.

Data Iduum octobrium die. Anno Incarnationis domini DCCC. LXXX. VIIII. Indictionum VII. anno regni arnolfi piisimi regis II. Actum franchonofurt curte regia In dei Nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, bene expressum et optime conservatum.

b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum post Pez. Thesaur. I. III. 32. in libr. Probat. S. Emmer. 72. n. 26. et in Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 70. n. 70.

LXVIII.

Anno 889. 21. Novemb. Franchonofurt.

Arnolfus Rex Arnoni Episcopo Wirceburgensi priores immunitatis litteras confirmat.

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum omnino illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum in ab Eckhart francia orient. II. 892. ex autographo.
d) Memoratum in hoc instrumento diploma Ludowici imper. vid. 823. 19. Decembr.

LXIX.

Anno 889. 21. Novemb. Franchonofurt.

Arnolfus Rex Arnoni Episcopo ecclesias et capellas, nominibus designatas, nec non res, marchas et decimas, a Carlomanno et Pippino ecclesiae Wirceburgensi traditas, denuo confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Cum locis diuino cultui mancipatis ob diuinae seruitutis amorem opem congruam conferimus. et regium morem decenter implemus. et hoc nobis aeternae remunerationis praemia capessenda profuturum esse liquido credimus. Ideo notum esse uolumus cunctis sanctae dei aecclesiae fidelibus. nostrisque praesentibus scilicet et futuris. qualiter uir uenerabilis Arn. vuirziburgensis aecclesiae episcopus. quae est

Digitized by Google

constructa in honore sancti saluatoris domini nostri Jhesu Christi. obtulit obtutibus nostris duo praecepta antecessorum nostrorum karoli magni Imperatoris et hludouuici gloriosi augusti. nec non et christianissimi aui nostri hludovuici. in quibus continetur qualiter diuae memoriae Karlomannus quondam aliquas cappellas cum omnibus appenditiis earum. in diuersis pagis et locis ad ipsam aecclesiam delegisset. et postea domnus karolus imperator et hludovuicus augustus. et gloriosus auus noster hludovuicus rex illorum auctoritatis praecepto eandem largitionem ad praedictam sanctam dei aecclesiam confirmassent. Id est capellam infra praedictum castrum. in honore sanctae mariae constructam cum omnibus appenditiis suis. basilicam in uilla neristein. in honore sanctae mariae. et aecclesiam in uilla ingulunheim. in honore sancti remigii. et aecclesiam in uilla crucinaha. dicatam in honore sancti martyni. quae sunt in pago uuormacensi. Similiter in pago moinahgouue. basilicam in uilla omuntestat. in honore sancti petri principis apostolorum. et basilicam in pago nechargeuue in uilla louffa. in honore sancti martyni. et in ipso pago in uilla helicbrunno basilicam in honore sancti michaelis. et in pago vuingartuueiba in uilla burcheim. basilicam in honore sancti martyni. cum omnibus appenditiis suis. et in pago mulachgouue infra castrum stocheimaroburch. basilicam sancti martyni. et in pago thubargeuue basilicam sancti martini in uilla chuningeshofe. et ipso pago in uilla suueigra aecclesiam sancti martyni in pago rangeuue in uilla uuinidesheim. basilicam sancti martyni. In pago gollachgeuue in uilla gollahofe aecclesiam sancti iohannis baptistae. In pago iphigeuue in uilla uuielantesheim basilicam sancti martyni. et basilicam in ipso pago in uilla dornheim in honore sancti remigij. et basilicam in honore sancti andreae apostoli in uilla chirihheim. et basilicam in uilla iphahofe in honore sancti iohannis baptistae In pago folcfeld similiter in honore iohannis baptistae. In uilla herilindcheim. in pago badanachgeuue. basilicam sancti martini. In uilla chuningeshofe. basilicam etiam in uilla sundarunhofe in honore S. remigij. et basilicam in pago grapfelda in honore S. martynj. In villa eihhesfeld. etiam in ipso pago in honore S. petri basili-

Digitized by Google

cam in uilla chuningeshofe. et in pago vuestargeuue in uilla adbrante basilicam in honore S. martyni. et in ipso pago in uilla madalrichesstat. basilicam in honone S. martyni. et in pago salageuve in villa hamulunburch. basilicam in honore sancti martini. et in uilla roumfeld. basilicam sancti stephani. et monasterium in honore sanctae mariae in uilla charlaburc. cum omnibus appenditiis suis. Continebatur namque in alio praecepto domni Karoli. qualiter ipsae (ipsas) donationes Karlomanni seu pipini regis et aliorum deum timentium hominum ad ipsam aecclesiam delegissent. tam in rebus et marchis. ac decimis. nec non et de pagensium heribannis perpetuo pars aecclesiae. per easdem largitiones possideret. et suo confirmaret praecepto. Tunc etiam ipse uenerabilis ac memoratus praesul nostram postulauit clementiam. ut ea omnia nostra confirmaremus auctoritate. Cuius petitioni benigne in omnibus satis agentes. Iussimus ei hoc nostrum praeceptum inde fieri. per quod decernimus atque firmissime iubemus. ut ea omnia quae praefati antecessores nostri ad iam dictam delegabant aecclesiam. perpetuis temporibus firmissima et inconuulsa consistant atque permaneant. et ut rectores ac ministri ipsius aecclesiae per cuncta labentis mundi tempora quieto ordine iuxta utilitatem ipsius sanctae dei aecclesiae et praesuli (praesules) illius possideant atque disponant cuncta quae supra memorata sunt. absque ullo contradicentis obstaculo. Et ut hoc uerius credatur. et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conseruetur. manu propria nostra subter hoc confirmauimus. et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi *(Monogramma)* Inuictissimi regis.

Asbertus Cancellarius ad uicem Deotmari Archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

Data XI. kal. Decembris. Anno domini DCCCLXXXVIIII. Indictione VIII. Anno vero II. regni domni Arnolfi. piissimi regis. Actum ad franchonofurt. in Christi nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum prorsus illaesum.
b) Notae chronologicae concordant, ex quibus indictio, dicta caesarea, est.
c) Editum in ab Eckhart franc. Or. II. 893. ex chartario, cnfr. eius Comment. ibid. 711.
d) Paucis exceptis convenit cum confirmatione Ludowici pii Imp. 823. 19. Decembr.

LXX.

Anno 889. 21. Novembr. Franchonofurt.

Arnolphus Rex Arnoni Episcopo Wirceburgensi quatuordecim ecclesias, in terra Slavorum inter Moeni et Radantiae fluvios sitas, cum dote earum confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Sciant omnes sanctae dei aecclesiae fideles nostrique praesentes et futuri. qualiter uir uenerabilis. Arn. uuirziburcensis aeclesiae episcopus nobis unum obtulit praeceptum in quo continebatur qualiter diuae memoriae domnus Karolus imperator. atque hludovuicus augustus antecessoribus suis bereuuelfo. et ludrito et egilvuardo. et uuolfgario episcopis praecepisset. et postea hludovuicus rex et auus noster. vt in terra sclauorum qui sedent inter moinum et radantiam fluuios. qui vocantur moinuvinida et radanzvuinida. una cum comitibus qui super eosdem sclauos constituti erant procurassent. ut ibi sicut in ceteris Christianorum locis aecclesiae construerentur. quatenus ille populus nouiter ad christianitatem conuersus. habere potuisset. ubi et baptismum perciperet. et praedicationem audiret. et ubi inter eos sicut inter ceteros Christianos diuinum officium celebrari potuisset. et ita a memoratis episcopis et comitibus qui tunc temporis eidem populo praepositi fuerant asserit esse completum. et aecclesias XIIII. ibidem esse constructas. Insuper domnus imperator hludouuicus. per suae mansuetudinis

praeceptum. ob mercedis suae augmentum ad praefatas XIIII. basilicas dotandas. quae in ipso pago ab eisdem memoratis episcopis constructae sunt. de propriis rebus suis ad unamquamque mansos II. cum supersedentibus duobus tributariis excepto illo manso super quem primitus unaquaeque earundem aecclesiarum aedificata est. pleniter imperpetuum habere concessit atque confirmauit. Eo videlicet modo ut quicquid iidem tributarii. in censu uel tributo soluere debent. hoc totum ad partem earumdem aecclesiarum omni tempore persoluant. sed pro integra firmitate ac securitatis studio memoratus serenissimus auus noster hludovicus rogatu et depraecatione gozbaldi uenerabilis episcopi ea omnia sua confirmauit auctoritate. Nunc demum praefatus arn. honorabilis episcopus ac dilectus familiaris (noster) deprecatus est serenitatem nostram. ut easdem traditiones ob dei amorem et emolumentum animae nostrae remedium nostrae auctoritatis praecepto ea omnia confirmaremus. Cuius petitioni atque ammonitioni quia salubris esse uidebatur assensum nobis prebere placuit. Et sicut postulauit libenter aurem accommodauimus. propterea hos nostrae celsitudinis apices circa ipsam sedem ac rectores eius fieri decreuimus. per quos decernimus atque sancimus. vt quemadmodum constat a predictis principibus domno Karolo et hludovuico gloriosissimis imperatoribus et serenissimo auo nostro hludovuico in dotam ad easdem basilicas cóllatum atque condonatum esse. Ita deinceps omni tempore per hanc nostram auctoritatem iure firmissimo rectores et ministri eiusdem sedis teneant atque possideant. Et hoc statuimus atque firmissime iubemus. ut nullus comes aut iudex publicus siue actor. neque ulla obposita persona. ab hac die in futurum memorato episcopo arn. uel successoribus eius. pro eisdem aecclesiis uel rebus ad eas sicut diximus concessis. repetitionem facere aut ullam calumniam inferre praesumat. sed liceat illis memoratas aecclesias cum omnibus rebus ad eas pertinentibus absque contradictione ullius personae. vel impedimento. tenere ac regere. et sicut alias aecclesias ad episcopium suum pertinentes. secundum canonicam institutionem perpetualiter ordinare atque disponere. Et ut haec auctoritas confirmationis nostrae firmior habea-

Digitized by Google

tur. et per futura tempora a cunctis fidelibus sanctae dei aecclesiae nostrisque praesentibus et futuris uerius credatur. ac diligentius conseruetur. manu propria nostra subter eam firmauimus. et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) Inuictissimi regis.

Asbertus cancellarius ad vicem deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data XI. kalend. Decembris. Anno dominicae Incarnationis DCCCLXXXVIIII. Indictione VIII. Anno vero II. regni domni Arnolfi serenissimi regis. Actum ad franchonofurt. In Christi nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum ac bene expressum omnino illaesum.
b) Notae chronologicae concordant, ex quibus indictio illa est, quae caesarea dicitur.
c) Editum in ab Eckhart franc. orient. II. 894 ex orig.
d) Memoratum in hoc instrumento diploma Ludowici germanici vid. 846, 5. Jul.

LXXI.

Anno 889. 1. Decemb. Franchonofurt.

Arnolfus Rex Arnoni Episcopo decimam tributi, de partibus orientalium Francorum, vel de Slavis ad fiscum dominicum persolvendi, dictam eorum lingua Steora, vel Osterstuopha in variis pagis et villis speciatim expressis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Regalem celsitudinem oportet ante-

Digitized by Google

cessorum suorum pia facta non solum inuiolabiliter conseruare uerum etiam auctoritate sua alacriter confirmare. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria. quia uir uenerabilis arn episcopus vuirziburensis aecclesiae nostris obtulit obtutibus quaedam praecepta antecessorum nostrorum pippini et Karlomanni. nec non et hludovuici augusti. in quibus continetur. qualiter ipsi pro suae mercedis augmento ad basilicam sancti saluatoris. ubi sanctus kilianus martyr christi praetiosus corpore requiescit. decimam tributi quae de partibus orientalium franchorum. uel de sclauis ad fiscum dominicum annuatim persoluere solebant. quae secundum illorum linguam steora uel ostarstuopha uocatur. ut de illo tributo siue reditu annis singulis pars decima ad predictum locum persolueretur. siue in melle siue in paltenis seu in alia qualibet redibitione. quae ut diximus prius e pagis orientalium franchorum persoluebatur. Id est de pago uualdsazzi. et de pago thubargouue. et vuingartuueiba. et iagasgeuui. mulahgeuui. necchargeuui et chohangevui et rangeuui et gollahgevui. et iphgevui. hasagevui. et grapfeld. et dullifeld. salageuvi. uueringeuui. gozfeld. et badanahgeuui. et decimam de fiscis dominicis. Id est de ingulunheim. reotfeld in rangevue. roudeshof in folhfeldon. ad chruzinaha et neristein. et omuntesstat. et albsteti. et chuningeshofa et sundrunhofa. et gollahofa. et berenheim. et ikilenheim. et uuielantesheim. et roumfeld. Gouvmheim in gozfeldon. et drozoltesheim. halazesstat in ratenzgovue. chungeshofe. et item chuningeshofe. et salz. et hamulunburcg. et iphahofa et thetilabah. et in blaihfeld. et heiligbrunno. et loufin. In his fiscis et uillis dominicis. seu in predictis pagis. tam de illa decima de omni conlaboratu quod in ipsis fuerit laboratum ad predictum locum sua auctoritate concessissent. suggessit etiam memoratus et uenerabilis praeful arn. ut haec eadem ad iam dictam aecclesiam nostra auctoritate confirmaremus. Cuius petitioni quia iusta et rationabilis uisa est. nobis assensum prebere placuit et iussimus ei hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi. per quod decernimus firmiterque iubemus. ut sicut constat ab eisdem gloriosissimis regibus praefatis et antecessori-

Digitized by Google

bus nostris de predictis pagis et uillis prefatae aecclesiae concessum. Ita deinceps nostris et perpetuis temporibus per hanc nostram auctoritatem permaneat confirmatum. et nullus ex fidelibus nostris. uel quislibet ullam calumniam aut inquietudinem rectoribus memoratae aecclesiae aut ministris eius facere presumat uel audeat. Et ut hoc uerius credatur et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conseruetur manu propria nostra subter hoc confirmavimus. et sigillo nostro assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi *(Monogramma)* Inuictissimi regis.

Asbertus cancellarius ad uicem Deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data Kalend. Decembris Anno dominicae incarnationis DCCCLXXXVIIII. Indictione VIII. Anno uero II. regni domni Arnulfi serenissimi regis. Actum ad franchonofurt. in Christi nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum fere dimidia parte fractum, imago tamen regis integra.

b) Notae Chronologicae concordant, ex quibus indictio illa est, quae caesarea dicitur.

c) Edidit ab Eckhart franc. Or. II. 895 ex chartario. confr. eius commentar. ibid. p. 712.

LXXII.

Anno 890. 21. Mart. Mosapurc.

Arnolfus rex quaedam bona, in pago Quinzingowe in comitatu Hunolfi, infra terminum loci Sconinowa sita et limitibus designata, post obitum suum monasterio S. Emmerammi restitui iubet, nisi prius illuc redeant.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Arnolfus Diuina fauente Clementia rex. Si Debitores sumus omnibus iniustitiam patientibus lineam aequitatis exhibere. Dignum fore arbitramur quatenus ecclesiasticae res mundiburdum ac defensionem a nobis habeant nullumque perpetiantur iniquitatem. idcirco nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quamque futurorum industria qualiter nos quorundam religiosorum uirorum relatu didicimus qualiter quaedam res in pago quinzingouue in comitatu hunolfi infra terminum loci sconinouua uocati de monasterio sanctissimi emmerammi et piissimi martyris christi iam longo tempore iniuste fuerint abstractae. Huiuscemodi iniusticiam non paruipendentes. iussimus eandem marcham ad prefatum cenobium pertinentem fideles nostros circumducere aequaque discretione sequestrare. Isti sunt qui eandem marcham circumduxerunt engildeo comes odalrich comes meginhart comes Chunipercht comes kerolt comes Rumolt comes geio comes et alii quam plures quorum nomina alteri menbranae inscripta presenti auctoritatis nostrae precepto iacent inuoluta. ita autem praefati loci terminus ab eis fuit circumductus atque limitibus distinctus. Id est de marachpach usque ad marachleo. inde quoque usque ad rispach. Deinde usque ad caput huspach. et inde usque ad rotagasceit. Deinde usque ad caput cheanpach. inde usque in rotam et ex rota ad horginpach. ac deinde ad goldarun. illinc siquidem usque smalagasceit. Deinceps usque ad grasamaresaho ac deinde usque ad crucem. Nos quoque ne ulterius

Digitized by Google

exinde aliqua questio oboriatur ex integro easdem res ueluti ibidem circumductae esse noscuntur ad praedictum cenobium pro uenerandae memoriae remedio animae patris nostri karlomanni uidelicet inuictissimi regis ac deinde nostrae parentumque nostrorum denuo tradidimus. Et jussimus inde hoc praesens concessionis nostrae praeceptum conscribi per quod decernimus atque regio munimine iubemus ut omnes praeordinatae res ad antedictum monasterium perpetim possidendae consistant.

Hoc quoque addimus quatenus ipsae res quas nos inde in beneficium acceptas habemus ab eodem monasterio nullo modo tollantur. sed si prius non redeant. post obitum nostrum in ius monasterii redigantur. Et ut haec donatio et constitutio nostra firma stabilisque perenniter consistat manu propria presens preceptum firmauimus anulique nostri impressione assignari iussimus.

Signum Domni Arnolfi *(Monogramma)* Inuictissimi regis.

Aspertus Cancellarius ad vicem Deotmari Archicapellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data XII. kl. Apr. Anno Incarnat. dni. DCCC. XC. Indict. VIII. Anno III. regni arnolfi piissimi regis. Actum mosapurc regia ciuitate. In dei nomine feliciter Amen.

(Adfixa margini schedula, membranae graciliori, alia quidem, coaeva tamen manu, inscripta, et iuxta ipsum tenorem instrumenti huic involuta, sequentia continet:)

Isti sunt testes qui circumduxerunt illam marcam ad sconinouua. Engildeo comis. Odalrih. com. Meginhart. com. Chunipreht. com. kerolt com. Rumolt com. Geiio com. Vuichad. Arngis. Ludo. Pirihtilo Gozpreht. Milo. Vuitolt. Ermpreht Rodolt Perah-

coz Frotolf. Dorfum. Volrat. Engildeo. Adalger. Heripan. Isanpreht. Vuillihelm. Purcheri. Reginheri. Erchanpold. Reginmunt. Hunpold Heidfolch. Sigimot. Vuillipald. Chunipreht. Rupo. Eginolf. Engilpreht. Petto. Salomon. Fridapreht Meginhart. Fridolf. Chuntilo. Terrimar. Heimger. Arnamar. Otachar. Reginhart Herimar. liutprant. Adalmar. Adalmunt. Eparuni. Reginhoh. Eccirih. Ascrih. Jacob. Megol Gunzo. Cundpreht. Nidhart. Liuffo. Sicco. Rodmunt. Vuago. Isanpero. Gemmunt. Liuthart. Vuenilo. Vuetti. Vuinipold. Trogo Machelm. Faramunt. Paldrih. Vuinimunt. Tiso. Kerhart. Rodker. Hagano. Opi. Reginpreht. Gunzo. Sigifrid. Pald. Sigifrid. Lantpero Othelm. Altman. Hadamar. Luitunc. Kerhart. Rodhart. Reginhoh. Sigimot. Ellant. Appo. Ambricho. Ogo. Ellant.

a) Sigillum ex annulo impressum et optime expressum, omnino illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum saepius. Pez. I. III. 33. Libr. prob. S. Emmer. 74. n. 27. Hundii metr. I. edit. Mon. 247. edit. Ratisb. 165. Lunig spicileg. eccles. III. 645. Ried Cod. dipl. Ratisb. I. 72. n. 72.

LXXIII.

Anno 890. 15. April. Reganesburg.

Arnolfus rex bona quaedam in loco Simplicho, in pago Thuonahgouue et in comitatu Chuniperti, artifici suo Eopreht donat, quae ipsius et aliorum antea erant beneficium.

a) Sigillum ex annulo impressum, optime expressum et conservatum.
b) Indictio erronea, nam currebat VIII^va. Reliqua concordant.
c) Editum Mon. Boic. inter instrumenta Nideraltacens. XI. 126. ubi in lineis 10 et 21. legatur: Eopreht. Antea autem in Hund. metr. II. edit. mon. 19. edit. Ratisb. 13.

Digitized by Google

LXXIV.

Anno 890. potius, quam 891. 28. Junii. Reganespurc.

Arnolfus rex abbatiam Ouua dictam infra lacum Chiemincseo Deotmaro Archiepiscopo Salisb. tradit, quam a Metensi episcopo per recompensationem abbatiae Luxovium exsolverat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus Diuina fauente gratia rex. Si religiosorum igitur antistitum uotis clementer annuimus. eorumque petitiones quibus pro sibimet commissae aecclesiae utilitate nostram interpellant Clementiam *usque* ad effectum perduxerimus. non solum eos ad nostrae oratio*nis* frequentiam in hoc efficaciores exercemus. Verum etiam ad aeternae remunerationis praemia feliciter capessenda. id nobis profuturum esse liquido credimus. Quapropter omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus praesentis scilicet temporis et futuri agnitum esse volumus. quoniam deotmarus uenerabilis sanctae iuuauensis aecclesiae archiepiscopus et archicappellanus noster humiliter excellentiam nostram praecatus est. ut quandam abbatiam quam ipse in beneficium habuerat. id est monasterium sancti saluatoris infra locum qui chiemincseo uocatur constitutum. quod uulgari uocabulo ouua dictum esse constat. ad iam fatam diocoesis suae sedem principalem. hoc est aecclesiam in honore sancti hrodberti confessoris christi constructam traderemus. cuius itaque supplicationem congruam esse cognoscentes. quia a metensi aecclesia ad quam iam dudum ab antecessoribus nostris tradita fuerat. per recompensationem abbatiae luxouium uocatae illam exsolvimus. sugestionique eius libenter assensum praebentes decreuimus ita fieri. Praescriptamque abbatiam ouua vel chiemincseo dictam. cum omni integritate sua ad sacrosanctum memoratum archiepiscopalem locum perpetuo consistendam tradidimus. Hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum inde conscribi praecipientes. quatinus eadem crebro dicta abbatia. cum

omnibus ad eam rite aspicientibus. tam nostris quam et futuris uoluentis mundi temporibus. ad saepe nuncupatam ecclesiam pro diuorum antecessorum nostrorum nostraque commemoratione consistat atque pertineat. Eo videlicet rationis tenore. ut idem uenerabilis praesul qui praesentialiter praelibatae sedi praeesse dinoscitur. successoresque illius deinceps in aeuo liberam habeant potestatem ex uniuersis eiusdem abbatiae rebus ueluti de episcopii sui honore pro utilitate utriusque loci uniuersa disponere. Et ut illic pro anima beatissimi genitoris nostri carlomanni nostraque annuatim per omne tempus anniuersarii nostri commemoratio in elemosinarum largitate et pauperum cura cum suarum administratione praecum omnimodis peragatur. Haec itaque auctoritas largitionis nostrae ut firmior certiorque absque ullius dispendio in perpetuum a cunctis fidelibus nostris habeatur. Manu nostra subtus eam roborantes. Anulo nostro iussimus insigniri.

Signum Domni Arnolfi *(Monogramma)* invictissimi regis.

Aspertus Cancellarius ad uicem Deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data IIII. Kl. Ivl. Anno domini DCCC. XCI. Indict. VIII. Anno III. regni arnolfi piissimi regis. Actum reganespurc In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius vestigio in macula cerae circa foramen crucis decussatae, et in membrana superincumbente.

b) Indictio et annus regni respondent anno Chr. 890. et annus domini 891. in documento hoc vel erroneus vel locali numerandi modo notatus.

c) Editum Hund. metrop. edit. Monac. II. 235. Ratisb. II. 163. Lünig spicileg. eccl. I. Th. Forts. 1063. Mon. Boic. II. 381. et in (Kleinmayr) Nachrichten von Juvavia, Anhang 110. n. 53., sed in hoc solo ex Originali.

Digitized by Google

LXXV.

Anno 893. potius, quam 892. 5. Junii. Reganespurc.

Arnolfus rex monasterio Metemum (Meten) quaedam curtilia cum aedificiis in urbe Ratisbon. sita et designata donat.

a) Sigillum ex annulo impressum integrum.

b) Indictio et annus regni respondent anno 893.

c) Editum Mon. Boic. XI. 435. num. 10. cum delineatione sigilli Tab. II. n. 9.

LXXVI.

Anno 893. 2. Septemb. Reganespurc.

Arnolfus rex Permutationem bonorum in Gebehartesdorf et Fennigapach, in pago Tuonaggouue, monasterio Meten confirmat.

a) Sigillum ex annulo impressum fractum, maxima tamen sui parte integrum.

b) Annus regni VII. duobus mensibus ante initium eius anticipatur, reliqua concordant.

c) Editum Mon. Boic. XI. 436. num. 11. ubi pagus legatur: tuonaggouue.

Digitized by Google

LXXVII.

Anno 895. 14. Maii. Dripurae.

Arnolfus rex complacitationem de quibusdam bonis in Puopinga, Denchilinga et Utilinga, in pago Tunahgowe et in comitatu Paponis, inter Tutonem episcopum Ratisb. et clericum eius Heinricum factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia rex. Si fidelium nostrorum petitiones benigne auribus celsitudinis nostrae accomodamus et ea quae pro communi se utilitate inuicem perpetrasse causa complacitationis asserunt. munimine auctoritatis nostrae roboramus non solum regium morem decenter implemus. verum etiam aeterna nobis praemia inde prouenire posse liquido credimus. Idcirco cunctorum sanctae dei ecclesiae fidelium praesentis scilicet temporis et futuri manifestetur collegio. quia tuto uenerandus radasponensis ecclesiae praesul obtulit obtutibus nostris quandam complacitationis cartam in qua continebatur. Qualiter quidam clericus eius nomine heimricus talem proprietatem sicut per nostrae concessionis praeceptum in tunahgouue in comitatu paponis in loco qui dicitur puopinga habuit cum mancipiis decem. et in loco denchilinga siluae frugiferae. Jugera XV. ad sanctum petrum principem apostolorum sanctumque emmeramum martyrem Christi in beneficiorum suorum complacitationem legitimo more praedicta carta testificante ex integro tradiderat. Econtra vero tuto venerabilis episcopus hoc ecclesiae suae cernens esse proficuum. una cum aduocatis suis auone videlicet et gundperto traditit eidem heimrico in proprium quicquid in locis nominatis utilinga et denchilinga ex parte episcopii sui in beneficio habuit cum mancipiis aedificiis terris siluis omnibusque appenditiis illuc rite aspicientibus. Eo uidelicet rationis tenore. quatenus antedictus heimricus tam proprium quam suprascripta beneficii sui loca

Digitized by Google

firmiter diebus uitae suae habeat teneat atque possideat absque ulla controuersia. Post eius uero obitum salua integritate ad predictos sanctos haec omnia perenni jure pertineant. His uero ita gestis supplicante iam fato episcopo hoc presens auctoritatis nostrae praeceptum Inde conscribi jussimus. firmiter precipientes. ut haec eadem complacitationis institutio perpetuis temporibus nullo umquam irrumpente neque immutante firma et stabilis perseuerat. Et ut hoc uerius credatur ac diligentius obseruetur. Manu nostra id roborantes Anuloque nostro sigillari jussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) Inuictissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem Deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data II. idus mai Anno domini DCCCXCV. Indictione. Anno vero VII. regni arnolfi piissimi regis. Actum in loco qui dicitur dripura In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio, videlicet cerae macula circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Locus indictionis vacuus. Annus regni iam currebat VIIIvus. Annus tamen incarn. constat ex actis concilii Triburiensis eodem mense et anno habiti; cnfr. ab Eckhart. franc. orient. Comment. II. 757.

c) Editum post Pez thes. I. III. 34. et Lunig spicileg. eccles. Contin. III. 1213. apud Ried Cod. dipl. Ratisp. I. 75. n. 74. et in libr. Prob. S. Emmerami 77. n. 28.

LXXVIII.

Anno 895. 25. Maii. Wormatiae.

Arnolfus rex monasterium Ahhusa, situm in pago Nordgouue iuxta fl. Alcmona, subiicit episcopatui Eistetensi.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis arnolfus diuina fauente clementia rex. Si petitionibus fidelium nostrorum quas pro ecclesiarum sibimet commissarum utilitatibus Clementiae nostrae suggesserint largiter annuimus atque pie prospicimus eos procul dubio fideliores ac promptiores ad nostrum inclinamus obsequium et diuinae mercedis proinde credimus promereri comercium. Quamobrem nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium uidelicet atque futurorum industria qualiter erchampold fidelis ac dilectus episcopus noster per interuentum hathonis venerabilis archiepiscopi et carissimi compatris nostri precatus est clementiam nostram ut quandam abbatiolam nostri iuris in pago nordgouue iuxta flumen alcmona sitam ahhusa nominatam pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum ad eichsteti ubi principalis episcopii sui sedes est et sanctus uuillibaldus cum fratribus atque germana aeque sanctis corpore quiescit concederemus. Quorum petioni iustae atque rationabili. assensum primo pro dei et antedictorum sanctorum honore. ac deinde illorum amore fideliter in nostro seruitio laborantium libenter annuentes. ita fieri censuimus. Et iussimus hoc praeceptum inde conscribi per quod praelibatam abbatiolam cum ecclesiis uillis curtilibus aedificiis familiis ac mancipiis utriusque sexus agris pratis siluis omnibusque usibus et appendiciis suis. pro beatae memoriae anima carissimi genitoris nostri carlomani ac deinde nostra parentumque nostrorum ad ipsum episcopatum perenniter in proprium donamus ita ut ab hodierna die ac deinceps iam bis nominata abbatiola cum omnibus pertinentiis suis

Digitized by Google

in potestate episcopi eiusdem loci possidenda gubernanda et regenda consistat. Et ut hoc preceptum nullo vnquam tempore uioletur manu nostra illud firmantes subtus iussimus consignari impressione anuli nostri.

Signum domni arnolfi (*Monogramma*) inuictissimi regis.

ernustus Cancellarius ad uicem Theotmari archicappellani recognouit et ss. (S. R. cum not. tir.)

L. S.

Data VIII. kalendarum iuniarum die. Anno incarnationis domini DCCC. XC. V. Indictionum XIII. Anno regni arnolfi regis VIII. Actum uuormaciae In dei nomine feliciter Amen.

a) *Sigillum* ex annulo impressum et bene expressum, omnino illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Verba Sigillum annuntiantia: impressione anuli nostri, ex intervallo post contextum separatim, praefixo signo intercalationis, scripta inveniuntur.
d) Editum in Häberlins neuester t. Reichsgesch. III. Vorrede S. 10. ex archivo Eichstett, et in Spiess archival. Nebenarbeiten I. 139. qui notat: locum Ahausen prope Beilngries designari.

LXXIX.

Anno 895. 19. Julii. Regenesburch.

Arnolfus rex Monasterium Mosburg episcopatui frisingensi subiicit, modo in diplomate expresso.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae ac indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente Clementia rex. Si de rebus terrenis quibus Dei largiente gratia prae caeteris mortalibus ditati sumus. aecclesias in honore sanctorum electorum constructas. nostraeque regalitati subactas sublimare studemus. Non solum ad diuturnam regni nostri stabilitatem. Verum etiam aeternae felicitatis glo-

Digitized by Google

riam adipiscendam. Id nobis optimum esse credimus. Idcirco namque cognitum esse uolumus industriae. omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet et futurorum. Qualiter nos pro aeternae remunerationis Incremento. Nec non Karlomanni cari patris nostri animae remedio. ceterorumque regum antecessorum uidelicet nostrorum diua memoria. Verum etiam per interuentum vualtonis uenerabilis nostri episcopi et per eius assiduam fidelis obsequii beniuolentiam. Ad sedem frigisiensis aecclesiae in honore sanctae dei genitricis semperque uirginis Mariae consecratae. quoddam monasterium mosaburch nuncupatum. In ueneratione beati Christi martyris Castuli constructum. Cum curtilibus et aedificiis. campis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. molinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. uineis. terris cultis et incultis. mobilibus et immobilibus cunctisque appendiciis ad idem monasterium iuste legitimeque pertinentibus post obitum dilectae matris nostrae Liutsuuindae proprietario Jure concessimus. eo nempe tenore ut supradicto monasterio propriis priuilegiis liceat vti. Clericis etiam ibidem ad sanctum altare seruientibus cum omni amminiculo stipendii in eodem loco ut vacent orationibus bene procuratis. sub mundiburdio et defensione praefatae sedis id est frigisiensis aecclesiae episcopi. ipso episcopo in omni usu et utilitate. sui arbitrio et dispositione fruendum aeternaliter decreuimus. Jussimus quoque hoc praesens largitionis nostrae exinde conscribi praeceptum. per quod uolumus firmiterque iubemus. ut iam dictum monasterium sine ullius successoris nostri Impedimento per omnia labentis mundi tempora proprie possidendum consistat. Et ut haec auctoritas nostra firmiorem in dei nomine obtineat stabilitatem manu nostra subtus eam roborantes Anulo nostro iussimus sigillari.

Signum Domni Arnolfi (*Monogramma*) Piissimi regis.

Uuichinch Cancellarius ad uicem deotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum n. tir.)

L. S.

Digitized by Google

Data XIIII. kal. Augusti Anno Incarnationis dni. DCCCXC. V. Indictione XIII. Anno VIII domni regni Arnolfi piissimi regis Actum *Regenes*burch In dei nomine Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Meichelbeck Hist. fris. I. 145. ex orig. et cum delineatione sigilli. Hund. metr. edit. Ratisb. II. 348. edit. Monac. II. 505.

d) In linea ultima locus exesus aliquot syllabarum, quem extremitates quaedam apicum legendum suadent: Regenesburch; cum tamen Meichelbeck l. c. legat: Mosaburc.

LXXX.

Anno 896. 8. Julii. Regenespurg.

Arnolfus Imperator Comiti Sigihardo tres hobas in Chaganinga, sitas in comitatu Regingarii, et tres hobas in Uueride, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente Clementia imperator augustus. Notum sit omnium christianae religionis religiositati fidelium tam praesentium quam et futurorum. quoniam nos pro mercedis nostrae agmento. nec non pro bonae fidelitatis ac seruitutis merito. Cuidam dilecto comiti et propinquo nostro nomine sigihardo in comitatu regingarii hobas Tres loco Chaganinga sitas cum mancipiis. et in alio loco qui dicitur ad uueride beneficii gotescalchi comitis. hobas tres ad proprium concessimus. cum curtilibus Et aedificiis campis. agris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus viis et inviis exitibus et reditibus terris cultis et incultis quaesitis et inquirendis mobilibus uel immobilibus omnibusque appenditiis et adjacentiis ad praedictas hobas recte aspicientibus. Jussimus quidem hoc praesens

munificentiae nostrae conscriptum inde conscribi firmiter praecipientes. ut memoratus fidelis noster sigihart et posteri sui nunc et deinceps omni tempore ex ipsis largitatis nostrae rebus liberam securamque ueluti de reliqua hereditate sua habeant potestatem tenendi donandi uendendi commutandi uel quodcumque exinde facere decreuerint sine ullius successoris nostri impedimento. Et ut haec donationis nostrae auctoritas inuiolabilem miserante christo perenniter obtineat stabilitatem. Et a fidelibus nostris praesentibus et futuris semper uerius credatur ac diligentius obseruetur. Manu nostra subtus eam roborantes. anulo nostro iussimus insigniri.

Signum Domni Arnolfi (*Monogramma*) serenissimi imperatoris augusti.

Vuichingus Cancellarius ad uicem diotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data VIII. ID. ivl. Anno domini DCCC. XC. VI. indictione XIIII. Anno VIIII. regni domni arnolfi. Imperii eius primo. Actum regenespurg in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum periit, remanente eius indicio, nimirum cerae macula tam circa foramen crucis decussatae, quam in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum tamen in chronico parvo Eberspergensi sp. Oefele II. 12. a.

Digitized by Google

LXXXI.

Anno 896. 2. August. Reganespurc.

Arnolfus Imperator ecclesiam et regalem Capellam suam, ad Rotagin a se constructam, quibusdam bonis et prouentibus ad Besinga dotat, illucque tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia Imperator Augustus. Si de rebus terrenis quas diuinitus adepti sumus aecclesias deo construere et diuina officia ordinare in eis iugiter satagimus. superni muneris premium ob hoc nobis largius impertiri liquido credimus. Quapropter omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet et futurorum cognoscat prudentia, qualiter nos aecclesiam et regalem Cappellam nostram quam ad rotagin. a *fundamentis* construere iussimus et dedicare fecimus in honore et ueneratione sancti iacobi apostoli fratris domini et sancti pancratii sanctarumque quas a roma nobiscum in istam patriam deferimus istis infra titulatis casis dotauimus. Hoc est ad besinga hobas duas absas. et mansas VI. cum pleno censu. et ceteras quae in illa uilla sunt que ad hospites pertinent et ad sclauos liberos. Cum omnibus appenditiis suis extra dimisimus. Caetera omnia quae ad illas VI. mansas et absas II. pertinent. totum cum omnibus appenditiis eorum ad memoratam Cappellam nostram rotagin ad opus fratrum ibidem deo die noctuque famulantium per hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum donamus et tradimus. ut ab hodierna die securiter firmiterque consistant atque in perpetuum deseruient illuc. absque ulla successoris nostri contradictione. et ut hoc verius credatur et diligentius conseruetur manu propria nostra subter hoc confirmauimus. Et sigilli nostri impressione assignari iussimus.

Signum domni Arnolfi (*Monogramma*) gloriosissimi Imperatoris augusti.

Ernustus Cancellarius ad uicem diotmari archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum not. tiron.) L. S.

Data IIII. Nonarum augusti. Anno dominicae Incarnationis DCCCXCVI. Indictione XIIII. Anno uero regni domni arnolfi regis VIIII. Imperii autem I. Actum ad reganespurc. In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, optime expressum et conservatum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Edidit Ried cod. dipl. Rat. I. 76. n. 75.

LXXXII.

Anno 897 potius, quam 898, 5. Maii. Feldae.

Arnolfus Imperator hobam regalem in loco Strupinga, in pago Tuonehgowe, in comitatu Paponis comitis, fideli operario suo Eopreht donat.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum.
b) Indictio, anni regni et imperii respondent anno chr. 897. cnfr. ab Eckhart franc. or. II. 772.
c) Editum post Hundii Metrop. II. edit. Monac. 19. edit. Ratisb. 13. in Mon. Boic. XI. 127. num. 18., ubi pag. 127. lin. 18. leg. Eopreht, lin. 19. Tuonehgouve.

LXXXIII.

Anno 897. 14. Julii. Tripuriis.

Arnolfus Imperator cuidam Diotker mansos decem in pago Ougesgouue, comitatu Arbonis, inter haec tria loca, Forzheim, Zuzcilinga, Hugeshus, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia Imperator augustus. Nouerit Igitur

Digitized by Google

omnium sanctae dei ecclesiae fidelium Industria. praesentium scilicet et futurorum. Quoniam pro mercedis nostrae augmento. Intercedentibus quoque sigihardo et Iringo uenerabilibus nostris comitibus. Cuidam homini nomine diotker In pago ougesgouue Comitatu arbonis inter haec tria loca quae dicuntur forzheim. Zuzcilinga. hugeshus mansos decem quos perhtolt comes prius in beneficium tenebat ad proprium donauimus. Cum curtilibus et aedificiis campis agris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molinis piscationibus. uiis et inuiis exitibus et reditibus terris cultis uel incultis quaesitis et inquisitis mobilibus et immobilibus uel quicquid iuste legitimeque ad suprascriptos mansos pertinere cenſetur. Jussimus quoque hunc praesentem auctoritatis nostrae titulum Inde conscribi. per quod decernimus. firmissime mandantes. Ut memoratus diotker nunc et deinceps omni tempore liberrimam de praefatis concessibus largitatis nostrae habeat potestatem tenendi donandi vendendi commutandi uel quicquid sibi exinde placuerit faciendi sine alicuius personae offendiculo. Et ut haec auctoritas nostrae donationis Inuiolabilem In Christi nomine per omnia futura saecula obtineat stabilitatem. et a fidelibus nostris uerius credatur. ac diligentius obseruetur. manu nostra subtus eam firmauimus. Anuloque nostro sigillari iussimus.

Signum domni arnolfi (*Monogramma*) Imperatoris augusti.

Engilpero notarius ad uicem diotmari archicappellani recognofeci et ss. (S. R. cum n. t.)

Data II. Idus Iul. Anno domini DCCCXCVII. Indictione XV. Anno X. Regni domni Arnolfi regis Imperii eius II. Actum tripurias In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio, cerae macula tam circa foramen crucis decussatae, quam in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae omnes concordant.

c) Ineditum.

LXXXIV.

Anno 898. 15. Maii. Regenespurg.

Arnolfus Imperator comiti Sigihart duos mansos in loco Rotu (Rota), in pago Duria, in comitatu Arnolfi, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia imperator augustus. notum sit omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus nostrisque praesentibus scilicet et futuris. Qualiter nos pro mercedis nostrae augmento. Interueniente quoque illustri comite nostro nomine adalhardo. Cuidam dilecto comiti et fideli propinquo Nostro cui nomen sigihart in pago qui uulgo duria nuncupatur. in comitatu ARNOLFI in loco ad rotu uocitato mansos duos quos adalgoz praefectus illic in beneficium tenuit in proprietatem concessimus. Cum curtilibus et aedificiis campis agris pratis. pascuis siluis aquis aquarumue decursibus molinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus terris cultis et incultis quaesitis uel inquisitis mobilibus et immobilibus vel quicquid iuste legitimeque ad praescriptos mansos pertinere dinoscitur. Iussimus quidem hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum inde fieri. per quod decernimus. atque omnimodis sancimus. Quatinus iam fatus sigihart ex eisdem concessionis nostrae mansis. Nullo inquietante. sed deo auxiliante perpetuis temporibus firmissimam habeat potestatem. hereditario semper inde utens arbitrio. possidendi tenendi donandi vendendi commutandi vel quicquid sibi avt posteris exinde placuerit suis faciendi. Et ut haec liberalitatis nostrae auctoritas robustiorem atque credibiliorem in dei nomine per omnia seculi labentis curricula obtineat firmitudinem. manus propriae adnotatione subter eam roborantes. anulo nostro iussimus insigniri.

Signum domni arnolfi (*Monogramma*) Imperatoris Augusti.

Engilpero notarius ad uicem Diotmari archicappellani recognoui et ss. (cum S. recogn. et n. tiron.)

L. S.

Digitized by Google

Data id. Mai. Anno dni DCCCXCVIII. Indict. I. Anno XI. regn. domni arnolfi regis. imperii eius III. Actvm ad regenespurg in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio, cerae macula circa foramen et in membrana superincumbente.
b) Notae chronologicae omnes concordant.
c) Ineditum.

LXXXV.

Anno 898. 18. Maii. Reganespurc.

Arnolfus Imperator quandum complacitationem, inter Tutonem Epis. Ratisb. et nobilem foeminam Winpurch de bonis in Nordilinga, in pago Retiensi, et Wemidinga factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia Imperator Augustus. Regalem igitur condecet dignitatem ut facta fidelium suorum quae Communi Ipsorum congruunt utilitati. et pie eis consulendo prospiciat. Et in posterum mansura gratanter corroboret. Inde quoque omnium christianae religionis fidelium instantis scilicet temporis et futuri agnitum esse uolumus notitiae. qualiter. tuto honorabilis radesbonensis ecclesiae praesul. Et commisi gregis nomine et merito tutissimus prouisor. Et femina quedam nobilis. nomine uuinpurc. quandam complacitationis. Inter se more populari perpetratae cartam nostris presentarunt obtutibus. supplicantes nostri edicti tenore eum (eam) consolidare. quod ita fieri decreuimus. In qua etiam continebatur insertum. quomodo ipsa uuinpurc proprietatem suam id est curtem quae dicitur nordilinga. In pago retiensi constitutam cum omni integritate sua exceptis mancipiis XX. et una hoba absa. cum otgozzo. tradidit ad sanctum petrum pre-

ciosumque christi martyrem emmerammum in manus uidelicet praefati episcopi et aduocati sui garaharii perpetuo in proprium. cum ecclesiis binis decimatis. curtibus et casis aliisque aedificiis. familiis et utriusque sexus mancipiis censibus uniuersisque appendiciis et adjacentiis suis. Econtra uero eadem uuinpurc. accepit per ipsas manus unacum praenominato aduocato suo per quem et tradidit. de rebus praedictorum sanctorum. locum uuemidinga nuncupatum cum attinentiis suis iure complacitationis possidendum. Quo peracto iussimus hoc praesens muniminis nostri praeceptum inde fieri. per quod decernimus atque omnino praecipimus. ut huiusmodi complacitationis institutio firma et stabilis perseueret. Eo uidelicet rationis tenore. ut sepe dicta uuinpurc ambas res ex integro id est nordilinga proprium suum quod traditione filii sui Zuentipulchi nostraque preceptali donatione in possessionem adepta est. Et uuemidinga omni tempore uitae suae secure habeat. teneat. atque possideat. Post obitum uero suum. tum nordilinga quamque uuemidinga salua integritate iuri atque potestati supra dictorum sanctorum. seu etiam tuitioni prouisorum illorum absque ullius molestione (molestatione) subiciantur in perpetuum. Et ut haec complacitationis confirmatio a nullo unquam successore nostro uioletur. Sed in Christi nomine usque in finem consolidetur. Manu nostra subtus eam roborantes. Anulo nostro iussimus Insigniri.

Signum Domni Arnolfi *(Monogramma)* Imperatoris augusti.

Engilpero Notarius Ad uicem Theotmari archicapellani recognoui et ss. (S. R. cum not. tir.)

L. S.

Data XV. kl. Iun. Anno incarnationis domini DCCC. XC. VIII. indict. I. Anno regni arnolfi piissimi regis arnolfi XI. imperii eius III. Actum reganespurc. In dei nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum, optime expressum et conservatum.
b) Notae chronologicae omnes concordant.
c) Editum saepius: ap. Hund metrop. ed. Monac. I. 248. ed. Ratisb. I. 165. Pez. I. III. 35. Lünig spicil. eccl. III. 646. Cod. Probat. S. Emmer. 79. n. 29. Ried cod. dipl. Ratisb. I. 77. n. 76.

LXXXVI.

Anno 898. 9. Septemb. Reganesburch.

Arnolfus Imperator Ecclesiae Pataviensi amplissimas immunitates, antiquitus ei concessas, atque donationes ei factas, confirmat ac renovat, nova etiam donatione auget.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Arnolfus diuina fauente clementia Imperator augustus. Si liberalitatis nostrae munere locis Deo Dicatis quiddam beneficii conferimus. et necessitates aecclesiasticas. ac petitiones seruorum dei nostro releuamus iuuamine. atque imperiali tuemur munimine. Id nobis et ad mortalem uitam transiendam temporaliter. et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium nostrorum presentium scilicet. et futurorum industria. quod vuichingus patauiensis aecclesiae presul venerandus optulit nobis auctoritates immunitatum piae recordationis. Karoli. atque hludouuici. serenissimorum videlicet imperatorum. in quibus continebatur insertum. qualiter ipsi predictam sedem quam viuulo quondam sanctae lauriacensis aecclesiae archiepiscopus post excidium. et miserabilem barbaricam deuastationem eiusdem prescripte lauriacensis ecclesiae. nuspiam alibi Inventa suae tuicionis securitate primus episcopauit. otilone strennuo baiouuarum duce concedente. qui etiam canonicos. et monachos quos dei misericordia hostium subtraxerat predae. In aecclesia quae est constructa in honore sancti

Digitized by Google

Stephani Protomartiris christi. vbi etiam sanctus valentinus corpore requiescit reuerenter collocauit. quam vero cum omnibus ad eam pertinentibus vel aspicientibus sub immunitatis suae defensione consistere fecerant. et confirmauerant ut quicquid ex liberalitate imperatorum atque regum. siue ducum. vel ceterorum fidelium eidem sedi collatum fuerat perpetuo eius dicione consisteret. Ad haec etiam. et cartulas traditionum quas predictus Otilo. et filius eius Tassilo duces baiouuariorum ob eiusdem sanctae patauiensis aecclesiae restaurationem. vel amplificationem fecerant. obtutibus serenitatis nostrae praeferens isdem prescriptus pontifex. in quibus legebatur. quod idem predicti duces ad eandem sedem areas et mercatum cum integro teloneo suo. ac mancipia utriusque sexus. molendina. piscationes. et vineas. et quicquid in eadem urbe. uel circa eam visi sunt in proprium possidere. nihil extra dimittentes. omnia. in omnibus. sancto stephano. sanctoque Valentino. iure perenni tenenda tradiderunt. Nos autem diuino amore compuncti. et tam earundem conscriptionum testimoniis. quam et predicti pontificis precibus commoti. pium morem antecessorum nostrorum videlicet gloriosissimorum augustorum exequentes. eandem sedem. cum omnibus sibi subiectis simili modo sub nostre defensionis mundiburdio. et immunitatis nostrae defensione constare decreuimus. atque jubemus. ut sicut a predictis principibus constat. eandem sedem sub eorum immunitate hucusque vigere ita deinceps sub nostra permaneat defensione. et per hoc nostrum imperiale preceptum non solum istas immunitates confirmamus. sed etiam omnium imperatorum. seu regum sepe dictae aecclesiae. noviter. vel antiquitus collata munimus. atque renouamus praecepta. et si quicquam adhuc est quod ex prenominata urbe fiscus noster exigere poterit. hoc totum pro luminaribus et necessitatibus eiusdem aecclesiae expendendum ipsi quoque tradimus. et insuper precipimus. ut in prememorata urbe amodo nullus iudex publicus. vel quislibet vir ex curiali dignitate placitum. aut comitatum habere presumat. vel omnino super familiam. aut suburbanos aliqua secularia siue judiciaria in ea exerceat negotia. sed aduocatus atque patronus sanctae dei casae sub ditione illius se-

Digitized by Google

dis episcopi constitutus. quaecumque illic sunt disponenda. Ipse et non alius ordinet. et examinet. Preterea similiter iubemus ut nihilominus quispiam in ecclesias. aut abbatias. siue cellulas. aut loca vel agros. seu reliquas possessiones quas moderno tempore in quibuslibet pagis vel territoriis infra imperium regni nostri iuste. et legaliter memoratum tenet vel possidet monasterium. vel ea que deinceps per praecepta. regum. vel quorumlibet traditiones fidelium in jure ipsius monasterii voluerit diuina largitas augeri. temerarie vim. siue usurpationem. aut rapinas. vel pressuram moliri audeat. nec nos. nec ullus successorum nostrorum. deinde munera. aut conuiuia. aut ullum coactum seruitium accipere satagat. et ubicumque vero loca eiusdem monasterii forestis nostris adjaceant. inde omnia ligna aedificiorum pastum. ac pascua. sine censu sumant. Prenominatorum itaque sanctorum negotiatores. in aquis. et in aruis sine teloneo ubique pergant aurifices autem eorum quoscunque permiserit prefatae sedis antistes non aliter. quam nostri omnibus fluminum arenis absque contradictione vtantur. et penitus nulla iudiciaria persona homines illorum in ulla re stringere temptet. Nullusque Sicut prediximus superioris. vel inferioris ordinis reibublicae procurator. vel qualibet (quaelibet) persona. ad causas tribunitio more audiendas. vel freda exigenda aut mansiones. seu paratas faciendas. parafredos. aut fidejussores tollendos. aut homines tam ingenuos quam seruos distringendos ullo modo super terram ipsius aecclesiae commanentes. nec ullas publicas redibitiones aut inlicitas occasiones requirendas exigere conetur. Sed liceat memorato pontifici suisque successoribus res predicti monasterii cum omnibus sibi subjectis. et rebus et hominibus ad se iuste aspicientibus sub tuitionis atque immunitatis nostrae defensione remota totius iudiciariae potestatis inquietudine. quieto ordine possidere. et regere. et nostro fideliter parere imperio. atque pro incolomitate nostra. conjugisque et prolis seu etiam totius regni nostri a deo collati. vna cum canonicis et monachis sibi subjectis domini inmensam clementiam jugiter exorare delectet. Et ut haec immunitatis et donationis nostrae auctoritas. plenissimam In christi nomine per cuncta voluentis mundi curricula obtineat

stabilitatis firmitudinem. manu propria subtus eam confirmauimus. et anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Arnolfi Serenissimi *(Monogramma)* Imperatoris Augusti.

Engilpero Notarius Ad uicem Deotmari Archicappellani recognoui (S. R.)

L. S.

Data V. id. Sept. Anno Incarnationis dominicae DCCC XC VIII. Indictione I. Anno XI. regis arnolfi. Imperii autem eius. III. Actum reganesburch regio palacio In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum integrum.
b) Notae chronologicae omnes concordant.
c) Editum ap. Hund. Metrop. I. ed. Mon. 348. Ratisb. 232. ap. Lünig spicileg. eccles. II. P. 758. Hansiz German. Sac. I. 169. et Buchinger Gesch. v. Passau 488.

LXXXVII.

Anno 898. 17. Octob. Reginae civitate.

Arnolfus imperator capellam in Rantesdorf a se constructam, cum dote eius, presbytero Ellimpreht pro usu fructuario ad dies vitae donat, post cuius obitum ad ecclesiam in villa Otinga pertinent.

a) Sigillum ex annulo impressum fractum, maior tamen pars imaginis sive annuli salva, et quidem pars superior bene expressa.
b) Notae chronologicae omnes concordant.

Digitized by Google

c) Editum Mon. Boic. III. 309. n. 1. diplomatum Ranshofen., ubi sequentia emendentur: pag. 309. lin. 7. Wichingi; lin. 8. Ellimpreht; lin. 9. et 23. Rantesdorf. Antea in Aventini Histor. Oting. ap. Ludewig Scr. rer. Bamb. et Germ. II. 394. et in Hund. metr. III. edit. Monac. 62. edit. Ratisb. 43.

LXXXVIII.

Anno 898. 13. Decembr. Reginae civitate.

Arnolfus Imperator ecclesiae Frisingensi sal donat in Salina, quod evehere ei liceat absque mulcta (teloneo).

a) Sigillum ex annulo, sed duplici materiae impressum, integrum, ideoque fracturae proximum, vel a reliqua materia separabile.
b) Notae chronologicae suo modo concordant.
c) Editum habetur apud Meichelbeck Hist. Fris. I. 147. ex orig. et cum specimine sigilli. Hund. metr. Salisb. I. ed. Mon. 128. ed. Ratisb. 87. Lünig spicileg. eccles. II. 214.

LXXXIX.

Anno 898. 13. Decembr. Reginae civitate.

Arnolfus Imperator Ecclesiae Patav. in eadem urbe media dominicalem aream suam donat atque tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Arnolfus diuina fauente gratia imperator augustus. Si de rebus Terrenis quibus diuina pietate jure hereditario sublimati atque coronati sumus. aliquam particulam ad monasteria a dei sanctis ac justis hominibus praedita largituri sumus. Non solum praesentia-

lis uerum etiam aeternae uitae remedia a Deo omnipotenti et sanctis eius inde nobis concessa manifestissime credimus. Quapropter omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque tam praesentium scilicet quam et futurorum cognoscat industria qualiter nos diuina atque humana fidelium nostrorum ammonitione quandam particulam proprietatis nostrae sancto dei confessori ualentino ac beato stephano protomartyri eius ad quorum laudem et honorem Pattauiensis ecclesiae (ecclesia) episcopatus constructa ac dedicata dinoscitur. Cuius nunc Engilmarus dilectus ac fidelis episcopus noster pastor et rector bonus ac prouidus esse dinoscitur illuc perpetualiter in proprium retinendum concessimus hoc est in eadem urbe pattauiensi media dominicalem aream nostram quae usque hodie ad opus nostrum ibi pertinebat cum omni integritate ad iam dictum sanctum locum iure perenni in proprium donauimus atque tradidimus. Ea uidelicet ratione ut ipsa area per hanc nostram auctoritatem firmiter in dei nomine roboratam sub potestate eiusdem rectoris atque pastoris perpetualiter consistat. et ut hoc certius credatur Manu propria subtus eam affirmantes anulo nostro insigniri iussimus.

Signum Domni Arnolfi *(Monogramma)* inuictissimi imperatoris augusti.

Uuihhingus Cancellarius ad uicem Theotmari recognoui et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data Id. Decemb. Anno Dni. DCCCXCVIII. Indict. I. Anno regni domni regis Arnolfi. XI. Imperii. autem III. Actum ciuitate regina in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, fractum, imago tamen imperatoris adhuc integra et optime expressa, cum finiente dimidia inscriptione.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae suo modo concordant.
c) Edidit Hund. metrop. Salisb. I. ed. Mon. 398. ed. Ratisb. 232. Lünig spicileg. eccl. II. 757 erronee ad ann. 893, denique Buchinger Gesch. v. Passau 491.

LXXXX.

Anno 899. 8. Febr. Reganespurg.

Arnolfus Imperator cuidam Cholo quaedam bona in Herigolteshusa in comitatu Chuniberti donat.

a) Sigillum ex annulo impressum, fractum in tres partes, quae sibimet *iunctae* occiput imaginis et maiorem inscriptionis partem adhuc exhibent. Notandum insuper, in extremitatibus fragmentorum conspici duplicem materiam, ex qua ipsum constat sigillum, interiorem et exteriorem.
b) Notae chronologicae omnes, nec ipso anno imperii adhuc currente excepto, concordant.
c) Editum Mon. Boic. I. 351. inter monumenta monasterii Rot ad oenum, cum specimine Sigilli Tab. 1. n. 1. Addendum autem, aliqua in originali legi, prout sequitur: pag. 351. lin. 15. Liutpolpoldi (*haud dubie erronee*); lin. 17. Herigolteshusa; lin. 18. Engilmuon.

LXXXXI.

Anno 901. 13. Septemb. Radasponae.

Ludowicus rex, dictus infans, Seponensis ecclesiae praesuli Zachariae curtem Prihsna, inter convallia, comitatu Ratpodi consistentem, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludouicus diuina fauente Clementia rex. Si fidelium nostrorum peti-

Digitized by Google

tionibus quas pro utilitate ecclesiarum quibus praesunt libenter annuimus eos credimus inde devotiores in nostro existere obsequio et omnipotentis dei gratiam ob hoc promereri. quapropter nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri qualiter sanctae seponensis ecclesiae uenerabilis praesul nomine Zacharias. per interventum uenerabilium pontificum Diotmari quoque adalperonis Vualdonis scilicet Erchanboldi atque Tutonis clementiam nostram precatus est. vt quandam curtem inter conuallia comitatu Ratpodi consistentem quae dicitur prihsna. quam etiam pius genitor noster arnolfus Imperator auctoritatis suae precepto dilectae matri nostrae otae reginae concessum habuit. quamque eadem mater nostra. post euolutum temporis interuallum nostro iuri. Consultu fidelium nostrorum relaxauerat supplicante uidelicet unacum praefatis episcopis luitboldo comite et nepote nostro ad praescriptam ecclesiam in proprium donaremus. At nos per tantorum rationabilem uirorum supplicationem. Immo ob beatorum Stephani protomartiris et Cassiani uenerationem. sub quorum honore eadem dicata micat ecclesia. Ita fieri decreuimus. et quia idem episcopium nulla parentum nostrorum auctum constat gubernatione. quin potius incuria antiquorum illius prouisorum admodum est minutum et attenuatum sed et nimia paruitatis paupertate dinoscitur exiguum pro parentum nostrorum aeterna liberatione animaeque nostrae remedio ad accumulandum idipsum episcopium antedictam curtem ad seponensam ecclesiam perpetuo iure cum integritatibus suis in proprietatem donauimus cum curtilibus. aedificiis. familiis. mancipiis utriusque sexus. parscalchis censibus. uineis. montanis. planiciebus. collibus. uallibus. alpibus. ruppibus. forestibus. uenationibus. agris. pratis. campis. pascuis siluis acquis. aquarumue decursibus. molinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus ac reditibus. quesitis aut inquisitis. mobilibus et immobilibus. terris. cultis. uel incultis et quicquid iuste legitimeque ad eandem curtem pertinere dinoscitur. Unde hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum fieri mandauimus firmiter precipientes ut ipsa donationis nostrae curtis integriter cum uicis ac uillulis proprietario iure sub potestate ac tuitione sepedictae domus domini absque ullius per-

Digitized by Google

sonae retractione seu diminutione ueluti reliquae res hereditariae praelibatae sanctae sedi antiquo iure rectoribusque illius exstiterant subactae perpetuo consistant. faciantque inde prouisores eiusdem Ecclesiae sicut de ceteris rebus quas prius ipsa in uestitura retineant. quicquid uoluerint. Et vt hoc uerius credatur diligentiusque conseruetur. Manu nostra id firmauimus anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Hludouuici (*Monogramma*) Serenissimi regis.

Engilpero notarius ad uicem diotmari archicapellani recognouit et ss. (S. R. cum not. tir.)

Data Id. Sept. anno dominicae incarnationis. DCCCC.I. indict. *IIII* anno uero regni pii regis Hludovuci. II. Actum civitate *R*adaspona feliciter in dei nomine Amen.

a) Ex originali, quod redditum est archivo Caesareo Austriaco.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum ap. Resch. eccles. Sabionensi III. 308—314.

LXXXXII.

Anno 903. 14. Febr. Forahheim.

Ludowicus rex, dictus infans, bona quaedam in villa Teorinhova, in pago Nordgeuui, in comitatu Liutpoldi Tutoni Episc. Ratisbon. in ius et proprietatem S. Emmerammi donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Hludouuicus gratia dei rex. Si pontificum ac ministrorum dei nostrae celsitudini fideliter famulantium petitiones quas nobis propriis seu aecclesiarum utilitatibus ob possibilitatem deuoti seruitii nostri innotuerint ad effectum perducimus. Non solum imitando

consuetudinem antecessorum nostrorum. Verum aetiam ad mercedem beate remunerationis talia facta nobis profutura prodesse liquido credimus. Quapropter omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque tam presentiam quamque futurorum cognoscat iudustria. qualiter nos pro aeternae mercedis augmento cuidam venerabili ac dilecto episcopo nostro Tvtone nominato quasdam res nostri proprii iuris in ius et proprietatem beati Emmerammi martiris per interuentum et consilium venerabilium pontificum Adalperonis. et Ercanpoldi. immo etiam et reliquorum fidelium nostrorum Liutpodi scilicet dilecti propinqui nostri ac Gundpoldi comitum aeternaliter possidenda concessimus. Hoc est in pago Nordeguui. in comitatu Liutpoldi. in uilla quae dicitur Teorinhoua quae pertinebat ad otunassaz. quae est contigua loco qui dicitur sentilapah cum mansis et mancipiis utriusque sexus. aedificiis. terris. pratis. pascuis. viis et inuiis. aquis. aquarumue decursibus. Molendinis. piscationibus. exitibus. ac reditibus. agris. cultis. et incultis. mobilibus. et immobilibus. quaesitis et inquirendis. et omni communi vtilitate siluae. siue in speciali comprehensione. Seu etiam magistri alicuius concessione. quicquid idem serui eodem die uel tempore in potestate. et uestitura ad nostrum seruitium uidebantur habere totum ex integro tradidimus atque Transfundimus praenominato martiri eiusque uicario in ius et dominationem perpetuis temporibus. et iussimus inde hanc praesentem scribi auctoritatem nostram per quam uolumus firmiterque iubemus vt praefatus episcopus firmissimam inde habeat potestatem sicut reliquarum ecclesiae suae rerum. Et ut haec auctoritas largitionis nostrae firma stabilisque perpetuis temporibus perseueret. Manu propria subtus eam roborantes. anuló nostro sigillari iussimus.

Signum domni Hludouuici *(Monogramma)* serenissimi regis.

Ernustus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicapellani recognoui et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Digitized by Google

Data XVI. Kl. Marc. Anno incarnationis domini DCCCCIII. indictione VI. Anno uero Hludouuici piissimi regis IIII. Actum forahheim curte regia in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex duplici annulo impressum et optime expressum, prorsus illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum apud Pez thes. I. III. 38. Hund. metr. I. edit. Mon. 249. ed. Ratisb. 166. in Lünig spicil. eccl. III. 647. erronee ad an. 902. in Libro Probat. S. Emm. 85. n. 32. Ried cod. dipl. Ratisb. I. 85. n. 90. neuen bayr. Abh. II. 62 sq.

LXXXXIII.

Anno 903. 9. Julii. Tarassae.

Ludowicus Rex, dictus infans, Rudolpho Episcopo *Wirceburgensi* eiusque ecclesiae donat bona Adalharti et Henrici Comitum, fisco regio adjudicata, in Prozoltesheim et Frichinhusa, in pago Gozfeld, cum pertinentiis eorum in quibuscunque pagis, addita tamen quadam exceptione.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente clementia rex. Si fidelium nostrorum petitionibus quas pro utilitate ecclesiarum sibimet commissarum nobis suggesserint clementer annuimus. credimus eos Inde nobis fideliores existere. dominumque Inde propicium habere. Quam ob rem nouerit generale collegium omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum quia Ruodolfus uenerabilis ac dilectus episcopus noster per supplicationem fidelium nostrorum Hathonis uidelicet Uualtonis. Erchanpoldi. Adalperonis. Salomonis et tutonis venerabilium episcoporum. Comitum uero. Chonrati. Kebeharti. Adalperti. purcharti. Odalrici. Arnolfi. Liut-

fredi. Purcharti et eranfredi petiit clementiam nostram ut quasdam res Iuris nostri quae Adalharti et heinrici fuerunt et ob nequitiae eorum magnitudinem Iudicio franchorum. Alamannorum. bauuoariorum thuringionum seu saxonum legaliter In nostrum Ius publicatae sunt ad episcopium suum vuircipurg nominatum ubi sanctus chilianus martyr christi corpore quiescit. pro remedio animae nostrae concederemus. Nos quoque eorum petitionibus annuentes Ipsas res ad praefatum sacrosanctum locum a praedictis Adalharto et heinrico vndique uastatum pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum perenniter In proprium donauimus. hoc est In pago cozfelda In comitatu chonrati duo loca prozzoltesheim et frichinhusa cum ecclesiis curtilibus aedificiis familiis et mancipiis utriusque sexus terris cultis et Incultis agris pratis uinetis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus uiis et Inuiis omnibusque rebus uicis et uillis uel caeteris appendiciis quaesitis et Inquirendis ad praedicta loca Iuste ac rationabiliter pertinentibus In quibuscumque pagis uel folgfelda. seu Iphigouue. crapfelda seu padiniggouue. siue caeteris locorum finibus consistentibus Solos uero homines qui bonae memoriae tragapotonem fidelem nostrum de uilla prozzoltesheim occiderunt ab hac donatione excipimus et siquid memorati uiri ad supra scripta loca de nobilium uirorum proprietatibus Iniuste contraxerunt. Iussimus quoque hoc praeceptum Inde conscribi per quod firmissime regia auctoritate Iubemus. ut antetitulata loca cum suis pertinentiis ab hodierna die ac deinceps ad praelibatum episcopatum perpetualiter possidendae consistant. Et vt huius donationis pagina In aeternum et ultra firma et Inconuulsa perseueret. manus propriae Inscriptione illam firmauimus et sigillo nostro consignari Iussimus.

Signum domni Hludouuici (*Monogramma*) serenissimi regis.

Ernustus Cancellarius ad uicem Theotmari archicappellani recognouit et ss. (cum s. rec. et notis tir.)

L. S.

Digitized by Google

Data VII. Idus. Iulii. Anno Incarnationis domini DCCCC. III. Indictione VI. Anno uero regni domni hludouuici IIII. Actum Tarasse in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex unico annulo impressum fractum, superiori media eius parte adhuc conspicua et optime expressa.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Impressum habetur ap. ab Eckhart franc. or. II. 897. ex chartario. cnfr. eius commentar. ibid. 806 sq.

LXXXXIV.

Anno 903. 12. August. Otingae.

*Ludo*wicus rex dictus infans privilegium libertatis amplissimum monasterio Scti Emmerami confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Ludouuicus diuina fauente gratia rex omnibus in perpetuum. nouimus nos ad sacra regimina et ad imperialem auctoritatem per sanctorum suffragia posse in futurum proficere. et beatae gratiae remunerationem eternis diebus mereri Si loca deo dicata diuino accensi amore procuramus ideoque sciat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum posteritas qualiter nos per interuentum dilectae genitricis nostrae otae et pro remedio animae nostrae ac corporis saluatione monasterium in ciuitate nostra reginesburch situm in honorem beatissimi petri apostolorum principis et sanctissimi martiris emmerammi constructum quod utique per christianissimum imperatorem Karolum magnum in ius et protectionem sedi apostolicae est oblatum ita uidelicet ut in perpetuum apostolicae tantum libertati et imperiali ad defendendum subiectum sit maiestati in nostram recepimus defensionem et gratiam specialem quod etiam monasterium sanctissimus formosus papa ad instantiam et peticionem beatae memoriae patris nostri Arnolfi imperatoris consecrauit magnam indulgentiam

Digitized by Google

unacum episcopis cum eo ibi existentibus ipsi monasterio conferens sex septimanis ante festum sancti emmerammi annis singulis perpetuo duraturam. Unde quascumque possessiones quecunque predia siue ecclesias cum decimarum oblationibus rector eiusdem monasterii nunc possidet uel in futurum successores sui possidebunt ipsi monasterio presenti pagina confirmamus statuentes ac firmissime precipientes ut nullus dux uel episcopus nullus comes aut regius exactor nullaque iudiciaria aut alia persona magna seu parua in posterum in predictum monasterium aut loca illuc pertinentia intrare presumat. ad praedictae ecclesiae homines distringendos seu causas audiendas aut paratas faciendas uel fideiussores tollendos seu freda exigenda uel ad exercendam aliquam potestatem sed liceat rectoribus monasterii iudicare et corrigere omnium hominum excessus ad suum monasterium pertinentium nisi forte aduocatum suum uel iudices nostros uocare deliberauerit ad aliqua ardua complananda. ad haec firmissime precipimus ut nec Tuto uenerabilis nunc ratisponensis episcopus nec aliquis successorum suorum aut reliquorum episcoporum intus aut foris in rebus uel personis monasterii prefati aliquam dominandi habeat potestatem fratribus etiam ibidem deo seruientibus eligendi sibi abbatem donamus liberam facultatem Volumus etiam ut census septem aureorum quem Karolus magnus Leoni papae Hludouuicus filius eius Eugenio papae Hludouuicus pius Nicolao papae et arnolfus pater noster formoso papae romam ad altare sancti petri de dicto monasterio persoluerunt ad indicium etiam libertatis ab abbatibus monasterii annis singulis sedi apostolicae persoluatur Precipimus insuper ne in hominibus propriis aut censualibus prefati monasterii aliquis sibi usurpet alicuius conditionis potestatem uel de nostrae concessionis gratia aliquam sibi uendicet iurisdictionem sed sub nostrae emunitatis defensione omnia ad monasterium pertinentia pater monasterii cum fratribus suis possideat in perpetuum libere et quiete insuper nostrae auctoritatis donatione ratum uolumus esse ac firmum ut omnes homines sepedicti monasterii per omnes fines regni nostri libere negotiis inseruiant ita uidelicet ut nulli debitum teloneum persoluant et nullus iudex seu

Digitized by Google

quelibet cuiuscumque ordinis persona in huiusmodi causa uiolentiam eis aliquam inferre presumat. Volumus insuper ut homines apud abbates aut in prediis monasterii manentes cuiuscumque nationis sint uel Conditionis aduocato siquem habent nihil persoluant preter Censum capitalem. Preterea ipsi monasterio rectoribusque suis dignitates et omnia iura que nobilissimae et optimae abbatie ordinis sancti benedicti in teuthonia sita habere uidentur concedimus et perpetuo stabilimus ita ut nec supradictus uenerabilis ratisponensis episcopus cui ipsum monasterium commiseramus regendum nec aliquis successorum suorum in omnibus iuribus suis sibi uiolentiam aliquam inferre audeat uel presumat. Quod si monasterii sepius dicti aduocatus aut ecclesiastica secularisue persona cottidiana seruitia uel uiolenta obsequia a rectoribus non timeat extorquere aut aliqua dampna contra iustitiam inferre aut in iuribus concessis monasterium grauare iram et indignationem regiae maiestatis se nouerit incurrisse et in suae maliciae penam centum libras auri purissimi componat et dimidiam partem camerae nostrae reliquam uero predictae ecclesiae persoluat ablatis denique restitutis. Ut autem haec nostra concessi iuris et dignitatis institutio firma permaneat cunctis temporibus et inconcussa et ut a cunctis christi fidelibus diligentius obseruetur manu nostra subtus eam firmauimus et anuli nostri inpressione iussimus sigillari.

Signum domni Hludouuici *(Monogramma)* serenissimi regis.

L. S.

engilpero notarius ad uicem theotmari archicappellani recognoui et subscripsi. (S. R. cum not. tir.)

Data II. Idus augusti anno Incarnationis domini nostri DCCCCIII. Anno uero Hludouuici piissimi regis IIII. indictione VI. datum in Otinga in dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum ex annulo duplici impressum, optime expressum et conservatum, quale etiam in diplomate eiusdem anni 14. Febr. conspicitur.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum apud Pez. I. III. 40. Hund. metr. I. edit. Mon. 250 Ratisb. 166. Libr. Probat. S. Emmer. 90. n. 34. et in Lünig spicileg. eccl. III. Theil. 647.

d) Apices scripturae nimis pallidae saepius quidem renovati cernuntur, quod etiam contigit in tribus primis litteris vocabuli: pius, agnominis Ludowici, qui alias vocatur germanicus. Nusquam autem advertitur correctura aut rasura; unde argumenta, quae Hansizius in illustratione apologet. sui prodromi contra valorem omnium privilegiorum iuribus Episcopi derogantium affert, intelligenda potius de defectu solemnitatis, quam de notis falsitatis aut novitatis, quales nullae apparent, nec ab Hansizio l. c. p. 205 hoc instrumentum paucis censurante adducuntur.

LXXXXV.

Anno 903. 30. Novemb. Regina civitate.

Ludowicus infans Waldoni Episcopo Frisingensi ad restaurationem ecclesiae eius, novissimo incendio combustae, curtem Veringen cum pertinentiis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Hludouuicus diuina fauente Clementia rex. Si erga domus dei nostrae liberalitatis munificentiam piis incitati studiis ostenderimus. et oportuna Terreni Commodi more paterno eis conferimus suffragia. Non solum ad temporalem regni diuinitus nobis collocati profectum. Verum etiam ad aeternitatis gloriam feliciter optinendam. Hoc nobis multum prodesse liquido credimus. simulque patrociniis sanctorum nos inde beari atque tueri non ambigimus. Idcirco omnibus christianae religionis fidelibus praesen-

Digitized by Google

tibus scilicet patescat ac futuris. quoniam Vualdo reuerendus sanctae frigisingensis ecclesiae praesul. nostram adiit mansuetudinem. damnum combustionis quod ecclesiae suae pro dolor culpis exigentibus nouiter acciderat conquirendo (conquerendo). obnixe supplicans ut aliquod consolationis supplementum ad restaurationem eiusdem ecclesiae sibi largiremur. At nos gratuita benignitate quaerimoniae illius pro dei honore et sanctae genitricis suae semper uirginis mariae ueneratione compatientes. et intercessioni fidelium nostrorum. diotmari uidelicet archiepiscopi. Zachariae episcopi. tutonis episcopi. luitboldi illustris comitis et cari propinqui nostri. Sigihardi etiam. cunpoldi. isangrimi atque meginuuardi comitum. ac reliquorum conspectui nostro assistentium procerum. communi omnium consilio pie annuentes. Curtem quandam Veringa nuncupatam cum pertinentiis suis quam uenerabilis mater nostra Ota praeceptali tenore a beato genitore nostro arnolfo Caesare augusto obtinuisse constat. et in praesentia praedictorum fidelium nostrorum in manum regalitatis nostrae reddiderat. iure auctoritatis nostrae ad praefatam ecclesiam nomine sanctae genitricis dei mariae dedicatam. ubi electus dei Confessor Corbinianus corpore quiescit in diuorum Commemorationem antecessorum nostrorum matrisque nostrae. et pro animae nostrae remedio. ac diuturna profectus nostri felicitate. aeternaliter in proprium delegauimus. cum curtibus. et casis. aliisque aedificiis. familiis. et utriusque sexus mancipiis. parschalchis. sindmannis. hengistfuotris. censibus campis. agris. pratis. pascuis siluis. aguis. aquarumque decursibus. molinis. piscationibus viis et inuiis. exitibus ac reditibus quaesitis et inquisitis. cultis terris uel incultis. vel quicquid moderno tempore eadem curtis rite in uestitura retinet. haec autem omnia in omnibus ad ipsam curtem legaliter pertinentia per hoc auctoritatis nostrae praeceptum de nostro iure in ius et potestatem sacrosanctae christi matris ecclesiae praefatae donamus. tradimus. atque firmamus. Eo rationis tenore vt iam dictus honorabilis episcopus. eiusque successores sicut de caeteris ipsius episcopii rebus liberam pro utilitate ecclesiae perenniter habeat potestatem quicquid inde uoluerit faciendi. absque ullius molestia. vt eun-

dem episcopum cum subiecto clero pro nobis et antecessoribus nostris attentius dominum exorare delectet. Et vt haec auctoritas nostra per cuncta labentis mundi curricula firmiori solidetur stabilitate. manu nostra subter eam roborantes. anulo nostro iussimus sigillari.

Signum domni Hludouuici (*Monogramma*) gloriossimi (gloriosissimi) regis.

Engilpero notarius ad uicem diotmari archicappellani recogn. et ss. (S. R. cum n. t.)

Data Prid. Kl. Decemb. anno dominicae incarnationis. DCCCC. IIJ. indictione VII. anno uero regni piissimi regis Hludouuici quarto. Actum regina ciuitate In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio, nimirum cerae macula circa foramen crucis decussatae.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Edidit Meichelbeck H. F. I. 151. ex autographo. Invenitur etiam ap. Hund. metr. I. edit. Monac. 127. ed. Rat. 88 et Lunig spicil. eccl. II. Theil 213. sed erronee ad an. 892.

LXXXXVI.

Anno 904. 5. Mart. Regina civitate.

Ludowicus infans villulam, in australi oeni fluminis littore ad portum Malluhhinga in Matahgowe, in comitatu Isangrimi sitam, quae hactenus ad curtem Muninga pertinuit, Sancto Emmeramo eiusque ecclesiae extra moenia Ratisbonensis civitatis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Hludouuicus Diuina fauente gratia rex. Si locis diuino cultui manci-

Digitized by Google

patis largitatis nostrae beneficientiam exhibuerimus. Et oportuna terreni commodi eis impenderimus suffragia. Non solum ad regni diuinitus nobis collati stabilitatem roborandam. verum etiam et aeternae uitae felicitatem promerendam. Id nobis liquido credimus profuturum. Ideoque omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus praesentibus scilicet et futuris notum sit. quoniam Tuto reuerendus sanctae radesponensis ecclesiae praesul per interuentum Pabonis et meginuuardi comitum. fideliumque ministerialium nostrorum. nostram precatus est clementiam. vt quandam uillulam rebus ecclesiae suae contiguam et oportunam in australi scilicet aeni fluminis litore prope hostium aquae quae dicitur marhluppa constitutam ad portum Malluhhinga noncupatum. hoc est In matahgouue. Comitatu Isangrimi. Quae tiam (etiam) ad curtem muninga dictam. beneficium uidelicet Cundboldi comitis hactenus pertinuit. ad sanctum emmerammum donaremus. Statimque nos libenti animo congruae illius intercessioni annuentes. consentiente cundboldo eiusdem beneficii possessore. pariterque cum Iringo comite. atque Engilberto consilium dante. pro beati patris nostri arnolfi imperatoris animae remedio. Nostraeque mercedis incremento. Praefatam uillulam in ripa ut supra dictum aeni sitam. Cum omni integritate sua ad cuiuscumque regalis ministri quicquam Inde ministerium pertineret. ad Christi martyrem emmerammum cuius sacratissimum corpus extra moenia radesponensis ciuitatis in propria uenerabiliter humatum est ecclesia. jure perenni delegauimus in proprium. Cum curtilibus et aedificiis. Mansis in ipsa uillula habitantibus et mancipiis utriusque sexus. censibus. Campis. agris. pratis. pascuis. siluis. portu. et portatico. Aquis. aquarumque decursibus Molinis. Piscationibus. viis. et inuiis. exitibus. et reditibus quaesitis et inquirendis. Terris cultis et incultis. universisque appenditiis et adjacentiis suis. Jussimus quidem hoc praesens praeceptum nostrum inde conscribi. per quod uolumus et auctoritate nostra firmiter precipimus. ut ipsa concessionis nostrae uillula. Nunc et deinceps tempore perpetuo. Jure firmissimo sine ullius contradictione personae integriter ad memoratum dei electum pertineat et inrefragaliter consistat. Eo

tenore. vt iam fatus honorabilis episcopus eiusque successores ex eadem uillula sicut de ceteris ipsius pii patroni rebus in aeternum habeant potestatem quicquid uoluerint faciendi. Et ut haec auctoritas nostra inuiolabilem Christo propitio perenniter obtineat firmitudinem. Manu nostra eam roborantes. Anulo nostro Jussimus sigillari.

Signum domni Hludouuici (*Monogramma*) gloriosi regis.

Engilpero notarius ad uicem Diotmari recognofecit et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data III. Martii. Anno Incarnationis domini. DCCCCIIII. Indictione. VII. Anno uero regni pij regis Hludouuici. v. Actum ciuitate regina in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio, cerae macula tam circa foramen crucis decussatae quam in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Impressum habetur ap. Pez. I. III. 41. in Lünig spicil. eccl. contin. III. Fortsetz. 105. Libr. Probat. S. Em. 95. n. 35. Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 88. n. 92.

LXXXXVII.

Anno 905. 14. Februar. Reginae civitate.

Hludowicus infans bona in loco Bucinbura, in Suueinahgouue monasterio Altaha (infer.) reddit et confirmat.

a) Sigillum ex annulo unico impressum illaesum, nunc circulo ex Orichalco munitum conspicitur.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae suo modo concordant; nam annus regni aliquibus mensibus anticipatur, cum curreret sextus.

c) Editum ap. Hund. Metr. II. edit. Mon. 20. ed. Rat. 14. et in Mon. Boic. XI. 128. n. 19., ubi pag. 129. lin. 7. legatur: Suueinahgouue; lin. 15. Liutboldum, — Sigihartum; pag. 130. lin. 4. Diotmari.

LXXXXVIII.

Anno 906. 29. April. Reginae civitate.

Hludowicus infans monasterio Altaha (infer.) complacitationem, de bonis in locis Strubinga, Simplicha et Otilinga, inter idem monasterium et liberum hominem Joperht factam, confirmat.

a) Sigillum periit, remanente eius indicio, cerae macula circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Indictio indicare videtur annum chr. 905, ut in alio instrumento Abbatiae Nideraltach. 14. Febr. h. a. caetera anno chr. 906. conveniunt.

c) Editum ap. Hund. Metr. II. edit. Mon. 20. ed. ratisb. 14. Mon. Boic. XI. 130. num. 20., ubi sequentia emendentur: pag. 130. lin. 13. prodest; pag. 131. lin. 4. Herigolti; post lin. 24. inseratur: Engilpero notarius ad vicem Diotmari archicappellani recognovi et ss. (S. R. cum not. tiron.)

L. S.

LXXXXIX.

Anno 906. 8. May Holzkirichae.

Ludowicus infans ecclesiae Frisingensi antiquissimum eius privilegium de libera episcoporum eius electione, novissimo incendio consumtum, renovat atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Hludouuicus diuina fauente clementia Rex. oportet etiam regiam dig-

nitatem omnibus beniuolam existere. precipue tamen his qui diuinis mancipantur obsequiis. Unde notum fieri cupimus omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus presentibus scilicet et futuris. Qualiter sanctus Corbinianus frigisingensis aecclesiae episcopus apud antecessores nostros suo interuentu impetrauerat. plebi et familiae suae licentiam inter se eligendi episcopos. post suae euocationis tempus. et huius aelectionis securitatem scripto regalium preceptorum firmari rogauit. suamque peticionem apud eos obtinere promeruit. Similique modo omnes pastores eiusdem sedis per ordinem penes antecessores nostros eandem electionis securitatem usque in tempus Vualtonis dilecti episcopi nostri obtinuerunt. Tempore autem suo casu accidit ut domus sua inibi in honore domini et sanctorum eius constructa. ignium succensione conbureretur. Eisdem supradictis praeceptis pariter combustis. his ita peractis. praedictus Vualto antelibate sedis pontifex. per interuentum fidelium nostrorum. haddonis uidelicet. et Theotmari archiepiscoporum. Nec non aliorum episcoporum. Erchanboldi scilicet. Adalperonis. Zachariae. et deotolohi. Comitum uero. Ottonis. puruchardi. Adalperti. Liutpoldi. puruchardi. Sigiharti. Candpoldi. Iringi. precatus est clementiam nostram ut supradicte familiae et clero iuxta priorem Concessionem nostra auctoritate assensum preberemus. inter se eligendi episcopum. et priora precepta per nostri precepti renouationem roboraremus. Nos quoque eorum salubri consultui et petitioni libenter annuimus. hocque praeceptum inde conscribi iussimus. per quod regia auctoritate sancimus. atque firmiter iubemus. Ut eiusdem episcopatus. plebs et familia ab hodierna die et deinceps. securam habeant potestatem inter se eligendi episcopum. Si talem inter se inuenire queant. qui generositate naturae pericia librorum. et uitae probitate idoneus sit diuinum seruicium regere. et regalia obsequia prebere. Si autem talis inter eos nequeat inueniri. infra regiam curtem illis aptum querant et eligant. et ut hoc concessionis nostrae praeceptum firmum atque stabile consistat. manu nostra illud firmauimus. et sigillo nostro consignari iussimus.

Sign. Domni Hludouuici *(Monogr.)* Serenissimi regis.

L. S.

Digitized by Google

Ernustus Cancellarius ad uicem Theotmari Archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum not. tir.)

Data VIII. id. Mai. Anno domini DCCCC. VI. indict. VIIII. Anno regni domni hludouuici. VII. Actum in loco. holzkiricha feliciter in dei nomine amen.

a) Sigillum ex unico annulo impressum, adhuc integrum et bene expressum, quamvis in omni fere ora laesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum in Meichelbeck H. f. I. I. 152. ex originali cum specimine Sigilli; antea erronee ad 6. Jun. eiusdem anni in Hund. metr. I. edit. Mon. 127. edit. Rat. 86. in Lünig spicileg. eccl. II. Th. 215.

C.

Anno 908. 9. Julii. Triburiis.

Ludouuicus infans Martino Capellano Purchardi ducis possessiones suas in Walahramesuuinida, in pago Grapfelda, in comitatu eiusdem Purchardi, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et individuae trinitatis Hludouuicus divina fauente clementia rex (*nouerint omnes*) fideles nostri praesentes scilicet et futuri. Quia nos per supplicationes fidelium nostrorum. Purcharti uidelicet uenerabili(s) comitis. et chuonrati fidelis ministerialis nostri. Cuidam Purchardi Egregij (*ducis*) Capellano Martinus nuncupato. In pago grapfelda. In comitatu sui senioris. quicquid In loco. Vualahramesuuinida nostri Juris fuit. cum curtilibus aedificiis. mancipiis. terris. cultis et Incultis. agris. pratis. campis. pascuis siluis. aquis. aquarumue decursibus uiis et Inuiis. exitibus ac reditibus. omnibusque rebus ad eundem locum rite pertinentibus perenniter In proprium do-

Digitized by Google

nauimus. Iussimus quoque hoc preceptum Inde conscribi per quod uolumus firmiterque Iubemus. quatenus prefatus martinus. de ipsa proprietate ab hodierna die et deinceps liberam atque securam teneat potestatem. habendi. donandi. uendendi. tradendi. uel quicquid sibi libuerit faciendi. Et ut hoc preceptum largitionis nostrae. firmum stabileque consistat. Manu nostra illud firmauimus. et sigillo nostro consignari Iussimns.

Signum domni domni Hludouuici *(Monogramma)* serenissimi regis.

Ernustus cancellarius ad uicem Piligrimi archicappellani recognouit et ss. (S. R. cum n. t.)

L. S.

Data VII. Id. Iulii Anno Incarnationis domini DCCCC. VIII. Indictione XI. Anno autem regni domni Hludouuici VIIII. Actum tiburias feliciter In dei nomine Amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente eius indicio circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Damnum quatuor lacunarum exesione passum est istud instrumentum.

d) Edidit ab Eckhart franc. or. II. 898 ex originali, quin tamen restitueret locum exesum, qui expressit dignitatem Purcharti modo comitis, modo senioris appellati. Cum autem littera initialis: d clare adhuc legatur, ipsamet etiam dignitas illius ducalis indicata esse videtur, quem aliunde constat fuisse ducem Thuringiae, litteris cursivis locum exesum sat explentibus.

Digitized by Google

CI.

Anno 911. 16. Junii. Franconofurt.

Ludowicus infans Gozboldo presbytero bona in pago Folchfeld in Comitatu Hessonis donat, nimirum quidquid beneficii in locis Chnezziseo, Chnezzigouue et Nozhard tenuit Chuonradus comes eiusdem regis nepos, et Adalrich in Chnezzigouue habuit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hludouuicus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum Industria. Quia nos per Interuentum chuonradi et ebarhardi venerabilium comitum. atque amabilium nepotum nostrorum. cuidam religioso presbitero Gozbold nuncupato. In pago Folchfeld dicto. In comitatu hessonis. quicquid praefatus chuonradus. In loco chnezziseo beneficii tenuit. necnon In uilla chnezzigouue appellata tale territorium quale adalrih ibidem incoluit. et habuit. et in eodem loco duos mansos atque curtile unum. In locis naque (namque) sic nominatis chnezzigouue atque nozhard totum quod sepedicti chuonradi Inibi beneficii esse uidetur. cum curtilibus. aedificiis mancipiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. viis. et inuiis. exitibus ac reditibus. quaesitis. et inquirendis. omnibusque rebus magnis et paruis. ad eandem proprietatem rite pertinentibus. In proprium perpetualiter possidendum donauimus Jussimus quoque hoc nostrae largitionis praeceptum Inde conscribi per quod uolumus firmiterque Jubemus quatenus memoratus Gozbold ab hodierna die et deinceps de ipso proprio liberam atque securam teneat potestatem. habendi donandi. uendendi. commutandi uel quicquid sibi libuerit faciendi et ut hoc prae-

ceptum firmius habeatur ueriusque credatur ac diligentius a fidelibus nostris obseruetur. manu nostra subtus. Illud firmauimus. anulique nostri Impressione Insigniri praecepimus.

Signum Domni Hludouuici *(Monogramma)* serenissimi regis.

Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tir.)

L. S.

Data XVI. Kal. Julii. Anno Incarnationis domni DCCCCXI. Indictione XIIII. Regnante domno rege hludouuico anno XII. Actum franconofurt In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex unico annulo impressum illaesum, et optime expressum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum ap. ab Eckhart franc. or. II. 899. ex autographo. cnfr. comment. ibid. 829.

CII.

Anno 911. 10. Novembr. Foracheim.

Chuonradus rex coenobio Scti Gundperti res sui iuris, in pago Folchfeld, in comitatu comitis Hessi, in loco Fihuriod, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria. quia nos

Digitized by Google

rogatu diotonis venerabilis et dilecti episcopi nostri sancto gundperto confessori Christi. quasdam res iuris nostri in pago folchfeld dicto sitas. hoc est in comitatu cuiusdam comitis. cui nomen hessi. quicquid in loco fihuriod nuncupato ad regiae serenitatis auctoritatem pertinere uidetur vna cum caeteris sclauienis oppidis illuc iuste conspicientibus. cum curtilibus. vinetis. aedificiis. mancipiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis siluis aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. viis et inuiis. exitibus. ac reditibus. quaesitis. et inquirendis. omnibusque rebus magnis et paruis ad eandem proprietatem iuste legitimeque pertinentibus. pro nostra et antecessorum nostrorum uidelicet regum sev imperatorum. pia commemoratione in perpetuam proprietatem donauimus. Jussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi. per quod uolumus firmiterque iubemus. quatenus praefatus vir venerabilis dioto praesul aegregius. suique successores talem inde ulterius habeant potestatem. sicut et de aliis rebus quae antiquis temporibus ad praedicti sancti gundperti coenobium pertinere uidebantur. Et ut hoc largitionis nostrae praeceptum a nullo umquam successore nostro uioletur. sev uiolari praesumatur. sed firmum ac stabile per omnia succedentium temporum curricula permaneat. Manu nostra subtus illud firmauimus. anuloque nostro insigniri praecepimus.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) Serenissimi regis.

Ovdalfridus Cancellarius ad uicem hathonis archiepiscopi summique cappellani recognoui. et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. IIII. Idus novembris. Anno incarnationis domini. DCCCC. XI. Indictionum. XV. Regnante piissimo rege Chuonrado anno. I. Actum Foracheim. In Christi nomine feliciter Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum ap. ab Eckhart fr. Or. II. 899. ex autographo. cnf. commentar. ibid. 830. Falkenstein Cod. Dipl. T. IV. 14. Strebel francon. illustr. 221.

CIII.

Anno 912. 8. August. Franchonofurt.

Chuonradus Rex Dracholfo Pontifici bona quaedam, in locis Leimbah, Steinaha et Thiofbah, in pago Ibfigeuue et in comitatu Ernusti comitis sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Chuonradus fauente diuina clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum presentium scilicet et futurorum Industria quia nos Interuentu fidelium nostrorum. Hathonis videlicet venerabilis archiepiscopi. nec non erchengarii. et heinrici illustrium comitum. dracholfo egregio pontifici quasdam res propriae hereditatis nostrae In pago Ibfigevue et in comitatu ernusti comitis sitas. quas antea sibi In locis. leimbah. steinaha. et thiofbah nuncupatis. In beneficium concessas habuimus. cum curtilibus. aedificiis. familiis. Mancipiis vtriusque sexus. terris cultis et incultis. agris. Pratis. Campis. Vinetis. Pascuis. silvis. Aquis. Aquarumve decursibus. Molendinis. Piscationibus. viis. et inuiis. exitibus. et reditibus. Mobilibus. et inmobilibus. quaesitis et inquirendis. Omnibusque rebus magnis ac paruis. ad prefata loca rite pertinentibus perpetualiter In proprium donauimus. Ea videlicet ratione vt nullus comes aut Judex seu quaelibet Judiciaria persona potestatem habeat ex illis hominibus ad predicta loca seruientibus quicquid corrigendi vel inquirendi. Sed haec sola potestas. memorato episcopo sibique subiectis concessa sit. Jussimus quoque hoc

Digitized by Google

preceptum Inde conscribi per quod volumus firmiterque Jubemus. quatenus suprascriptus dracholfus ab hodierna die et deinceps de ipso proprio liberam atque securam teneat potestatem. habendi donandi. vendendi. commutandi. seu quicquid sibi libuerit faciendi. Et ut haec auctoritas nostra firma stabilisque permaneat manu nostra subtus eam firmauimus. anuloque nostro Insigniri precepimus.

Signum Domni Chuonradi *(Monogramma)* Serenissimi regis.

Ovdalfridus notarius ad uicem Piligrimi archicapellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

Data VI. Idus Augusti. Anno Incarnationis domini. DCCCC. XII. Indictionc XV. Anno vero regni gloriosissimi regis chuonradi I. Actum franconofurt in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Edidit ab Eckhart fr. or. II. 900. ex autographo. cnfr. commentar. ibid. 834. de Episcopo Dracolfo episcopo frising. et abb. Schwarzach.

CIV.

Anno 914. 24. May. Foracheim.

Chuonradus rex commutationem quorundam locorum, inter Tutonem episc. Ratisb. et Ellinrat concubinam Arnolfi regis initam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus Dei gratia Rex. Igitur si per regnum nostrum Dei eccle-

Digitized by Google

siis constitutis nostro uidelicet. regimine procurandis adhibere et augere curamus honores. non solum terreni sed et caelestis regni non dubitamus honore et fastigio nos sublimari. Inde quoque uolumus ad singularem fidelium nostrorum presentium futurorumque peruenire notitiam. qualiter quaedam matrona N. Ellinrat concubina uidelicet Arnulfi serenissimi regis. cogitans pro mercede futura pariterque pro uitae praesentis aliqua sustentatione tradidit sancto martyri Emmerammo in manum scilicet Tutonis episcopi et aduocati sui Immonis una cum manu aduocati sui. N. Rupo proprietatem suam id est illam capellam in ergoltinga cum aliis ecclesiis duabus cum decimis et mansis. et mancipiis utriusque sexus. agris. pratis. pascuis. aquis. molendinis. siluis. et cum omnibus utensilibus ad eandem cappellam pertinentibus quae eodem die in uestitura et potestate uisa est habere. pro remedio animae regis supradicti. cuius etiam largitate res easdem acquisierat. ac pro sua et futura et presenti consolatione in perpetuam proprietatem et statim dimisit exceptis paucis mancipiis quorum numerus est XVII. excepta etiam hoba. I. quam aequiuocae suae Ellinratae contradidit usque ad finem uitae praesentis. postea uero ut in eadem traditione constaret sic et caetera. Econtra quidem eodem aduocato Immone cum manu eiusdem episcopi retradente accepit eadem Ellinrat in proprium beneficium de rebus ecclesiae in uilla punninchoua quicquid ibi regino quidam presbiter in beneficio uisus est habere. et in uilla unolcinchoua quicquid ibi de adalperto nobili uiro concambio. et de Adalonna quadam matrona conplacitatione scti. mart. acquisiuit ecclesia cum omnibus utensilibus ad easdem res rite pertinentibus excepta hobe. I. in unolcinchoua quae iuniori Ellinratae danda fuerat pro redimenda uestitura illius hobae quam in ergoltinga ut supradictum est uidebatur habere. Caetera uero omnia ad eadem II. loca rite pertinentia iam sepe dicta Ellinrat habeat. teneat. possideat et utatur usque ad finem praesentis uitae. Post hanc uero uitam cuncta conseruata denuo redeant in jus et potestatem ecclesiae cum omnibus sui Juris inibi inuentis. Et ut huius conplacitationis preceptum firmum stabileque

Digitized by Google

permaneat manu nostra subtus illud firmauimus. anulique nostri impressione sigillari Jussimus.

Signum Domni Chuonradi (*Monogramma*) serenissimi regis.

Salomon Cancellarius Ad uicem Piligrimi Archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data VIIII. Kal. Jun. Anno dominicae incarnationis. DCCCCXIIII. Indictione II. Anno uero gloriosissimi regis Chuonradi. III. Actum ad foracheim in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum ex annulo et optime expressum, illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum in Pez. Thes. I. III. 43. Lünig spicileg. eccl. contin. III. 1215. Libr. Probat. S. Emm. 98. n. 37. Ried. cod. dipl. Rat. I. 91. n. 95.

CV.

Anno 914. 25. Maii. Foracheim.

Chuonradus rex monasterio S. Emmerammi forestum iuxta Sulcibach donat, terminis quoque foresti designatis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Chuonradus Dei gratia rex. Notum sit omnium fidelium nostrorum magnitudini. praesentium scilicet et futurorum. Qualiter nos ob amorem dei. et remedio animae nostrae. ad sanctum Dei. marty-

Digitized by Google

rem Emeramum cuius monasterio Tuto uenerabilis episcopus praeesse dinoscitur forestum iuxta Sulcipah cum forestario Sigifrid nuncupato perpetuo iure in proprium donauimus. Inde ergo hoc donatiouis nostrae praeceptum scribere iussimus. per quod uolumus firmiterque iubemus. ut memoratus episcopus suique in perpetuum successores qui fuerint rectores in supra scripto monasterio sancti emmerammi. iam dictas res per hoc confirmationis mandatum jure firmissimo teneant atque possideant. ita ut ad ipsum sanctum locum nostris futurisque temporibus in elemosina nostra perpetualiter proficiant in augmentis. Et ut haec auctoritas firmior habeatur. et diuturnis temporibus melius conseruetur. Manu nostra subtus eam confirmari decreuimus. anulique nostri impressione consignari iussimus.

Signum Domni Chuonradi (*Monogramma*) Piissimi regis.

Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi Archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tir.)

L. S.

Data VIII. Kl. Jun. Anno incarnationis domini DCCCCXIIII. Indiction. II. Anno vero regni regis piissimi Chuonradi. III. Actum ad foracheim In dei nomine feliciter amen.

(*Extremitati chartae assuta filo albo est schedula oblonga tenuioris membranae alia quidem, coaeva tamen manu scripta, ipsique instrumento involuta, sequentia continens:*) Per haec loca et infra. haec loca. super omnia animalia forestensia. foresti ad sulzibach bannus distenditur. ad orientem terminatur riuo qui dicitur samentesbac. A danubio usque ubi ipse samentesbach fontem habet. et inde in bibbinesbach. et inde in sulzibach. et per sulzibach sursum uersus usque in uuattenuelden. et inde in suppremam partem

Digitized by Google

qui dicitur hunbrechteszanta. et inde super montem qui dicitur Steininbuhil et inde deorsum per paludem quae dicitur erelinlaa. et inde per superiorem partem loci qui dicitur adoluesbrunst. et inde per rivum qui dicitur erilibach. vsque in rivum qui dicitur suindilibach. et per ipsum usque ad fontem ipsius. et inde contra meridiem usque in danubium.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum, sed fracturae proximum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Pez thes. I. III. 46. Lünig spicil. eccl. contin. III. Fortsetz. 106. Libr. Prob. S. Em. 102. n. 39. Ried. cod. dipl. rat. I. 93. n. 97.

CVI.

Anno 916. 4. Maii. Franconofurt.

Chuonradus rex capellano suo Reginolf mansum in villa Bercheim, in comitatu Eberhardi, in pago Tuonahgeuue donat.

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum Mon. Boic. XI. 437. inter monumenta metensia, in qua editione suppleta sunt aliqua, quae noviori demum tempore maculata ac impossibilia lectu reddita videntur, cum in charta nulla exesio, sed tantum scissura in parte eius extrema conspiciatur. Ad loca taliter deleta pertinent, p. 437. lin. penult. litterae: *tmani Vas;* p. 438. lin. penult. num. V. et litterae: *ofu;* nam locus legendus est: franconofurt.

Digitized by Google

CVII.

Anno 916. 29. Junii. Reganespurg.

Chuonradus rex decimam partem vectigalium, de ministerio Zollenarii, monasterio S. Emmerammi, ad concinnanda luminaria, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Chuonradus diuina concedente clementia rex. Si ecclesias Dei aliqua semper utilitate fulcire studuerimus. Non solum regium morem exercemus. sed etiam aliquod lumen nostrae animae inde promereri speramus. Quapropter cognoscat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria. qualiter nos admonente Adaluuardo episcopo pro honore dei sancto martyri Emmerammo concessimus de Nostro jure decimam partem uectigalium. Id est de ministerio Zollenarii ad concinnenda luminaria iure perpetuo in proprium. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firmior habeatur. Et per futura tempora a fidelibus nostris uerius credatur ac diligentius obseruetur. Manu nostra subtus eam firmauimus. anuloque nostro sigillari iussimus.

Signum Domni Chuonradi (*Monogramma*) piissimi regis.

Salomon cancellarius ad uicem piligrimi Archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data III. Kl. Jul. Anno domini nostri Jesu Christi DCCCCXVI. Indictione IIII. Anno uero regni Regis Chuonradi piissimi. V. Actum reganespurg In dei nomine feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Pez. Th. I. III. 46. Lünig spicil. eccl. contin. III. Forts. 106. Libr. Prob. S. Emm. 104. n. 40. Ried. Cod. dipl. Rat. I. 94. n. 98.

CVIII.

Anno 918. 4. Julii. Wirciburc.

Chuonradus rex Thiodoni Episcopo immunitatem Ecclesiae Wirceburgensis confirmat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina ordinante prouidentia rex. Cum petitionibus seruorum dei pro quibuslibet ecclesiasticis necessitatibus aures nostras pulsantium libenter anuimus et diuinae potentiae in locis deo dicatis uberius famulandum auxilium porrigimus. id nos procul dubio et ad mortalem uitam temporaliter deducendam. et ad futuram feliciter obtinendam commodum prouenire confidimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris. tam praesentibus quam et futuris. quia thiodo uenerabilis uuirciburgensis aecclesiae episcopus obtulit nostris obtutibus auctoritatem immunitatis hludouuici imperatoris. et regis serenissimi hludouuici. In qua continebatur qualiter ipsi et antecessores eorum gloriosissimi reges cum omnibus rebus et hominibus ad se juste pertinentibus et legaliter asspicientibus semper sub plenissima defensione et immunitatis tuitione habuissent. pro firmitatis namque studio postulauit memoratus thiodo episcopus et dilectus fidelis noster excellentiam nostram. ut pro diuini cultus amore et animae nostrae remedio. ut et nos res et homines praefatae dei aecclesiae cum omnibus iuste et legitime ad se aspicientibus sub nostrae immunitatis tuitione susciperemus. Cuius petitioni libenter aurem accomodamus et hanc auctoritatem nostrae immunitatis circa ipsam sedem eiusque

praelatos. fieri decreuimus. per quam precipimus firmiterque jubemus. ut nullus iudex publicus uel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones. memoratae sedis quas moderno tempore in quibuslibet pagis uel territoriis infra ditionem regni nostri iuste et legaliter possidet. uel quae deinceps in jure ipsius aecclesiae. siue accolas uel sclauos in ulla re stringendos. aut inlicitas occasiones requirendas. ullo umquam tempore audeat ingredi. uel ea quae supra memorata sunt poenitus exigere praesumat. sed liceat memorato praesuli suisque successoribus res praedictae aecclesiae sub immunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. et nostro parere imperio. quatinus ipsius sanctae dei ecclesiae caelibes pro incolomitate et stabilitate regni nostri dei omnipotentis misericordiam iugiter exorare delectet. Et ut haec auctoritas concessionis nostrae firmior habeatur. et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conseruetur. manu propria nostra subter eam firmauimus. et anulo nostro sigillari jussimus.

Signum domni Chuonradi (*Monogramma*) serenissimi Regis.

Salon (Salomon) cancellarius ad uicem Piligrimi archicapellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data IIII. Non. Julii Anno dominicae incarnationis DCCCCXVIII. Indictione — anno uero regni inuictissimi regis Chuonradi VII. Actum ad ciuitatem Vuirciburc in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum, illaesum.

b) Indictio non est notata, sed loco eius spatium vacuum cernitur. Reliquae notae chronologicae concordant.

c) Edidit ab Eckhart Fr. Or. II. 900 ex chartario erronee ad an. 915, deceptus falsa lectione indictionis III. et anni regni IV loco VII.

Digitized by Google

Notandum insuper, renovatione noviori ultimorum numerorum anni Chr., scilicet VIII quandam ipsi anno Ch. obscuritatem fuisse illatam, quae tamen protinus evanescit ex alio diplomate postridie scilicet 5. Jul. eodem in loco Wirceburg concesso. Memorata instrumenta Ludovici imp. vid. 823. 19. Dec. cnfr. confirmationem Arnolfi a. 889. 21. Nov.

CIX.

Anno 918. 5. Julii. Wirciburc.

Chuonradus rex Thiodoni Episc. Wirceburg. privilegium Telonii, in conflagratione basilicae cathedralis combustum, renovat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sollertia. Quia uir uenerabilis thiodo. uuirciburgensis aecclesiae episcopus. ad nostram uenit praesentiam narrans quod in tempore antecessoris sui Vuolfgarii eiusdem sedis episcopi. hludouuicus augustus pro suae mercedis aucmento ad basilicam sancti saluatoris ubi sanctus Kylianus martyr Christi preciosus corpore requiescit. thelonei debitum quod ad eundem locum uirciburg dictum debet persolvi. a cunctis qui cum mercatus sui mercimonio ab uniuersis prouinciis et ciuitatibus illuc conueniunt. cum consultu. et rogatu. uuicboldi comitis qui tunc ipsum thelonei debitum habuit in beneficium. per suae actoritatis (auctoritatis) praeceptum perdonasset. Sed dispendio incendii facto in eodem loco tempore praefati episcopi thiodonis. inter caetera quam plurima utensilia hoc idem praeceptum largitionis praedicti regis concrematum est. Inde igitur idem praesul et heinricus comes rogauerunt nostram serenitatem ut hoc idem nostra auctoritate confirmaremus. Quorum itaque petitioni quia iusta et rationabilis uisa est assensum praebere pla-

Digitized by Google

cuit. et jussimus eidem episcopo hoc nostrae auctoritatis praeceptum inde conscribi. per quod decernimus firmiterque jubemus ut sicut constat de eodem gloriosissimo rege hludouuico caeterisque antecessoribus nostris de praedicto thelonei debito praefatae ecclesiae concessum. ita deinceps nostris et perpetuis temporibus per hanc nostram auctoritatem permaneat confirmatum. ut nullus ex fidelibus nostris uel quislibet ullam inquietudinem rectoribus memoratae ecclesiae aut ministris eius facere audeat uel praesumat. Et ut hoc uerius credatur. ac per futura tempora a cunctis nostris fidelibus diligentius conseruetur. manu propria nostra subter hoc firmauimus anuloque nostro sigillari precepimus.

Signum domni Chuonradi *(Monogramma)* serenissimi Regis.

Salomon Cancellarius ad uicem Piligrimi archicapellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data III. Non. Julii anno dominicae incarnationis DCCCC. XVIII. Indictione — Anno uero regni invictissimi regis Chuonradi. VII. Actum ad Vuirciburc ciuitatem In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit; eius tamen indicium remansit in cerae macula, tam circa foramen crucis decussatae, quam in membrana superincumbente.

b) Indictio non indicatur, sed loco ejus spatium aliquod vacuum cernitur. Annus autem regni notato Chr. anno respondet.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CX.

Anno 918. 9. Septembr. apud Foracheim.

Chuonradus rex Oudalfrido Eihstetensi episcopo privilegium mercatus, monetae, atque urbis construendae confirmat, eique bannum forestalem in propria marcha inter Alimoniam et Scutaram et in locis nominibus expressis concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Chuonradus diuina fauente clementia rex. Cum petitionibus seruorum *dei* pro quibuslibet aecclesiasticis necessitatibus aures nostras pulsantium libenter annuimus. et diuinae potentiae in locis deo dicatis uberius famulandum auxilium porrigimus. id nos procul dubio et ad temporalem uitam cautius deducendam et ad futuram feliciter obtinendam commodum prouenire confidimus. Idcirco notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris. quia Ovdalfridus uenerabilis eihstetensis coenobii episcopus. nostre indicauit serenitati. qualiter hludouicus bonae memoriae rex condonasset per suae largitionis praeceptum erchenbaldo eiusdem sedis episcopo licentiam publicae negotiationis mercatum constituere. et monetam efficere. theloneumque sicuti in ceteris mercationum locis mos est exigere. Et in suo episcopatu aliquas munitiones et firmitates contra paganorum incursus moliri. Pro firmitatis namque studio postulauit memoratus Ovdalfridus episcopus ac dilectus fidelis noster excellentiam nostram. ut pro diuini cultus amore. et animae nostrae remedio. interuenientibus fidelibus nostris. Herigero archiepiscopo. et Thiotone episcopo. nec non et eberhardo et heinricho comitibus. ut nos per nostrae auctoritatis conscriptionem confirmaremus. Cuius petitioni libenter aurem accommodauimus. Et ita fieri decreuimus. Unde hoc praeceptum

conscribi jussimus. per quod eidem episcopo suisque successoribus regiae auctoritatis sceptro licentiam concedimus. in ante dicto loco juxta suam petitionem ac ceterorum fidelium nostrorum mercatum. et monetam habere. urbemque construere. et quicquid inde utilitatis uenire uel adquiri iuste ac rationabiliter potuerit. in jure et dominio coenobii ipsius ubi confessor christi Uuillibaldus. corpore requiescit perpetualiter consistat. Insuper etiam uolumus atque iubemus. ut nulla persona audeat in illa propria marcha eiusdem monasterii. inter alimoniam. et scutaram. et in locis itinesheim. Puatinueld. mechinloh. Chittinfeld. rammesperc funcina. Morinesheim. parte foresti erga Seczzin. Et affintal. sine consensu et uoluntate Ovdalfridi prescripti pontificis. successorumque eius. in siluis maioribus uel minoribus porcos saginare. feras siluaticas uenatu capere. uel arbores abscidere. aut ullam iniuriam facere. sed haec utilitas atque potestas eihstatensis aecclesiae praesuli. sibique subiectis pro dei amore aeternaliter sit concessa. Et ut hoc confirmationis nostrae praeceptum firmum stabileque permaneat. subtus manu nostra illud firmauimus et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Chuonradi *(Monogramma)* serenissimi regis.

Salomon Cancellarius ad uicem piligrimi archi archicapellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Data v. idus sept. Anno dominicae incarnationis DCCC. X. VIII. indictione VI. Anno uero regni inuictissimi regis Chuonradi VII. Actum apud foracheim. in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum optime expressum et conservatum.

b) Notae chronologicae concordant.

Digitized by Google

c) Edidit Falkenstein Cod. Dipl. Nordg. 20. n. 11. sed non sine interpolatione ac pluribus erroribus.

d) Diploma Ludovici regis an. 908. 5. Febr. Eihstetensi episcopo Erchanbaldo concessum, hocque in instrumento memoratum, parte altera inter copias sive epographa dabitur.

CXI.

Anno 923. 7. April. Quitilingaburg.

Heinricus Rex Thiodoni Episc. Wirceburg. privilegium Telonii abhinc combustum renovat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria. quia uir uenerabilis Thioto uuirciburgensis aecclesiae episcopus. ad nostram uenit praesentiam. narrans quod in tempore antecessoris sui Vuolfgarii eiusdem sedis episcopi. Hludouuicus Imperator augustus. pro suae mercedis augmento. ad basilicam sancti saluatoris ubi sanctus kilianus martir Christi preciosus corpore requiescit. thelonei debitum quod ad eundem locum uuirciburg dictum debet persolui a cunctis qui cum mercatus sui mercimonio ab uniuersis prouinciis et ciuitatibus illuc conueniunt. cum consultu et rogatu uuicboldi comitis qui tunc Ipsum thelonei debitum tenuit in beneficium. per suae auctoritatis praeceptum perdonasset. Sed dispendio Incendii facto In eodem loco tempore praefati episcopi Thiotonis. Inter caetera quam plurima utensilia hoc Idem praeceptum largitionis praedicti regis concrematum est. Inde Igitur Idem praesul uenerandus nostram petiit serenitatem. ut hoc idem nostra auctoritate confirmaremus. Eius Itaque petitioni quia iusta. rationabilisque nobis est uisa. assensum praebere placuit. et Jussimus eidem episcopo hoc nostrae auctoritatis praeceptum Inde

conscribi. per quod decernimus. firmiterque Jubemus. ut sicut constat de eodem gloriosissimo rege hludouuico. caeterisque antecessoribus nostris de praedicto thelonei debito praefatae aecclesiae concessum. Ita deinceps nostris ac perpetuis temporibus per hanc nostram auctoritatem permaneat confirmatum. ut nullus a fidelibus nostris uel quislibet ullam Inquietudinem rectoribus memoratae aecclesiae aut ministris eius facere audeat uel praesumat. Et ut hoc praeceptum uerius credatur. ac per futura tempora a cunctis nostris fidelibus diligentius obseruetur. Manu nostra subtus illud firmauimus. anuloque nostro insigniri praecepimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) serenissimi Regis.

Simon notarius ad uicem Herigeri archiepiscopi summique cappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data VII. Idus Aprilis. Anno Incarnationis Domini DCCCC. XX. III. Indictionum. I. Anno uero regni gloriosissimi regis heinrici. IIII. Actum in loco quitilingaburg dicto. In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum et bene expressum, integrum.

b) Indictio erronea I. pro currente XI. reliqua conveniunt.

c) Ineditum, indicatum autem a Frisio apud Ludewig Gesch. d. W. 433. et ab Usserman Hist. ep. Wirceb. 32.

d) Diploma a Chuonrado rege super eodem prorsus argumento concessum, vid. 918. 5. Julij.

Digitized by Google

CXII.

Anno 923. 8. April. Quitilingoburg.

Henricus rex decimam tributi Sclavorum in variis pagis orientalium Francorum et in villis speciatim expressis ad basilicam Sti. Salvatoris Wirceburgi persolvendam confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Regalem celsitudinem oportet antecessorum suorum pia facta non solum Inuiolabiliter conseruare. uerum etiam auctoritate sua alacriter confirmare. Proinde nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum Industria. quia uenerabilis episcopus aecclesiae uuirciburgensis thioto nuncupatus nostris obtulit obtutibus quaedam antecessorum nostrorum praecepta. Pippini uidelicet. Karolomanni. hludouuici. atque arnolfi. necnon chuonradi regum atque Imperatorum. In quibus continebatur qualiter ipsi pro suae mercedis augmento ad basilicam sancti saluatoris ubi sanctus Kilianus martir Christi praeciosus corpore requiescit. decimam tributi quae de partibus orientalium francorum uel de sclauis ad fiscum dominicum annuatim persoluere solebant. quae secundum illorum linguam stiora uel ostarstuopha uocatur. ut de illo tributo siue reditu (redditu) annis singulis pars decima ad praedictum locum persolueretur. siue In melle. siue In paltenis. seu In alia qualibet redibitione. quae ut diximus de pagis orientalium francorum persoluebatur. Id est de pago uualdsazzi et de pagis tubargouue. uuingartuueiba. Jagasgouue. mulahgouue. nechargouue. chohhangouue. rangouue. Iphigouue. hasagouue. grapfeld. tulliueld. salageuui. gozfeld. badanacgeuui. dictis. et decimam de fiscis dominicis. Id est de ingilunheim. riotfeld In rangeuue. ruodeshof In uolcfeldon. In crucinacha. et neristein. ommuntestat. albsteti. chuningeshoua. sunderunhoua. Gollehoua. berenheim. Ikilenheim. vuie-

Digitized by Google

Iantesheim. rumueld. gouunheim. In gozfeldon. et brozzoltesheim. halazzestadt. In ratinzgouue. chuningeshoue. Item chuningeshoue. et salz. hamulunburg. Iphahoue. tetilebah. bleihfeld. heilacbrunnen. et loufen. In his fiscis et uillis dominicis. seu in praedictis pagis. tam de illa decima census. quam de omni collaboratu. quod Ipsis fuerit laboratum. ad praedictum locum sua auctoritate concessisent. Suggessit etiam memoratus et uenerabilis praesul thioto unacum bobbone comite. ut haec eadem ad Jam dictam aecclesiam. nostra auctoritate confirmaremus. Eorum petitionibus quia Justae et rationabiles uisae sunt nobis. assensum libenter praebuimus. et Jussimus ei hoc nostrae auctoritatis praeceptum Inde conscribi. per quod decernimus. firmiterque Jubemus. ut sicut constat ab eisdem gloriosissimis regibus uel Imperatoribus praefatis. Pippino scilicet. Karlomanno. hludouuico. arnolfo. atque chuonrado. de praedictis pagis. et uillis praefatae aecclesiae concessum. Ita deinceps nostris et perpetuis temporibus per hanc nostram auctoritatem permaneat confirmatum. et nullus ex fidelibus nostris seu quislibet ullam calumniam. aut Inquietudinem rectoribus memoratae aecclesiae aut eius ministris facere praesumat uel audeat. Et ut hoc praeceptum uerius credatur. et per futura tempora a cunctis fidelibus nostris diligentius conseruetur. manu nostra propria subter illud conuirmauimus et sigilli nostri Impressione Insigniri praecepimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* Serenissimi regis.

Simon cancellarius ad uicem Herigeri archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data VI. Idus Aprilis anno Incarnationis domini DCCCC. XX. III. Ind. I. Regnante heinrico glorioso rege anno IIII. Actum in loco quitilingoburg nuncupato In dei nomine feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum ex annulo impressum fractum, partibus tamen fractis segmento membranaceo connexis; imago cum inscriptione adhuc agnoscitur.

b) Indictio erronea loco currentis XI.; caetera concordant.

c) Ineditum. cnfr. confirmatio Arnolfi regis 889. 1. Dec.

CXIII.

Anno 923. 8. Julii. Quitingaburg.

Heinricus rex Thiodoni Episcopo immunitates ecclesiae Wirceburgensis confirmat.

a) Sigillum ex annulo impressum et optime expressum, illaesum.

b) Indictio erronea loco currentis XI.; reliqua concordant.

c) Ineditum, quod tamen de verbo ad verbum convenit cum priori confirmatione 918. 4. Jul.

CXIV.

Anno 926. 11. Augusti. Rorae.

Heinricus rex servum Coenobii Campidonensis, Baldmunt presbyterum, manumittit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri. quia nos rogatu arnolfi fidelis et dilecti ducis nostri quendam presbiterum cui nomen baldmunt proprii Juris nostri seruum de familia campidonensis coenobii genitum. ob aeternae mercedis augmentum. per excussionem denarii a manu eius. In praesentia fidelium nostrorum Juxta legem sa-

Digitized by Google

licam liberum dimisimus. et ab omni Jugo coactae seruitutis absoluimus. Eius namque absolutionem. hoc nostrae auctoritatis scripto firmauimus. quam omni tempore firmam et incouulsam uolumus esse mansuram. Unde regiae auctoritatis sceptro iubemus. quatenus memoratus baldmunt presbiter uenerandus. tali lege ac libertate deinceps potiatur. qualem caeteri manu missi huc usque habuerunt. qui huiusmodi libertatem. a regibus uel imperatoribus francorum perceperunt. Et ut haec auctoritas nostra firma. stabilisque permaneat. anulo nostro subtus eam Insigniri Jussimus

Simon notarius ad uicem herigeri archicappellani recognoui. et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. III. Id. aug. Anno Incarnationis domini. DCCCC. XX. VI. Indictione XIIII. Regnante heinrico rege glorioso anno VIII. Actum rorae. In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum ex inferiori parte laesum; restat autem totius adhuc annuli imago.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

d) Deest quidem monogramma regis, sed nec illius mentio fit in instrumento.

CXV.

Anno 927. 18. Octob. Salcae.

Heinricus rex cuidam ducis Arnulfi vasallo, Kerung, quendam servum, Noppo, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Heinricus diuina fauente clementa rex. Nouerint igitur omnes fideles

Digitized by Google

nostri presentes scilicet et futuri. quia nos interuentu fidelis dilectique comitis ac propinqui nostri henrici cuidam venerandi ducis nostri arnolfi vassallo kerung nuncupato quendam proprii iuris nostri seruum. Noppo nuncupatum in perpetuam proprietatem donauimus. iussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi per quod uolumus firmiterque iubemus. quatenus praefatus kerung ab hodierna die ac deinceps de praedicto seruo Noppone. liberrimam teneat potestatem. habendi donandi. uendendi. commutandi. uel quicquid sibi libuerit faciendi. Et ut hoc nostrae largitionis *praeceptum* firmum stabileque permaneat. Manu nostra subtus *illud* firmauimus. Et sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) serenissimi regis.

Simon notarius ad uicem herigeri archicappellani recognoui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. XV. kal. Nou. Anno incarnat. domini DCCCC. XXVII. indict. I. Anno autem regni henrici regis VIII. Actum salcae in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum integrum.

b) Annus regni alias numerabatur VIII. Indictio tamen dicta caesarea concordat an. Chr. 927.

c) Ineditum; desumtum ex arch. monast. Ebersp.

Digitized by Google

CXVI.

Anno 930. 30. Junii. Nabepurg.

Heinricus rex donationem monasterio Campidonensi sub Abbate Irminhardo a Cumprechto et Salachone, de rebus in villa Buosenhova, in pago Keltenstein, in comitatu Ruodperti comitis, et in villa Husa, in pago Ougiskeuue, in comitatu eiusdem comitis, sub certis conditionibus factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria. Qualiter quidam uenerabilis abba agilolfus nomine celsitudinem nostram deprecatus est. ut quasdam traditiones quas duo nobiles homines cumpreht et salacho nuncupati. ad monasterium quod dicitur campidona cui uenerabilis abba irminhardus nomine praeesse videtur tradiderunt. auctoritatis nostrae scripto firmare dignaremur. tradidit igitur praefatus Cumpreht quicquid proprietatis habere uisus est in uilla buosenhoua nuncupata. in pago Keltinstein in comitatu ruodperti comitis. salacho autem quandam adquisitionem quam ab albsinda nobili femina et aduocato suo Agilone peccunia comparauit. et duos seruos reginbold et sigifrid nuncupatos condonauit. in uilla husa in pago ougiskeuue in comitatu eiusdem comitis. quas ambas traditiones memoratus abba irminhardus cum manu aduocati sui totonis nomine in ius et proprietatem praefati monasterii suscepit. Ea ratione ut praedictus abba agilolfus traditionem cumperti et quod in eadem uilla antea ad monasterium pertinebat. necnon et salachonis traditionem et quendam eiusdem abbatiae locum prunna uocatum omnibus diebus uitae suae possideret. Absque contradictione ullius personae. post ejus autem obitum ambae donationes ad alimoniam fratrum

Digitized by Google

et decimationes salicae terrae in buosenhoua ad hospitale in sustentationem pauperum pertinerent. Et si eis abstraherentur ad condonatores uel successores eorum remearent. Cuius petitioni rogatu comitum nostrorum Arnolfi et heberhardi consentientes. per nostrae auctoritatis praeceptum firmiter iubemus. ut ambae traditiones firmae et inconuulsae sicuti factae sunt permaneant. Et ut haec nostrae dominationis confirmatio pleniorem obtineat stabilitatem propria manu nostra firmauimus. Et anulo nostro subter iussimus sigillari.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) Serenissimi regis.

Simon notarius ad uicem hiltiperti archipellani recognouit et ss. (S. R.)

L. S.

Data II. kalendas iulii. Anno incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCCXXX. Indictione. III. regnante gloriosissimo rego heinrico X. regni eius. Actum nabepurg In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum illaesum, imago autem annuli cum inscriptione vel inde ab initio male expressa vel dein casu pessumdata.

b) Annus regiminis uno anno decurtatus, pro currente XI^mo; reliqua conveniunt; nisi quod obstare videatur aliud diploma eodem anno ac die, sed Alithi data, quae habetur ap. Miraeum opp. II. 938.

c) Edidit Neugart Cod. alem. dipl. II. 13 ex originali. qui notat, Agilolfum verisimiliter fuisse abbatem faucensem.

d) Membrana aliquibus locis exesa est, faciliter tamen supplendis.

Digitized by Google

CXVII.

Anno 931. 14. April. Quitilingiburc.

Heinricus rex, praedium Meies, Chorces et Cheines, in pago Venusta, in comitatu Berhtoldi, ecclesiae frigisingensi (frisingensi) hactenus ablatum, restituit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. diuinae igitur auctoritatis innumerabilibus prouocamur exemplis iuutile terrenum spernere negocium et perpetuae felicitatis adamare substantias. quas e rugo et tinea demoliri nequeunt nec fures effodere et furari. Idcirco nouerint omnes fideles nostri tam presto manentes quam etiam futuro tempore succedentes. qualiter nos rogatu fidelis nostri. scilicet uuolframmi frigisingensis aecclesiae episcopi. praedium a sancto corbiniano quondam emptum. et a monasterio in ipsius honore constructo hactenus iniuste ablatum. in ius proprietatemque praefati monasterii per hoc nostrae auctoritatis praeceptum remittimus perpetualiter possidendum. hoc est meies. et chorces. et cheines et quicquid ad haec iure legitimeque pertinere uidetur. tam terris. quam domibus. mancipiis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aguarumque decursibus. mobilibus. et immobilibus uel quicquid dici aut nominari potest. quae sita esse dinoscuntur in pago uenusta in Comitatu berhtoldi. Et ut hoc firmius credatur diligentiusque incontaminatum obseruetur. hanc nostri corruborationem praecepti inde conscribi iussimus. manusque nostrae confirmatione indita. anuli nostri impressione sigillari praecepimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* serenissimi regis.

poppo cancellarius ad uicem hiltiberti archicappellani recognoui et ss. (S. R.)

L. S.

Digitized by Google

Anno incarnationis dominicae. DCCCCXXXI. indictione IIII. XVIII. Kal. Mai. Anno imperii heinrici regis. XIII. Actum in quitilingiburc feliciter amen.

a) Sigillum ex annulo impressum penitus fractum et avulsum est; pars modica illius interior, quae restat, instrumento est convoluta, quae pectus tantum cum manu dextra regis exprimit.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Meichelbeck. H. T. I. 163. ex autographo cum designatione sigilli, quod editor a. 1724. vidit illaesum: in Hund. metr. I. edit. Monac. 132. edit. Ratisb. 90. Lunig Spicileg. eccles. II. 215.

CXVIII.

Anno 939. 11. Septembr. Werlaha.

Otto I. rex monasterio Campidona privilegium super electione abbatis confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. Oportet Igitur nos qui diuino sumus munere caeteris mortalibus praelati eius In omnibus parere praeceptis. et loca sibi dicata per petitiones fidelium nostrorum nostro reuelare Iuuamine atque regali tueri munimine. quoniam id nobis et ad temporalem uitam prospere transigendam et aeternam feliciter obtinendam profuturorum liquido credimus. Qua propter comperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum sollertia. qualiter dilectus ac fidelis dux noster herimannus adiit celsitudinem nostram. Innotescens nobis quod antecessores nostri Hludouuicus uidelicet Imperator filius karoli magni Imperatoris. nec non et hludouuicus rex. sed et karolus Imperator. arnolfus etiam rex. Et beatae memoriae genitor noster Heinricus rex. fratribus in monasterio

Digitized by Google

quod dicitur campidona deo famulantibus licentiam tribuissent ex illis ipsis eligendi abbatem quamdiu ibi talem inuenire potuissent qui ipsam sanctam congregationem secundum regulam sancti benedicti digne regere ualeat. Itaque nos morem prescriptorum antecessorum nostrorum sequentes. concessimus in predicto loco sancto ob amorem domini nostri Jesu Christi nostraeque mercedis augmentum ac pro conjugis carissimaeque prolis nostrae salute. habere potestatem illis eligendi abbatem. si dignum domino auxiliante inter illos inuenire potuerint. Et illam atque omnem concessionem quamcumque antecessores nostri eidem monasterio contulerunt. In immunitate. donatione. seu cuius cumque securitatis additamento. sicut melius et plenius illorum temporibus habuerunt. ut ita et deinceps habeant per hoc auctoritatis nostrae preceptum plenius in dei nomine confirmatum. Hanc itaque nostram auctoritatem ut inconcussam et inuiolabilem optineat firmitatem. manu propria nostra subter confirmauimus. Et anuli nostri Impressione sigillari Jussimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Invictissimi regis.

Poppo cancellarius ad uicem fridurici archicapellani subnotaui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. III. Idus Septembris Anno Incarnationis domini. DCCCC. XXX. VIIII. Indictione XII. Anno autem regni ottonis piissimi regis. IIII. Actum In ciuitate quae uocatur uuerlaha In dei nomine Amen.

a) Sigillum impressum periit; remansit autem eius indicium, nimirum cerae macula circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Edidit Neugart Cod. alem. dipl. II. 16. ex autographo.

CXIX.

Anno 940. 29. Maii. Salz.

Otto I. rex monasterio S. Petri et S. Emmerammi Ratisbonae locum Helpfindorf cum foresto, et Niuhinga, in pago Sundergeuue, in comitatu Abrammi comitis, cum pertinentiis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia rex. Nouerint omnes nostri fideles tam praesentes quam etiam et futuri. Qualiter nos ob amorem Dei genitricisque illius nec non et omniumf sanctorum. et pro remedio. animae patris nostri et ob aeternae remunerationis augmentum. nec non et per interuentum fidelium nostrorum. Herolti salzburgensis aecclesiae uenerabilis archiepiscopi. Sed et berehtolti dilecti fidelisque nostri ducis. ad monasterium quod In radesbona in honore sancti petri principis, apostolorum et sancti hemmerammi martyris constructum esse uidetur. Et cui Isangrim uenerabilis ac fidelis noster episcopus tunc preesse videbatur. Locum qui uocatur Helpfindorf. Cum foresto et forestariis atque uenatione nec non et nostro regio banno. Insuper etiam et niuhinga. in pago sundergeuue in comitatu abrammi comitis. cum omnibus ad eadem loca et forestum Jure legitimeque pertinentibus. mancipiis utriusque sexus. et aureariis cidelariis. parscalchis. mansis. terris cultis et incultis. aedificiis. agris pratis pascuis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis in proprietatem donauimus. Quia quicquid ad loca sancta impendiorum et ad clerum sustentandum uel peregrinos suscipiendos concedere curauimus. deum nobis per hoc propitiatorem promereri confidimus Haec etiam praetitulata loca ea uidelicet potestate et securitate qua hucusque ad nostrum seruitium per omnia deseruire uidebantur ad praenotatum sanctum monasterium omni du-

Digitized by Google

bietate et discretione remota firmiter transfundimus. Et ut haec largitatis nostrae constitutio firmiorem apud posteros nostrae profectionis tenorem obtinere valeat manu nostra subtus firmari curauimus et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) inuictissimi regis.

Poppo cancellarius ad uicem Fridurici archicapellani Subnotaui et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. IIII. kal. Junii. Anno dominicae Incarnationis. DCCCC. XL. Indictione XII. Anno autem regni ottonis piissimi regis. IIII. Actum In ciuitate Salze dicta. In dei nomine Amen.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Indictio erronea, loco currentis XIII; reliqua concordant.

c) Editum ap. Hund. metr. II. edit. Monac. p. 371 edit. Ratisb. p. 258. Pez. thes. I. III. 51. Lünig. spicileg. eccles. III. 648. Libr. Prob. S. Emm. 106. n. 42. Ried cod. dipl. ratisb. I. 96. n. 102.

CXX.

Anno 940. 29. Maii. Salcae.

Otto I. rex traditiones abbatiolae Mosepurg et curtis regiae Veringa, Frisingensi episcopo a regibus Arnolfo et filio eius Hludowico factas, confirmat ac renovat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto Dei gratia rex. Notum esse uolumus omnibus sanctae dei ec-

Digitized by Google

clesiae fidelibus nostrisque qualiter uenerabilis frigisiensis ecclesiae praesul Lantpertus nomine nostram adiit celsitudinem deprecans ut traditionem cuiusdam abbatiolae Mosepurg dictae ab antecessore nostro felicis memoriae Arnolfo rege cum omnibus iure legitimeque ad eam pertinentibus ad praefatam ecclesiam condonatae. nec non et cuiusdam curtis regiae veringa a filio eius hludovvico simili modo illuc delegatae. iterum auctoritatis nostrae scripto roborare dignaremur. cuius petitioni per interuentum dilecti ducis nostri perehtoldi aliorumque fidelium nostrorum bavvariensis regionis principum episcoporum et comitum. libenter assensum praebentes. has easdem traditiones necnon et mancipia his nominibus Otperht. Kerlind. Ilisa. adelmot. cum filiis eorum pridem a regibus illuc tradita sed per quandam machinationem nouiter ad cameram regiam exquisita praefatae ecclesiae praesuli potestatique subicimus. et per nostrae largitionis scriptum iterum renouamus. Jussimus quoque hoc praeceptum inde conscribi per quod uolumus firmiterque iubemus quatenus praedicta abbatiola et curtis regia veringa nominata ad frigisiense episcopium iure pertineant perpetuo et a ministerialibus eiusdem episcopi teneantur et possideantur. Ut autem haec concessio nostra firmam sempiterno tempore. stabilitatem obtineat. manu nostra roborauimus. Anuloque nostro insigniri praecepimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Serenissimi regis.

Poppo Cancellarius ad uicem friderici archicappellani recognoui. et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data. IIII. kal. Jun. Anno ab incarn. domini DCCCC. XL. Indict. XIII. feria VI. Anno autem Ottonis piisimi regis. IIII. Actum salce in Dei nomine feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum in ora sinistra nonnihil laesum, imago tamen regis cum inscriptione bene expressa adhuc restat.

b) Notae chronologicae concordant, nec feria excepta.

c) Edidit Meichelbeck H. fr. I. 171. ex originali, cum delineatione ipsius sigilli, quod quidem maioris moduli est, quam illa hucusque ab imperatoribus ac regibus adhibita, et nihilominus more consueto quandoque ex annulo impressum dicitur. Editum autem antea in Hund. metr. II. edit. Monac. 506. edit. Ratisb. 349.

CXXI.

Anno 940. 8. Junii. Mogontiae.

Otto I. rex monasterio Salzpurch (ecclesiae archiepiscopali Salisburgensi) curtem suam Salzpurchhof, in pago Salzpurchgowe, in comitatu Reginberti, cum pertinentiis multis, etiam cum censu in Salina et extra Salinam circa fluvios Sala et Salzaha, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. Notum esse uolumus omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus nostrisque. praesentibus uidelicet et futuris. qualiter nos pro adipiscenda aeternae uitae mercede. et pro amore dei et sanctorum eius. uidelicet sancti petri principis apostolorum. et sancti rodberti confessoris christi atque pontificis et omnium sanctorum dei. nec non et per interuentum cari fratris nostri Heinrici. quasdas res proprietatis nostrae. ad monasterium quod dicitur salzpurch in potestatem praedictorum sanctorum et in pastoralem dominationem herolti ibidem constituti archiepiscopi. In pago salzpurchgouue dicto. In comitatu reginberti hoc est curtem nostram salzpurchhof uocatam. potestatiue in proprietatem concessimus. atque transfundimus. totum cum integro. cum curtilibus. omnibusque aedificiis. campis agris pratis pascuis siluis lacis. aquis aquarumque decursibus uenationibus molinis atque piscationibus uiis et inuiis exitibus et

Digitized by Google

reditibus quaesitis et inquirendis. terris cultis et incultis. mobilibus et immobilibus. mancipiis quoque omnibus utriusque sexus. parscalchis. cum omnibus censibus in salina. et extra salinam. circa fluuios. sala. et salzaha uocatos. In auro. et sale. et pecoribus. cum teloneis duobus qui uulgo mutta uocantur. et cum omnibus appendiciis et adiacentiis rebus suis. et cum ministerialibus hominibus subnotatis. id est Kerolt. cum uxore sua et filiis. et cum omni natione et sibi in ministerium commissis. hominibus mulieribus et infantulis et ut supra scriptum est cum omnibus rebus ad praedictam curtem jure legitimeque pertinentibus. tali jure ad iam dictum locum salzpurch in potestatem tradidimus. Ut ulterius nullius personae homo ausus (sit) hanc donationem confringere. et si hoc quis facere cogitat. dei iudicium incur (rat inde qui) dem iussimus hoc praesens auctoritatis nostrae praeceptum conscribi. ut ipsae res perpetuis temporibus libere atque securiter deinceps absque ullius personae obstaculo firmissimo vestitu ad eandem sedem possideantur. (et ut haec auctoritatis nostrae) confirmatio (per fu)tura tempora uerius credatur ac diligentius obseruetur. manu nostra eam roborauimus. et anulo nostro sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* inuictissimi regis.

Poppo Cancellarius ad uicem Fridurici archicappellani subnotaui. et ss. (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data VI. Id. Junii. Anno incarnationis domini DCCCCXL. Indictione XIII. Anno autem regni Ottonis piissimi regis IIII. Actum mogonciae (in dei nomine feliciter amen.)

a) Sigillum impressum periit, cum ipso loco post signum recognitionis, qui totus est exesus. Exesa etiam sunt aliqua loca circa

finem instrumenti, ex contexta tamen et aliis huius temporis diplomatibus faciliter supplenda.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum habetur in (Kleinmayern) Juvavia. ex Orig. Anhang. 176. no. 62.

d) Verbum natione, quod sensum interrumpere videtur, alia manu alioque atramento scriptum est.

CXXII.

Anno 940. 13. Julii. Sippenvelde.

Otto I. rex Marchwardo, nobili Vasallo ducis Perehtoldi ac comiti, X. hobas dominicales in pago Ufgowe, in comitatu eiusdem Marchwardi, iuxta rivum fuehtebah donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto dei gratia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum industria. Praesentium scilicet et absentium. Qualiter nos per intercessionem fidelis dilectique ducis nostri perehtoldi. simul et kerungi ac hiltiboldi comitum. cuidam nobili uassallo suo ac comiti marchwardo dicto. x. hobas dominicales quas pridem aurarii insederant. in pago ufgovve in comitatu eiusdem marchwardi. Juxta riuum fuehtebah nominatum sitas. in proprietatem donauimus. Cum curtilibus. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. omnibusque iuste legitimeque ad ipsas pertinentibus iussimus autem hoc praeceptum Inde conscribi. per quod uolumus firmiterque Jubemus. quatenus memoratus marchwart ab hodierna die in futurum tempus de eadem proprietate liberrimam habeat potestatem tenendi. possidendi. donandi. commutandi. uendendi. uel quicquid sibi libuerit exinde faciendi. Et ut haec nostrae largitatis

Digitized by Google

traditio per diuturna tempora firmum stabilemque obtineat uigorem manu propria nostra eam firmauimus. Anulique nostri inpressione caute insigniri praecepimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* serenissimi regis.

Adalman notarius ad uicem popponis archicancellarij recognoui. et ss. (S. R. cum notis tir.)

L. S.

Data III. idus iulij. Anno ab incarnatione domini. DCCCCXL. Indictione XIII. feria. II. Anno autem Ottonis. piissimi regis. IIII. Actum sippenvelde In dei nomine feliciter Amen.

a) Sigillum impressum, bene expressum et optime conservatum.

b) Notae chronologicae omnes concordant.

c) Ineditum.

d) Desumtum ex Archivo Bambergensi.

CXXIII.

Anno 941. 13. Decembr. Salze.

Otto I. rex clero in loco Wirzburg concedit liberam electionem Episcopi, ceditque ad Wirceburgensem ecclesiam proprietatem suam in Northeimona marcha in pago Graffeld, in comitatu Popponis, pro praedio Popponis Comitis in Altendorf.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Si petitionibus fidelium nostrorum

Digitized by Google

clementer annuerimus. non solum regium morem decenter implemus. uerum etiam eosdem ad seruitium nostrum promptiores efficimus. Quocirca nouerit omnium fidelium nostrorum. tam praesentium quam et futurorum industria. quod nos flagitationibus dilecti ac uenerabilis episcopi nostri popponis obtemperantes. clero. in loco qui vuirciburg nominatur. eiusdem uidelicet episcopi sede. deo obsequenti. licentiam damus. eligendi inter se quemcumque uoluerint ad pastoralis officii regimen. cum necessitatis causa hoc expetierit fieri. et hoc nostrae auctoritatis precepto sancimus. ut nullus successorum nostrorum alium eis nisi quem ipsi elegerint. antistitem constituat. Preterea antedictae sedi vuirciburgensi. In omnibus per omne illud episcopium. tales conferimus concessiones. quales a predecessoribus nostris. eidem pro dei amore sunt sedi collatae. Notum sit etiam omnibus. quia ad predictam vuirciburgensem sedem. damus quicquid in nordheimono marco proprietatis habuimus. In pago craffelda In comitatu popponis et nobis econtra dari debet talis proprietas qualem poppo comes noster ad altendoref pro eadem commutatione prius suscepit quando nordheim in beneficium habuit. Jussimus quoque eandem traditionem. hoc regali precepto certificari. manu nostra signato et anuli nostri impressione corroborato.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Inuictissimi Regis.

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicappellani recognoui. (S. R. cum not. tir.)

L. S.

Data Idus Decembris anno Incarnationis domini DCCCCXLI. Indictione XIIII. regnante Ottone serenissimo rege anno VI. Actum In Salze In dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum et optime expressum, integrum, quamvis in ora sinistra aliquo modo laesum.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum apud Lünig spicileg. eccles. continuat. II. 1016.

CXXIV.

Anno 943. potius quam 942. 18. Januar. Fritislar.

Otto I. rex monasterio Campidonensi omnem proprietatem in Tuoningowe et Tuzinhusa, in Alimannia, sibi in publico mallo adiudicatam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum. tam presentium quam et futurorum industria. qualiter nos per interuentum dilectissimi fratris nostri brunonis. et herimanni ducis. quicquid in duobubus (duobus) locis. tuoningouue. et tuzinhusa nominatis. in alimannia sitis. in publico mallo. Cum iuramento eorundem populorum hereditario iure. nobis in proprietatem dictum est. pro remedio anime nostrae. et predicti germani fratris nostri brunonis. ad monasterium quod dicitur campidona in proprium donamus. cum omnibus illuc legaliter pertinentibus. aeclesiis. aedificiis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quesitis. et inquirendis. jussimus quoque hoc preceptum inde conscribi. per quod uolumus. firmiterque iubemus haec nostrae largitatis traditio. a rectoribus eiusdem monasterii per succedentia tempora. perpetualiter teneatur possideatur. et gubernetur. nulla contradicente persona. et ut haec nostrae traditionis auctoritas. firma stabilisque permaneat manu nostra subtus eam firmauimus. et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) serenissimi Regis.

Digitized by Google

Brun cancellarius ad uicem fridurici archicappellani recognoui (S. R. cum notis tir.)

L. S.

Data XV. kalendas februarii. Anno Incarnacionis domini DCCCCXL. II. Indictione II. Anno domni ottonis serenissimi regis VII. Actum In fritislar. in dei nomine amen. —

a) Sigillum impressum periit, ac videtur avulsum; remansit tamen eius indicium, cerae macula circa foramen crucis decussatae, et in membrana superincumbente.

b) In locis subter notatis anni incarn. ac indictionis conspiciuntur rasurae ac correctura. Annus autem regni indicat annum inc. 943 et indict. I^mam; cnfr. Diploma aliud eiusdem diei et anni, imo etiam loci ap. Hontheim Hist. Trev. I. 278. post zilles. et Lünig Spicil. I. Th. Fortſ. 258.

c) Edidit Neugart Cod. Alemann. Diplom. II. 17. qui loca donata interpretatur: Thueningen et Durchhausen haud procul oppido Duttlingen. Ast copia domestica anno 1761 facta notat intelligi: „Thingau et absque dubio Deissenhausen.“

CXXV.

Anno 946. 21. Julii. Sibbinvelde.

Otto I. rex donationem cuiusdam proprietatis in pago Chiemihgouve, in comitatu Sigihardi, olim ab Arnolfo rege factam, nepoti eiusdem Sigihardi, comiti Eberhart confirmat, cui auctoritate ducis Perehtoldi fuit praesentata.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostro-

Digitized by Google

rum. Tam presentium quam et futurorum industria qualiter nos per interuentum dilecti fratris nostri brunonis. Cuidam dilecto comiti nostro eberhart nominato talem proprietatem qualem antecessor noster beatae memoriae arnolfus rex. auo illius sigihardo Comiti in pago Chiemihgovue in comitatu sigihardi in proprietatem donauit. Et quae postea cum totius populi iudicio a dilecti ducis nostri perehtoldi legatis de nostrae regiae potestatis proprietate fuit excepta atque legaliter dimensa et cunctis uidentibus praescribto eberhardo presentata firmiter concessimus. cum parscalchis aliisque mancipiis eorumque filiis ea die in predicta proprietate manentibus quando a praedicti ducis auctoritate illius potestati dinoscitur esse praesentata. Cum agris pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus exitibus et reditibus quesitis et inquirendis. et omnibus illuc jure pertinentibus. Et ut hoc nostrae concessionis preceptum firmiter permaneat manu nostra subtus firmauimus. anuloque nostro insigniri iussimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogamma*) serenissimi regis.

Brun Cancellarius ad uicem heroldi archicappellani recognoui (S. R. cum notis tiron.)

L. S.

Data XII. Kal. aug. Anno incarnat. domini DCCCC. XLVI. indict. II. Anno domni ottonis. X. Actum in sibbinuelde in dei nomine amen.

a) Sigillum impressum integrum.

b) Annus regni illa die adhuc concordat cum anno incarn. indicato 946, nullo tamen modo indictio; nam currebat IVta.

c) Ineditum, ex archivo monasterii Ebersberg desumtum. cnf. an. 898. 15. Maii.

Digitized by Google

CXXVI.

Anno 950. 16. Julii. Behim in suburbio Niuunburg.

Otto I. rex ecclesiae S. Petri et S. Emmerammi Ratisbonae curtes regales, in villa Niuchinga, in pago Hesinga, in comitatu Eberhardi comitis; in villa Helphendorph, in frieromarca, in comitatu Biligrimi comitis, cum pertinentiis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum presentium nec (non) et futurorum sollertia. quod nos interuentionibus heinrici nostri dilecti germani obtemperantes. quasdam res iuris nostri pro remedio animae nostrae. ad ecclesiam beati petri principis apostolorum. sancti quoque emmerammi martiris christi ubi venerabilis episcopus sanctae radasponensis ecclesiae michael nomine preesse dinoscitur. in proprium concessimus. id est in uilla Niuchinga. in pago hesinga in comitatu eberhardi comitis. curtem regalem. I. cum omnibus appendiciis et adiacentiis suis. iuste legitime que illuc pertinentibus iure perenni in proprium. curtilibus mancipiis utriusque sexus. edificiis. agris pratis pascuis. siluis. aquis. piscationibus mansionariis. barscalkis. aureariis. bruniariis. cidelariis. molendinis. viis. et inuiis. exitibus ac reditibus quesitis. et inquirendis. mobilibus et inmobilibus Insuper etiam dedimus ad supradictam ecclesiam sanctorum petri apostoli. emmeramique martiris curtem regiam I. in villa helphendorph. sitam. in frieromarca in comitatu biligrimi comitis. et sigehardi. in sneidesco. et Kadalhoi. ysinachgouue. cum omnibus iuste illuc pertinentibus. rebus. curtilibus. mancipiis. utriusque sexus. edificiis. agris. pratis. pascuis. siluis. forestis forestariisque cum nostrae (nostro) regio banno. ceterisque omnibus commoditatibus. cidelariis. mansionariis. barscalkis. molendinis pis-

Digitized by Google

cationibus uenationibus uiis. et inuiis. exitibus ac reditibus quesitis. et inquirendis. mobilibus et inmobilibus. iussimus quoque inde hoc presens preceptum conscribi manu propria nostra firmatum anulique nostri inpressione insignitum.

L. S.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Invictissimi regis.

Brun Cancellarius ad uicem herolti Archicappellani recognouit.
(S. R.)

Data XVII. Kal. Aug. anno domini DCCCCL. indict. VII. Regnante serenissimo rege Ottone anno XV. Actum hebeim suburbio Niuunburg in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum omnino, praeter ordinem tamen post contextum instrumenti et ante signum recognitionis.

b) Indictio erronea notata cernitur, quia currebat VIII^va anno inc. 950, quem etiam annus regni indicatus denotat.

c) Saepius editum. In Hund. metr. I. edit. Monac. 227. edit. Ratisb. 152. Meibom. Scr. rer. germ. I. 743. Lünig spicileg. eccles. III. 649. Libr. Probat. S. Emmer. 108. (ex Hundio.) Ried cod. ratisb. ex orig. I. 97. num. 103.

CXXVII.

Anno 959. 8. Junii. Rore.

Otto I. rex canonicis Juvavensibus donationem Warmunti comitis, de loco Grabanastat, in pago Chiemichouve, in comitatibus Otacharii, Sigihardi ac Willihalmi comitum, illis factam, cum foresto ad flumen Truna, confirmat; adiecta conditione in favorem domnae Juditae et filii eius Heinrici ducis.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto dei gratia rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus presentibus scilicet et absen-

Digitized by Google

tibus qualiter nos ob amorem dei omnipotentis ac remedium animae nostrae. per interuentum friderici iuuauenssis ecclesiae archiepiscopi. Canonicis iuuauensibus in praedicta urbe iuuaua deo sanctoque dei confessore. (confessori) ruodberto cottidiae seruientibus quasdam res quas iam antea quidam comes. N. hartuuic. de manu vuarmunti comitis acceptas. illis supra annonam sibi deputatam pro requiae animae tradiderat. in loco. grabanastat uocitato. in pago Chiemichouve. In comitatibus Otacharii. sigihardi. ac vuillihalmi Comitum. Cum omnibus rebus eidem loco recte adiacentibus. id est terris cultis et incultis curtilibus et edificiis. mancipiis utriusque sexus. parscalchis. et aliis seruis. cidalariis. uectigalibus et in salina. curtilia cum patellis patellarumque locis. cum foresto ad flumen truna. et siluis. pratis. pascuis. saginatiobus. (saginationibus) uenationibus. aquis aquarumque decursibus piscationibus prout ante regali potestate in panno erant. molendinibus. molendinumque locis. uiis. et inuiis. quesitis et inquirendis. interius uel exterius. omnibusque utensilibus ad eundem locum grabanastat iure pertinentibus nostro regio more praedictis canonicis cum omni integritate concessimus. Ea tamen ratione ut si episcopus eiusdem monasterii haec suprascripta de annona canonicorum uiolenter eripiat cunta (cuncta) redeant in potestatem domnae Juditae. et filii eius heinrici ducis. Jussimus quoque hoc presens preceptum inde conscribi. Et ut haec nostrae donationis auctoritas firmior stabiliorque sequentibus temporibus consistat. Anuli nostri impressione intus sigillari fecimus. manuque propria firmauimus.

Signum domini Ottonis serenissimi *(Monogramma)* regis.

Liutolfus cancellarius ad uicem brunonis archicapellani recognoui.

Data VI. idus iunii. Anno dominicae incarnationis. DCCCC. L. VIIII. Indictione II. Anno uero regni piissimi regis. Ottonis. XX. IIII. Actum rore in dei nomine feliter amen.

L. S.

(S. R.)

Digitized by Google

a) Sigillum impressum fractum, residua tamen dimidia sinistra sui parte bene expressa et ante signum recognitionis conspicua.

b) Notae chronologicae concordant,

c) Edidit (Kleinmayern) in Juvavia. Anhang 181.

CXXVIII.

Anno 959. 9. Junii. Rore.

Otto I. rex monachis Scti Emmerammi Ratisbonae donationem comitis Warmunti, de loco Riut iuxta Enum fluvium, in pago Sundargowe, in comitatibus Ratolfi, Chadalhohi, Otacarii ac Sigihardi comitis, illis factam, cum pertinentiis confirmat, adiecta conditione in favorem domnae Juditae et filii eius Heinrici ducis, addita quoque exemptione a iudiciaria potestate comitum seu iudicum super servos seu parscalchos.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto dei gratia Rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris qualiter nos ob amorem dei omnipotentis. ac remedium nostrae animae. et per interuentum Michahelis ratesponensis ecclesiae episcopi. monachis in praedicta urbe. deo sanctoque dei martyri Emmerammo deuote seruientibus. Quasdam res quas iam antea quidam comes nomine Uuarmunt illis supra annonam sibi deputatam pro requie suae animae tradiderat in loco Riut. iuxta enum fluuium. in pago sundargouue. in comitatibus Ratolfi. Chadalhohi. Otacarij. ac Sigihardi comitum. cum omnibus rebus eidem loco aspicientibus uel attinentibus id est terris cultis et incultis. curtilibus et edificiis. pratis. pascuis. siluis. saginationibus. uenationibus. piscationibus. portibus aquis.

aquarumue decursibus. molis. et molendini locis. mancipiis utriusque sexus. parscalchis. cidalariis. uectigalibus. cunctisque utensilibus ad eundem locum Riut iure assignatis, uiis et inuiis. intrinsecus. forinsecus. quesitis. et inquirendis. nostro regio banno. nostraeque potestatis adiumentis. praedictis monachis cum omni integritate super illorum annonam concessimus. Ea tamen ratione ut si episcopus eidem monasterio presidens. aut aliqua potens persona hanc traditionis firmitatem violenter infringere voluerit. Cuncta que tradita fuerant. redeant in ius et potestatem dominae Juditae. et filii eius Heinrici ducis. seu ipsorum heredis proximi. Concessimus etiam praenotatis monachis, vt nullus ex iudiciaria potestate comes. uel iudex. seruis seu parscalchis. eidem loco seruientibus. audeat aliquod iniurium facere. nec in aliqua causa illos iniuste uexare. Et ut haec scripta firma stabiliaque permaneant. Jussimus eis hoc praesens preceptum conscribi et anuli nostri impressione muniri. manuque propria firmauimus.

Signum Domni Ottonis Serenissimi *(Monogramma)* regis.

Liutolfus cancellarius ad uicem Brunonis archicancellarij recognouit.

L. S.

(S. R.)

Data V. Idus Junij Anno dominicae incarnationis DCCCC.LVIIII. indictione. II. Anno uero regni piissimi regis Ottonis. XX. IIII. Actum rore in dei nomine feliciter. amen.

a) Sigillum impressum periit, remanentibus vestigiis illius ante signum recognitionis, tam circa foramen crucis decussatae, quam in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant.

Digitized by Google

c) Editum in Pez. Thes. I. III. 52. Lünig spicileg. eccles. contin. III. Fortſetz. 106. Libr. Probat. S. Emmer. 110. n. 43. Ried cod. Ratisb. I. 98. n. 104.

CXXIX.

Anno 959. 12. Junii. Rore.

Otto I. rex fideli suo Hartman haereditatem Ernusti in villis Ahuse et Westheim, in comitatu eiusdem Ernusti comitis, sibi in mallo publico adiudicatam, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto dei gratia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus scilicet et futuris. qualiter nos per interuentum ernusti comitis. cuidam fideli nostro. hartman. in proprium donauimus. quicquid hereditarii iuris ernust habuit. in uilla ahuse. et in uilla uuestheim. in comitatu eiusdem ernusti comitis. haec hereditas nobis nostraeque regiae potestati a populo publice iudicata est. quia idem ernust nobis maxime contrarius extitit. quapropter predicto fideli nostro hartmanno. concessimus. quicquid in predictis locis. ahuse. et uuestheim. habuimus. edificiis. mancipiis. terris. cultis et incultis. campis. agris. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumue desursibus (decursibus) molendinis. piscationibus. uiis et inuiis. quaesitis et inquirendis. omnibusque utensilibus ad eadem loca pertinentibus. iure perpetuo tenendum et quicquid sibi exinde uoluerit faciendi. uendendi. commutandi. dandi. et ut nostrae donationis auctoritas firma stabilisque permaneat. iussimus ei exinde hoc praesens preceptum conscribi et anuli nostri inpressione muniri. manuque propria signauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Invictissimi regis.

Liudulfus Cancellarius ad uicem brunonis archicancellarii recognouit.

L. S.

(S. R.)

Data II. idus iunii. Anno dominicae Incarnationis DCCCCLV IIII. Indictione II. Anno uero regni piissimi regis ottonis XXIII. Actum rore

a) Sigillum impressum fractum, remanente aliqua eius parte, nimirum sinistra, ante signum recognitionis.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Edidit Schütz corp. hist. brandenb. diplom. IV. Abhandl. 25. cuf. eius. III. Abhandl. 71. super fundatione monasterii Anhausen ad fluv. Wernitz episcopat. August. ab eodem Hartmano. Editum etiam in Meusels Geschichtf. I. 193. et Häberlins neuesten Reichsgesch. III. Vorrede 16.

CXXX.

Anno 961. 4. Febr. Regenespurhc.

Otto I. rex partem haereditatis nobilis viri, Diotmari, in loco Priemperch, in pago Nortgowe, in comitatu Bertoldi comitis, iudicio scabineorum sibi adiudicatam, monachis Scti Emmerammi donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente Clementia rex. Notum sit omnibus sanctae dei Ecclesiae fidelibus nostrisque tam presentibus quam et futuris qualiter nos partem hereditatis cuiusdam nobilis uiri diotmar ue-

Digitized by Google

cato. in loco Priemperch nuncupato. in pago nortgouue. in Comitatu bertoldi comitis. nostrae regiae potestati iudicio scabineorum cum omnibus quae ipsius iuris erant pro suo comissu iudicatam. ad ecclesiam sancti emmerammi martiris atque pontificis qua eius corporis almi pignus ueneratur. pro remedio animae praememorati diotmari. ad uictum scilicet monachorum qui ibidem deo sanctoque emmerammo in diuinis officiis et operibus bonis. et sanctarum scripturarum studiis deuotissime seruiunt donamus atque tradimus. cum omnibus ad praescriptam hereditatem in loco priemperch pertinentibus. edificiis. mancipiis. terris cultis et incultis agris campis pratis pascuis siluis aquis aquarumue decursibus. molendinis molendinumque locis. mobilibus et inmobilibus. prediis peculiis pecoribus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. omnia et ex omnibus quicquid in *ipso loco priemperch* uocato. prenominati diotmari videbatur esse possessionis uel dominationis a die presente donamus et tradimus ad sanctum emmerammum. eo scilicet pacto et tenore ut in tali banno talique iustitia omnia protecta ac patrocinata. uti ceterae res ad sanctum emmerammum pertinentes permaneant. et ut haec nostrae donationis atque traditionis auctoritas per succedentia tempora firma et inconuulsa permaneat. Jussimus inde hoc presens praeceptum conscribi et anuli nostri inpressione sigillari manu propria firmauimus.

L. S.

Signum domni Ottonis serenissimi regis (*Monogramma*).

Liutulfus Cancellarius ad uicem Brunonis archicappellani recognoui (S. R. cum litteris 7. primis alphabeti.)

Data II. Nonas februarii. Anno Incarnationis domini nostri Jesu Christi DCCCCLXI. Indictione IIII. Regnante piissimo rege Ottone anno XXVI. Actum regenespurhc in Christi nomine amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum, ante signum recognitionis.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Editum in Pez. thes. I. III. 51. Lünig spicileg. eccles. contin. III. 107. libr. Probat. S. Emmer. 112. n. 44. Ried. Cod. Ratisb. I. 99. n. 105.

CXXXI.

Anno 967. 15. Octob. Brihsine.

Otto II. rex Rihperto Prihsinensi episcopo donationem antiquae capellae sanctae Mariae in Radaspona, a genitore suo, Ottone imperatore, ad dies vitae illius factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. nouerint omnes in regno nostro circumquaque fideles praesentes scilicet et futuri qualiter uenerabilis nomine rihpertus prihsinensis sanctae ecclesiae episcopus nostram adiens clementiam. per Interuentum uenerabilium uirorum diotrici episcopi et huotonis comitis dilectique magistri nostri precatus est vt antiquam cappellam quam olim antecessor noster beate memoriae hludovuicus imperator construxerat in honore sanctae dei genitricis mariae et modo dilapsa est atque distructa et est sita in radaspona ciuitate et quam prius uenerandae memoriae pius genitor noster otto imperator augustus reminiscens illius pristini seruicii prefato episcopo vsque ad obitum uitae ipsius in proprietatem donauerat. At nos per dilectorum rationabilem uirorum supplicationem et ob illius promptissimi optimam obsequii uoluntatem eandem praefatam cappellam praescripto episcopo vsque in obitum illius vitae in proprietatem donauimvs cum curtibus et curtilibus aedificiis familiis mancipiis vtriusque sexus cum censibus et decimis silvis saginationibus quesitis et inquirendis et cum omnibus iuste legitimeque ad eandem cappellam pertinentibus. Unde hoc presens auctoritatis no-

Digitized by Google

strae praeceptum fieri mandauimus et firmiter precipientes vt ipsa donationis nostrae cappella integriter cum uicis ac uillulis proprietario iure sub potestate sepedicti episcopi absque ullius personae retractatione seu diminutione perpetuo consistat. Et ut hoc verius credatur diligentiusque conseruetur manu nostra propria id adfirmauimus et anuli nostri impressione subtus sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* magni et inuictissimi regis.

(S. R.)

Liudolfus notarius ad uicem uuillihelmi archicappellani notaui.

L. S.

Data id. OIC. (Octob.) Anno Dominicae incarnat. DCCCC. LX VII. Indict. X. anno uero gloriosissimi regis ottonis. VII. Actum brihsine in domino feliciter amen.

a) Sigillum impressum periit, remanentibus eius vestigiis in foramine crucis decussatae et in macula cerae.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Post Hund. metrop. I. Edit. Monac. 407. ed. Rat. 316. Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 146. ex Originali cum notis edidit Resch Annal. Sabion. III. 491 — 495, qui notat obscurissimam lectionem mensis Dati ex copia saeculi XIIImi. enodatam fuisse. Ex Resch edidit Ried Cod. Ratisb. I. 100 n. 106. Addendum, Reschium in not. 329 Dietricum episcopum scil. metensem familiarem Ottonum I et II. ex aliis actis et historiis illustrare.

Digitized by Google

CXXXII.

Anno 970. potius, quam 969. 30. Octobr. Monticclo (Monticolo) prope Luccam.

Otto I. imperator abbatiam Kiemissce (Chiemsee) ecclesiae archiepiscopali Salzburgensi donat.

a) Sigillum impressum, sed in omni fere ora laesum est, imago tamen imperatoris cum inscriptione adhuc integra.

b) Indictio consueta caesarea, anni quoque regni et imperii annum inc. 970. indigitant, unde annus hic notatus ex modo numerandi in Italia intelligendus erit. Archicapellanus tamen Hatto iam ad finem anni 969 defunctus saltem annum peracti negotii 969 esse persuadet.

c) Editum est in Hund. metr. II. Edit Monac. 236. ed. Ratisb. 163. Lünig spicileg. eccl. I. Fortſ. 1064. (Kleinmayern) Juvavia 185, n. 70, hic erronee ad. an. 968. Mon. Boic. II. 383. ubi lin. 11. et 23. legatur: Ruotberti; lin. 13, 22 et 28. leg. Kiemissce.

CXXXIII.

Anno 972 potius, quam 973. 18. Octob. Neristein.

Otto I. imperator Piligrimo Lauriacensis (Pataviensis) ecclesiae pontifici donationem loci Wachova, in ripa Danubii, in comitatu Burchardi marchionis, a Ludouuico quondam rege factam, renovat atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si petitiones seruo-

Digitized by Google

rum dei Justas et rationabiles ad effectum perducimus hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis premia capessenda profuturum liquido credimus. Quapropter. conperiat omnium fidelium sanctae dei aecclesiae nostrorumque praesentium scilicet et futurorum Industria qualiter Interuentus nepotis nostri karissimi ducis heinrici atque theotherici reverendi praesulis nostram imperialem implorauerunt celsitudinem. quatenus sanctae lauriacensis aecclesiae venerabili pontifici piligrimo quandam traditionem. cuiusdam antecessoris nostri lhudouuici scilicet regis quondam aecclesiae suae factam cum nostro praecepto renovaremus. et confirmaremus hoc est In loco qui dicitur vuachoua in ripa danubii In comitatu burchardi marchionis vineas quasdam. et montem a lapide vsque ad summum montis in longum. et latum qui in teria cet altahensis aecclesiae ex occidentali plaga territorio ex orientali autem frigisigensis aecclesiae. Quorum petitionibus aurem serenitatis nostrae accomodantes. Illas vineas. et montem a lapide vsque ad summum tradimus. domino nostro. et sanctis martiribus Stephano atque laurentio ut fratribus memoratis sanctis seruientibus proficiant. et in usvm permaneant. ut pro salute nostra. et stabilitate regni nostri attentivs exorare delectet. Et ut hec auctoritas nostrae restitutionis. et istius modernae traditionis per diuturna tempora a cunctis christi fidelibus verativs credatur et firmius observetur manu propria firmauimus. et anuli nostri impressione sigillari iussimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) magni et inuictissimi Imperatoris augusti.

Uuilligisus notarius. ad uicem rovdberti archicappellani recognoui. —

L. S.

Data XV. kal. Novembr. Anno Incarnationis dominicae DCCCCLXXIII. Indict. XV. Anno regni domni ottonis XXXIII. Imperii autem XIII. Actum In villa Neristein.

(S. R.)

Digitized by Google

a) Sigillum Ottonis (I.) Imper. illaesum ante signum recognitionis impressum.

b) Notae chronologicae uno et altero anno, immo pluribus annis ab indicato 973. discordant; annus imperii XIII. certissime erroneus, nam Otto I. imp. obiit 973. 7. Maii. nondum completo anno imperii XII; indictio XV. ordinaria convenit anno 972, caesarea autem anno 973; annus regni potius legendus est XXXVII.

c) Memoratum in Hund. metrop. I. Edit. Mon. 300. ed. Ratisb. 200. in Hansizii Germ. Sacr. I. 207. in libro antiquissimo copiali passav. manu incip. saec. XII. accurate exhibitum; novissime editum in Buchinger Geſch. v. Paſſau. 492 et in Bar. de Hormayr Jahrbüchern XL. Band. 11. num 9.

CXXXIV.

Anno 972. potius quam 973. 18. Octob. Neristein.

Otto II. imperator Piligrimo Lauriacensis (Pataviensis) ecclesiae pontifici donationem loci Wachouua, in ripa Danubii, in comitatu marchionis Purchardi, a Ludowico quondam rege factam, renovat atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente gratia Imperator augustus. Si petitiones seruorum dei iustas et rationabiles ad effectum perducimus. hoc nobis procul dubio ad aeternae remunerationis premia capessenda profuturum liquido credimus. Qua propter comperiat omnium fidelium sanctae dei aecclesiae nostrorumque presentium scilicet. ac futurorum industria. qualiter dilectus nepos noster. heinricus dux videlicet baioariorum nostram imperialem Implorauit celsitudinem. quatenus sanctae lauriacensis aecclesiae venerabili pontifici piligrimo quandam traditionem cuiusdam antecessoris nostri Ludovuici scilicet regis quondam aecclesiae suae factam cum nostro

Digitized by Google

precepto renouaremus. et confirmaremus. hoc est in loco qui dicitur vachouua. In ripa danubii. In comitatu reverendi marchionis purchardi. vineas quasdam. et montem. a lapide vsque ad summum montis. In longum et latum. qui interiacet altahensis aecclesiae. ex occidentali plaga territorio. ex (orientali) autem frigisiensis aecclesiae. Cuius peticionibus aurem serenitatis nostrae libenti animo. accomodantes. easdem predictas. cum adiacenti monte vineas. a lapide usque ad summum. tradimus domino nostro. sanctisque suis martiribus. stephano. laurentio. ut eiusdem praefatae aecclesiae pontificibus. et fratribus ibidem deo ac memoratis sanctis seruientibus proficiant. et in usum perpetualiter permaneant. ut pro salute nostra et stabilitate regni nostri. attentius exorare delectet. Et ut haec auctoritas nostrae. restitutionis. et istius modernae traditionis. per diuturna tempora. a cunctis christi fidelibus veracius credatur et firmius obseruetur. hanc cartam conscribi iussimus. anuloque nostro sigillatam. manu nostra propria subtus eam roboravimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* magni imperatoris augusti.

Uuiligisus Cancellarius ad uicem ruodberti archicappellani notavi. (S. R.)

Data XV. kal. Novembr. Anno incarnat. dominicae DCCCC LXX III. Indict. XV. Anno regni domni ottonis XIII. Imperii VI. Actum Neristein.

L. S.

a) Sigillum Ottonis (II.) imper. illaesum post signum recognitionis quidem, sed spatio infra illud impressum cernitur.

b) Ex notis chronologicis anni regni et imperii currentes indicato anno Chr. 973 concordant; indictio sola ordinaria anno 972 convenit, cui tamen favet locus et ratio negotii pertractati, et eodem

Digitized by Google

loco ac die ab ipso imperatore Ottone I. confirmati. confr. Neugart Cod. Dipl. Aleman. I. num 762, 763, 764, 765, 766, 816, qui animadvertit a notario Italico annum Chr. more Pisano esse anticipatum.

c) Ineditum instrumentum, memoratum tamen ab Hansizio in German. Sacr. I. 206 sq. occarrit accurate descriptum in libro copiali antiquissimo passav. initio saec. XII.

d) Lacuna cuiusdam loci exesi suppleta est ex contextu et ex libro copiali Pataviensi antiquissimo.

CXXXV.

Anno 973. potius quam 974. 27. April. Mersiburg.

Otto I. imperator domnae Juditae, fratris sui beatae memoriae Heinrici ducis viduae, Salinam, Hal vocatam, in pago Salzburggeuue, in comitatu Willihelmi comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente Clementia imperator augustus Nouerint omnes nostri fideles praesentes scilicet ac futuri. Qualiter nos ob interuentum dilectissimae coniugis nostrae adalheidae uenerabili domnae Juditae fratris nostri beatae memoriae heinrici ducis uiduae quandam nostri iuris salinam quod vulgo hal uocant. in pago Salzburggeuue et in comitatu Wuillihelmi comitis sitam. nostra imperiali potentia in perpetua (perpetuum) usum proprietatis concessimus. firmiterque donauimus. cum utriusque sexus mancipiis. aedificiis. terris cultis et incultis. sartaginibus locisque sartaginum. locis. onustariis. vuitewendin. censalibus. et cum omnibus iure legaliterque ad hanc predictam salinam respicientibus. eo tenore. vt libero (libera) ipsa deinceps perfruatur postate (potestate) hanc tenendi. dandi. commutandi. uendendi. vel quicquid uoluerit inde

Digitized by Google

faciendi. et ut haec nostrae donationis auctoritas firma stabilisque cunctis cunctis perpetim credatur. hanc cartam inscribi. anulique nostri impressione sigillatam manu propria subtus firmauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogamma*) magni Imperatoris augusti.

L. S.
(S. R.)

Willigisus cancellarius uice rodberti Archicappellani notaui. Data. V. Kal. Mai. anno incarnat. dom. DCCCCLXXIIII. Indict. I. anno regni domni Ottonis XXXV. Imperii. XIII. Actum mersiburg.

a) Sigilli impressi, quod periit, remanent vestigia, in macula cerae circa foramen et in membrana superincumbente.

a) Notae chronologicae nec inter se, nec cum anno expresso 974. concordant; anno tamen 973. indictio I. respondet et imperii Annus Ottonis I. per anticipationem unius mensis proxime accedit; in anno regni error calami est annorum duorum decurtatorum. Obiit Otto I. 7. Maii 973. Magdeburgi, sive iuxta alios Memleben.

c) Ineditum nec memoratum in Meichelbeck Hist. fris., quamvis in Archivo eius tempore asservatum, et inde desumtum.

CXXXVI.

Anno 973. potius, quam 974. 27. April. Mersiburg.

Otto I. imperator praedium Butileshusa, in pago Adalahkeuue et in comitatu Marchuuardi comitis Sanctimonialibus in urbe Ratespona ad inferius monasterinm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente Clementia Imperator Augustus Nouerit omnium In-

dustria fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum. qualiter nos ob interuentum dilectissimae conjugis nostrae adalheidae. nec non uenerabilis domnae Juditae salubrem petitionem quoddam iuris nostri predium butileshusa nuncupatum. In pago adalahkeuue et in comitatu marchuuardi comitis situm. sanctimonialibus in urbe ratespona ad inferius monasterium sanctae mariae. sanctique confessoris erhardi commorantibus. nostra imperiali potentia concessimus. firmiterque donauimus cum utriusque sexus mancipiis. aedifitiis. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis. vineis. silvis. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. locisque molendinorum. mobilibus et inmobilibus. uiis et inuiis exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis. et cum omnibus iure legaliterque ad haec pertinentibus. Tali rationis tenore. ut a nullis successoribus nostris regibus vel imperatoribus uel etiam eiusdem regni ducibus nec non abbatissa aliqua idem iam dictum praedium. ad altare sanctae mariae traditum. inde aliquatenus abstrahatur uel minuatur. Sed iuxta precepti nostri soliditatem. sanctimonialium earundem uel praesentium uel futurarum uictui cottidiano ac necessario nulla interturbante persona deseruiat. Et ut hoc nostrum praeceptum firmius perpetim (a) cunctis credatur hanc cartam inscribi. manuque propria subtus roboratam. anulo nostro iussimus sigillari.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* magni Imperatoris Augusti.

Uuiligisus Cancellarius uice rodberti archicappellani notaui.

L. S.

Data. v. Kalendas. Mai. anno incarnationis domini DCCCC LXXIIII. Indictione I. Anno regni domni ottonis XXXV. Imperij. autem XIII. Actum mersiburg.

a) Sigilli impressi pars maior, et quidem sinistra extat, quae exhibet integrum caput imperatoris Ottonis I. cum tota laeva tenente pomum, partem etiam amictus et sceptri.

Digitized by Google

b) In loco anni regni deprehenditur rasura et numerus V. ultimo numero X. eodem calamo et atramento superscriptus. Attamen neque hic annus nec reliquae notae chronologicae anno Chr. expresso 974 conveniunt. Sola indictio Ima. anno Chr. vero 973 et historiae Ottonis Imi. hoc tempore Merseburgae subsistentis favet, qui paulo post inde in Thuringiam abiens Memlebe obiit Nonis Maii i. e. 7. Maii 973, cum annos regni XXXVII et imperii XIImum vix non complesset.

c) Editum in Ried cod. Ratisb. dipl. I. 103. n. 109. ex orig. monasterii Niedermünster, memoratum in Paricio hist. Nachricht. 162. Cum specimine et notis historicis editum a Zirngibl in den hist. Abh. der b. Akad. II. a. 1813. S. 298.

CXXXVII.

Anno 973. potius, quam 974. 27. April. Mersiburg.

Otto I. imperator, curtes Skirilinga, Rokkinga, Linthart et Biberpah, in pago Tuonahkeuue et in comitatu Sarhilonis comitis, Sanctimonialibus in Ratespona ad inferius Monasterium donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto Diuina fauente Clementia Imperator augustus. Pateat omnium Industriae fidelium Nostrorum tam praesentium quam et futurorum Qualiter nos ob interuentum dilectissimae conjugis nostrae adalheidae. nec non uenerabilis domnae Juditae salubrem petitionem. quedam proprietatis nostrae predia. Curtes uidelicet skirilinga rokkinga. Linthart. et biberpah, nuncupatas in pago tuonahkeuue. et in comitatu sarhilonis comitis sitas. Sanctimonialibus in urbe ratespona. ad inferius monasterium sanctae dei genitricis mariae Christique Confessoris beati erhardi uenerationi Constructum. Deo sanctisque praelibatis. tam in praesens seruientibus

quam perenniter etiam per successura seruituris. nostra imperiali potentia in perpetuae usum proprietatis concessimus. firmissimeque donauimus. cum utriusque sexus mancipiis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. aquis aquarumue decursibus. molendinis. locisque molendinorum mobilibus et inmobilibus viis et inuiis. exitibus et reditibus quesitis et inquirendis. et cum omnibus iure ad haec legaliterque pertinentibus. tali ratione (ut haec iam dicta) . . . eisdem sanctimonialibus in usus cottidiani perpetem sustentationem permaneant (scilicet ut a nullis) deinceps successoribus nostris regibus vel imperatoribus vel nullius potestatis tandem persona (haec aliquatenus inde abstrahantur) sed ut concessimus perpetuo usui sanctimonialium predictarum omni (aevo deserviant. Et ut) hoc nostrae donationis preceptum firmius permaneat. Hanc cartam inscribi manuque propria (suptus roboratam anulo nostro) iussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Magni Imperatoris augusti.

Willigisus Cancellarius ad uicem rodberti archicappellani Notaui.

L. S.

(S. R.)

Data. V. kal. Mai. anno dom. incarnat. DCCCCLXXIIII. Indict. I. anno regni domni Ottonis XXXV. Imperiii autem XIII. Actum mersiburg.

a) Sigilli impressi pars modica restat, mantellum sive pallium imperatoris, nec hoc totum, exhibens.

b) Notae chronologicae nec inter se, nec cum anno expresso 974. concordant; anno tamen 973 indictio I. respondet, et annus im-

Digitized by Google

perii Ottonis Imi per anticipationem unius mensis proxime accecedit; in anno vero regni error calami est, decurtato integro biennio.

c) Editum a Paricio Nachrichten. 160 — 162 et a Ried in Cod. dipl. Ratisb. I. 102. n. 108, qui tamen indicare neglexerunt, se locum 5 linearum in medio chartae ad finem contextus exesum aut alias illegibilem ope alterius diplomatis eiusdem anni, sed 27. Jun. ab Ottone II. concessi, restituisse, quod etiam in hac editione factum est. Cum specimine et notis historicis edidit etiam Zirngibl in den b. hist. Abhandl. II. S. 296.

CXXXVIII.

Anno 975. potius, quam 975. 27. Junii. Wormatiae.

Otto II. Imperator nepoti suo Bajoariorum Duci regii iuris praedium, Civitatem Papinberc et Nendilin Vraha, in comitatu berahtoldi comitis, Volcveld, situm, cum pertinentiis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto diuina Prouidentia Imperator Augustus. Nouerint omnes nostri fideles. presentes scilicet ac futuri. qualiter nos ob Interuentum dilectissimae genitricis nostrae adalheidae caro nepoti nostro baioariorum duci quoddam nostri Juris predium. Ciuitatem videlicet papinberc nominatam cum omnibus ad hanc respicientibus et eo in seruicium versis. et nendilin vraha. In comitatu berahtoldi comitis volcveld nuncupato sita. nostra Imperiali potentia In perpetuae vsum proprietatis concessimus firmiterque donauimus. Cum utriusque sexus mancipiis aedificiis. aecclesiis. terris. cultis et Incultis pratis pascuis. siluis. forestis. forestariis. Ceilariis. censibus. aquis. aquarumve decursibus molendinis. mobilibus et Inmobilibus viis. et Inviis. exitibus. et reditibus. quesitis. et Inquirendis.

Digitized by Google

et cum omnibus Jure legaliterque ad haec iam dicta predia pertinentibus. eo tenore ut libero ipse deinceps perfruatur arbitrio hec tenendi commutandi dandi posteris relinquendi. seu quicquid sibi libuerit inde faciendi. et ut hoc nostrum preceptum firmius stabiliusque permaneat. hanc cartam Inscribi Jussimus. anuloque sigillatam. manu propria nostra roborauimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) magni Imperatoris Augusti.

Uuilligisus Cancellarius uice rotberti archicappellani notaui.

L. S.

(S. R.)

Data V. Kalendas. Julii Anno dominicae Incarnationis. DCCCC. L.XXV. Indictione I. Anno regni domini ottonis. XIII. Imperii autem. VII. Actum uuormatiae.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum ac optime conservatum.

b) Indictio. annus regni et imperii Ottonis II. illo die respondent an. chr. 973. (cnfr. binae chartae monasterii Niedermünster eodem die et loco exaratae.) Hinc dicendum, denotatum in diplomate annum ch. 975. non tam errore calami quam singulari notarii calculo toto biennio ab anno aerae vulgaris christianae discrepare.

c) Editum apud Heyberger Fürther Deduction Cod. probat. n. I. et apud Ussermann in Episcopatu Bamberg. Cod. 4. n. 2.; iam olim autem a Gretser in Divis Bamberg. apud Ludewig Script. rer. Bamb. 275.

Digitized by Google

CXXXIX.

Anno 973 potius, quam 974. 27. Junii. Wormatiae.

Otto II. imperator praedium Butileshusa, in pago Adalahkeuue et in comitatu Marchuuardi comitis, Sanctimonialibus in urbe Ratespona ad inferius monasterium donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia Imperator Augustus Nouerint omnes nostri fideles. Tam praesentes quam et futurorum (futuri) qualiter nos ob interuentum dilectissimae genitricis nostrae adalheidae. nec non domnae iuditae salubrem petitionem. quoddam iuris nostri praedium butileshusa nuncupatum. In pago adalahkeuue et in comitatu marchuuardi Comitis sanctimonialibus in urbe ratespona ad inferius monasterium sanctae mariae sanctique confessoris Erhardi comorantibus nostra imperiali potentia concessimus firmiterque donauimus cum utriusque sexus mancipiis aedificiis. terris. cultis et incultis. pratis pascuis. vineis siluis. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. locisque molendinorum. mobilibus et inmobilibus. viis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. et cum omnibus iuste ad hoc pertinentibus eo tenore. vt a nullis successoribus nostris regibus vel imperatoribus vel etiam eiusdem regni ducibus. necnon ab aliqua abbatissa. idem iam dictum predium ad altare sanctae mariae traditum. inde aliquatenus abstrahatur vel minuatur sed iuxta praecepti nostri soliditatem. sanctimonialium earundem vet praesentium vet successurarum victui cottidiano ac necessario deseruiat et ut hoc nostrum praeceptum firmius perpetim (a) cunctis credatur hanc cartam inscribi iussimus. anuloque nostro signatam manu propria nostra subtus firmauimus.

L. S.

(S. R.)

Digitized by Google

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* magni Imperatoris Augusti.

Uuilligisus Cancellarius uice rodberti archicappellani notaui.

Data V. kalendas ivlii. anno incarnationis DCCCC LXXIIII. Indictione. I. Anno regni domni ottonis XIII. Imperii VI. actum vuormatiae.

a) Sigillum impressum et bene expressum illaesum optimeque conservatum.

b) Omnes notae chronologicae, indictio, annus regni et annus imperii Ottonis II. respondent anno Chr. 973.

c) Edidit Ried Cod. dipl. Rat. I. 104. n. 111. et paullo antea Zirngibl in den hiſt. Abhandl. der b. Akad. II. a. 1813. S. 300.

d) Per omnia vix non de verbo ad verbum convenit cum priori diplomate Ottonis I. imp. 973. 27. April.

CXL.

Anno 973 potius, quam 974. 27. Junii. Wormatiae.

Otto II. imperator curtes Skirilinga, Linthart, Biberpach et Rokkinga in pago Tuonehkeuue, in comitatu Sarhilonis comitis, Sanctimonialibus in Ratespona ad inferius monasterium donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Nouerit omnium Industria fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum. qualiter nos ob interuentum dilectissimae genitricis nostrae adalheidae. nec non uenerabilis domnae Juditae salubrem petitionem

Digitized by Google

quaedam proprietatis nostrae praedia. curtes uidelicet Skirilinga. Linthart biberpah. et rokkinga. in pago tuonehkeuue et in comitatu sarhilonis comitis sitas. sanctimonialibus in urbe ratespona ad inferius monasterium. sanctae dei genitricis mariae Christique Confessoris beati erhardi veneration constructum. nostra imperiali potentia in perpetuae usum proprietatis concessimus firmissimeque donauimus. cum utriusque sexus mancipiis. aedificiis. terris. cultis et incultis pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. locisque molendinorum. mobilibus et immobilibus. exitibus et reditibus. vineis. viis. et inviis. quaesitis et inquirendis et cum omnibus jure ad haec pertinentibus. eo tenore. vt haec iam dicta eisdem sanctimonialibus in usum cottidanum permaneant. scilicet vt a nullis deinceps successoribus nostris regibus uel imperatoribus uel a nulla persona haec aliquatenus inde *abstrahantur*. Sed ut concessimus perpetuo usui. Sanctimonia*lium* praedictarum omni euo deseruiant et ut hoc nostrae dona*tionis* praeceptum firmius perseueret hanc Cartam inscribi iussimus anuloque nostro signatam manu propria nostra subtus firmauimus.

L. S.

(S. R.)

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) magni Imperatoris Augusti.

Uuilligisus Cancellarius uice rodberti Archicappellani notaui.

Data V. kal. iulij anno incarnationis dom. DCCCC LXXIIII. anno regni domni Ottonis XIII. Imperii. VI. Actum vuormatiac.

a) Sigillum impressum et bene expressum, integrum.

b) Sigillum ac signum recognitionis modo indicato magno intervallo ante ipsum monogramma ac cancellarium habentur.

c) Annus regni et annus imperii Ottonis II. respondent anno chr. 973. Indictio Ima currens, hic omissa est.

d) Per omnia convenit cum diplomate Ottonis I. eiusdem anni 27. April.

e) Editum a Ried Cod. dipl. Rat. I. 104. n. 110. et antea in Hund. metrop. II. edit. Mon. 590. edit. Ratisb. 406. in Lünig spicil. eccl. III. Th. Aebtiss. 174. et hist. Abhandl. d. b. Akad. II. a. 1813. S. 297. cum notis hist. Zirngibl.

CXLI.

Anno 974. 25. Januar. Trotmenni.

Otto II. imperator Willigiso Mogontiensis ecclesiae archiepiscopo omnia antecessorum suorum, regum vel imperatorum praecepta, omnesque res et possessiones eiusdem archiepiscopii confirmat, addita exemtione a iudiciaria potestate.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto diuina preordinante dispositione Imperator augustus. Cum nostrae condignum serenitati uideatur. honestis quorumcumque petitionibus benigniter obtemperare. sed maxime rebus aecclesiasticis commoditates quaslibet auctoritatiua stabilitate impendere. vltimi examinis discussione premia diuinitus Capessenda liquido credi debeat. omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum pateat industriae qualiter nos ob interuentum dilectissimae conjugis nostrae Theophanu nec non fidelissimi nostri vvilligisi sanctae mogontiensis aecclesiae archiepiscopi. cum ipse omnia traditionum precepta ad eandem aecclesiam a quibusquam antecessoribus nostris. regibus uel imperatoribus tradita. nos antetulisset. omnes res et traditiones eiusdem archiepiscopii. iterata auctoritatis nostrae confirmatione. more regio uel imperatorio il-

Digitized by Google

luc dedimus et firmissime concessimus. id est abbatias tam Canonicas. quam monachicas. aeclesias. monetas et thelonea villas. quacunque regione sitas eidem sedi appertinentes. Colonos etiam quacumque eiusdem potestatis terra positos. cum omnibus rebus ac possessionibus ad hanc sedem iure legaliterque pertinentibus. Inde precipiendo iubemus ut nullus iudex publicus aut quaelibet celsa uel humilis persona eius loca ingredi uel familiis aliquam iniuriarum molestiam inferre. uel mansiones seu paratas faciendas distringere. seu in colonos aliquatenus intromittere audeat. familiae autem coram nullo placitis uel negotiis respondere cogantur. nisi coram episcopo seu potente aduocato eius. Hoc namque renouationis nostrae ac iteratae confirmationis preceptum. ut firmius stabiliusque (a) cunctis sanctae dei aecclesiae nostrisque fidelibus perpetim credatur ac diligentius obseruetur hanc cartam inscribi iussimus ac anuli nostri impressione signatam manu propria nostra subtus eam corroborauimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* magni Imperatoris Augusti.

Folgmarus Cancellarius uice uuilligisi archicappellani uotaui-

L. S.

(S. R.)

Data VIII. kal. februarij anno incarnationis domini DCCCC. LXXIIII. Indictione II. anno regni domni ottonis XIII. Imperij. VII. actum Trotmenni.

a) Sigillum periit, impressi olim remanentibus vestigiis, in macula cerae tam circa foramen, quam in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant ac conveniunt Ottoni II. imp.

c) Locus ubi res actae sunt, Trotmennum, civitas est, nunc Dort-

Digitized by Google

munt dicta, in ducatu Saxoniae, comitatu Marcano cum palatio regio. Cnfr. chronicon Gottwic. (Besselii) II. 515.

d) Editum in de Gudenus Cod. dipl. I. 7. n. 5. memoratum in Joannis Rerum Mogunt. Tom. I. 450. n. 2.

CXLII.

Anno 974. 11. Septemb. Erfasfurt.

Otto II. imperator aream quandam in Ratisbona Piligrimo Lauriacensis (Pataviensis) ecclesiae episcopo confirmat, eius ecclesiae a beatae memoriae duce Heinrico, patruo imperatoris, concambio adquisitam.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto Diuina fauente clementia Imperator Augustus. Si Petitiones seruorum Dei. Justas et rationabiles ad effectum perducimus. hoc nobis procul dubio ad statum regni nostri. et ad aeternae remunerationis premia capessenda profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat omnium fidelium sanctae dei aecclesiae nostrorumque presentium. ac futurorum industria qualiter dilectus nepos noster heinricus baiouuariorum dux nostram imperialem imploravit celsitudinem. quatenus sanctae lauriacensis aecclesiae venerabili pontifici piligrimo quandam aream sitam in urbe radesbonensi. non longe ab aeclesia sancti Cassiani martiris. quam antecessor illius adalbertus episcopus a beatae memoriae patruo nostro Heinrico baiouuariorum duci. (duce) per rectam concambii commutationem in ius et dominationem ad sanctum Stephanum accepit. Cum nostrae auctoritatis precepto. confirmassemus. Cuius petitionibus aurem serenitatis nostrae libenti animo accommodantes. eandem aream cum tali conterminio quali eam predictus adal-

Digitized by Google

bertus pontifex in vestitura habere videbatur. cum exitibus. et reditibus. tradimus domino nostro sanctisque suis martiribus stephano laurentio. ut eidem prefatae sanctae lauriacensis aecclesiae piligrimo pontifici. suisque successoribus proficiat. et in usum perpetualiter permaneat. eo videlicet tenore ut potestatem habeant tenendi commutandi. et quicquid exinde libuerit faciendi. Et ut haec auctoritatis nostrae donatio. et confirmatio. per diuturna tempora a cunctis christi fidelibus veratius credatur. et firmius obseruetur hanc conscribi iussimus anuloque nostro sigillatam subtus eam nostra manu propria roborauimus cartam.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) magni Imperatoris Augusti.

(S. R.)

Uuilligisus Notarius ad uicem ruoberti archicappellani recognoui.

L. S.

Data III. Id. Sept. Anno dominicae incarnat. DCCCC LXXIIII. indict. XV. Anno regni domni ottonis XIIII. imperii autem VI. Actum erfasfurt. In Christi nomine amen.

a) Sigillum impressum integrum.

b) Signum recognitionis loco insolito, ut notatum est, delineatum cernitur.

c) In loco mensis ac diei apparet spatium vacuum cum vestigiis numeri III.; alterius autem numeri III. et literarum Id. nimirum vocabuli Idus, mensis etiam: Sept. characteres alio atramento, aliaque manu, coaeva tamen, loco raso inscripti sive correcti sunt. Error alius calami manifestus indictionem XVtam loco Ildae expressit. Anni tamen regni et imperii Ottonis II. anno chr. 974. conveniunt.

d) Ineditum.

Digitized by Google

CXLIII.

Anno 974. 24. Novembr. Heiligenstat.

Otto II. imperator Abrahamo frisingensi episcopo partem proprietatis suae, terminis designatae, in regione chreine, marcha et comitatu Paponis comitis, donat, addito banno forestali.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis otto diuina fauente clementia imperator augustus. Nouerit igitur omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria qaliter (qualiter) nos dignis et admodum honestis petitionibus dilectissimae coniugis nostrae Theophanu. necnon cari nepotis nostri baioariorum ducis heinrici suppliciter obsequendo rogati. venerabili et totius religionis uiro abrahae sanctae frigisingensis aecclesiae praesuli. nostrae familiaritati digne adiuncto. quandam nostrae proprietatis partem in regione vulgari vocabulo chreine. et in marcha et in comitatu Paponis comitis sitam. id est vbi riuvlus sabniza originem producere incipit. deinde statim occidentem uersus cacumina montium siluasque interiacentes usque ad bocsanam ipsasque alpes bocsanam et sic ad fines earundem alpium. deinde ubi riuvlus cotabla originem sumit. usque ad hunc locum ubi hostium in Zovra fluuium mittit. sicque trans zouram usque ad summitatem ipsius montis Zourae adiacentis. qui extenditur orientem uersus. et ita per eundem montem perque conualles usque ad castrum quod vulgo bosisen uocatur. et sic deorsum de ripa quantum extenditur unius iugeri longitudo usque ad uadum quem vulgo stresoubrod uocant. ibique ultra eundem fluuium occidentem uersus usque in uiam quae vocatur uia Chreinariorum. et sursum per eandem viam quicquid campi in australi. eiusdem uiae parte jacet. ita ut primet territorium et siluvla quae szovrska dabravua sub eadem comprehensione teneatur. et spatium quod iacet inter primet et vuizilinesteti per medium diuidatur. et sic

Digitized by Google

usque in praefatum riuvlum sabniza nostra imperiali potentia in proprium et perpetuum vsum concessimus firmiterque donauimus. cum terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. aedificiis. aquis aquarumue decursibus. ipsoque iam dicto foresto uenationibus. piscationibus. molendinis. mobilibus et inmobilibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. et cum omnibus jure legaliterque ad haec pertinentibus. Praecipimus etiam et nouiter constituimus eisdem in locis bannum nostrum a riuulo sabniza uersus occidentem usque ad finem bosa (n g a) et inde usque ad iam dictum riuvlum chotabla indeque usque in Zoura fluuium. et quicquid intra haec eadem praefata undique secus comprehensum uidetur loca. et regio imperatorioque more iubemus. eo tenore ut siquis quarumlibet personarum. in quibuslibet iam dictis siluularum uel forestorum locis cuiuslibet generis feras canibus uel qualicunque modo compraehenderit. bannum huiusmodi culpa. nostro debitum fisco. ipsi episcopo omni dubietate postposita. si hoc absque eius fecerit licentia dominica aestimatione persolvat. Haec uero et cetera iam dicta tali consistant ratione. ut ipse iam dictus episcopus libero deinceps perfruatur arbitrio haec omnia tenendi. dandi uendendi. commutandi. seu quicquid inde uoluerit faciendi. Et ut haec nostrae largitionis auctoritas firmior stabilior (a) cunctis sanctae dei aecclesiae filiis perpetim credatur. hanc cartam inscribi iussimus. anuloque nostro signatam manu propria subtus eam firmauimus. Praecipimus etiam ut nullus comes nec judex siue decanus neque aliqua persona ius habeat se intromittendi. absque licentia episcopi aut eius cuicumque ipse commendauerit.

Signum Domni Ottonis imperatoris (*Monogramma*) Augusti.

Uilligisus Cancellarius uice ruodberti archicappellani subscripsi.

(S. R.)

L. S.

Digitized by Google

Data VIIII. kal. DECEMB. anno incarnationis dom. DCCCC LXXIIII. indict. II. anno regni domni ottonis XIII. imperii. VII. Actum heiligenstat. amen.

a) Sigilli impressi remansit pars exigua, nimirum duo fragmenta cerae exterioris et fragmentum unicum cerae interioris vultum imperatoris exhibentis.

b) Indictio communis et annus imperii respondent anno indicato 974. annus regni errore calami aliquibus mensibus decurtatus invenitur; inde a 26. Maij currebat annus regni Ottonis II. XIV^tus.

c) Edidit Meichelbeck H. Fris. I. 180 et 181 ex Originali, qui loca quaedam detrita v. g. Bosanga absque difficultate legit, suppleta nimirum ex libris copialibus frising. antiquis I. 19. et II. 104 b., ubi, non quidem haec repetita donatio, sed prior eiusdem anni 30. Junii occurrit.

CXLIV.

Anno 976. 5. Julii. Vorcheim.

Otto II. imperator Popponi Episcopo Wirceburgensi ecclesiam Sti. Martini infra villam Vorchheim donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Otto diuina preuidente clementia Imperator augustus. Pateat omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumque tam presentium quam et futurorum industriae fidelium. qualiter nos ob diuinae mercedis retributionem regnique diuinitus collati perpetuam stabilitatem nec non per salubrem et deo gratam peticionem. nepotis nostri popponis venerandae probitatis. aecclesiae vurzeburgensis episcopi. quandam nostri iuris aecclesiam infra uillam vorcheim in honore sancti martini constructam cum omnibus appertinenciis. eius scilicet aecclesiis. ad prefatam aecclesiam pertinentibus. decimationibus. clericis villis. aedificiis. utriusque sexus mancipiis. agris. pra-

Digitized by Google

tis. pascuis. siluis. aquis aquarumque decursibus. campis. uiis et inuiis. molendinis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque utilitatibus. sancto kiliano orientalium francorum episcopo donauimus. firmiterque tradidimus. Ea ratione ut successoribus illius sanctae sedis. liceat haec tenere. possidere. ad utilitatem aecclesiae si placuerit commutare. Et ut haec nostrae donationis auctoritas firma stabilisque credatur. hoc presens preceptum iussu nostro scriptum et sigillatum manu propria subnotando firmauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Inuictissimi Imperatoris augusti.

Egbertus cancellarius ad uicem Uuilligisi archicappellani con*scripsi*.

L. S.

Data III. Non. Jvlii. anno dom. incarn. DCCCCLXXVI. Ind. IIII. anno vero regni domni ottonis XVII. Imperii VIIII. Actum Vorcheim.

a) Sigillum impressum et optime expressum, illaesum, attamen maioris moduli, quam hucusque usitata Ottonum sigilla.

b) Forma Monogrammatis altera, hic prima vice adhibita.

c) In notis chronologicis sola indictio respondet anno chr. indicato, cui favet historia actorum Ottonis II. huius anni. Annus regni in originali primaevo legebatur XV. cui manus recentior alio atramento addidit II. Caeterum priorum notariorum calculo an. ch. 976. 5. Jul. iam currebat annus regni XVI. et imperii X^mus.

d) Memoratum a Frisio in Ludewig Geſch. v. Würzb. 439; ab Oesterreicher editum in den neueſten Beyträgen II. Heft. Beylage V. num V.

CXLV.

Anno 976. 21. Julii. Radesbonae.

Otto II. imperator monasterio Metama (Meten) bona in Wischelburg, a Peretoldo, Arnoulfi filio, illuc tradita, reddit et confirmat.

a) Sigilli impressi et optime expressi, sed fracti, pars maior remansit conspicua duobus in fragmentis, totum sigillum, excepto vultu imperatoris et excepta media parte inscriptionis, exhibentibus.

b) Ex notis chronologicis sola indictio respondet anno chr. indicato, cui favet series actorum Ottonis II. huius anni, praecipue in Bavaria. Annus regni et imperii unitate multatus invenitur, comparatus cum calculo priorum notariorum.

c) Editum Mon. Boic. XI. 439. ubi lin. 13. legatur: Wisciliburg.

d) Membrana aliquibus in locis iacturam fecit integritatis, unde v. g. in nomine proprio: Arn . . lfi duae litterae sunt exesae.

CXLVI.

Anno 976. 21. Julii. Radesponae.

Otto II. imperator fridarico Salzpurcgensis ecclesiae archiepiscopo, ad servitium eiusdem ecclesiae, locum cortilem in Regenespurch donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Nouerint omnes nostri fideles christiana lege utentes presentes scilicet ac futuri. qualiter radesponae manentes regni nostri stabilitatem pacemque confirmantes. quandam traditionem propter petitionem atque con-

Digitized by Google

sultum Ottonis bauuariorum ducis. nostri videlicet fratis filii aliorumque fidelium nostrorum. Fridarico salzpurcgensis aecclesiae. venerabili archiepiscopo. suisque successoribus in perpetuum fecimus praedicti archiepiscopi suorumque parentvm famulatu ac fideli deuotione exigente. quam nobis nostrisque antecessoribus fideliter seruauerunt. Nam illa a deo nobis concessa est potestas. vt sanctarum lucrum aecclesiarum augeamus. et his qui in dei seruicio perseuerantes. pro christianae religionis statu. ceteris plus laborant. nostroque fideliter perdurant seruicio. aliqua commoditate remuneremus. Huiusmodi ergo remunerationis causa praescripto archiepiscopo. ad seruitium sancti Petri. sanctique ruodberti. tradidimus. quendam cortilem locum sepibus aedificiisque circumdatum in regenespurc ad australem plagam aecclesiae sancti petri. inter cortem perhtoldi comitis. et viam quae ante aecclesiam sita est. quem perhtolt diaconus. suusque frater meginhart..... pro beneficio possedit. . . . . seruum cum omnibus suis Gerune nominatum eo quippe tenore ut idem iam praenominatus archiepiscopus suique successores (perpetualiter poss)ideant. vt eis seu commutare. seu possidere. vel ad quamcunque (velint suae aecclesiae vtilitatem) licitum sit. et ut haec nostrae largicionis ingenuitas firma perdurat (perduret) hanc cartam scribi et anuli nostri impressione sigil(lari iussimus.)

Ecgpertus cancellarius ad uicem Uuilligisi archicappellani notaui.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Imperatoris Aug.

L. S.

Data XII. kal. Augusti Anno dominicae incarnationis DCCCC LXXVI. Indictione IIII. Anno regni domni Ottonis XV. Imperii VIIII. Actum radesponae.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

Digitized by Google

b) Ex notis chronologicis sola indictio anno Chr. indicato 976 exacte respondet, cui favet series actorum Ottonis II. hoc anno, praecipue in Bavaria; nam annus regni et imperii priorum notariorum calculo comparatus integro anno vel saltem pluribus mensibus est decurtatus.

c) Edidit (Kleinmayern) in Nachrichten von Juvavien, Anhang 188. num. 72, qui aliqua non bene legit, chartam tamen ipsam nonnullis in locis exesam invenit, in aliis nimis detritam: inter hos ultimos ipse adhuc legit vocabulum servum, quod modo illegibile factum est.

CXLVII.

Anno 976. 22. Julii. Radasbonae.

Otto II. imperator ecclesiae Sti. Stephani Pataviae, eique subiectis monasteriis, cellulis, rebus et hominibus immunitatem confirmat, addita exemtione a iudiciaria potestate.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia. Imperator Augustus. constat nos diuina donante gratia ceteris mortalibus supereminere. Unde oportet. ut cuius precellimus munere eius studeamus modis omnibus parere voluntati. Quapropter conperiat omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum industria quia vir venerabilis piligrimus sanctae patauiensis aecclesiae episcopus optulit nobis auctoritates inmunitatum piae recordationis Imperatorum karoli atque hludouuici. nec non domni et genitoris nostri ottonis piissimi imperatoris. in quibus continebatur insertum qualiter ipsi praedictam sedem quae est constructa in honore sancti Stephani protomartyris christi. vbi etiam beatissimus confessor christi. valentinus corpore requiescit cum pertinentibus monasteriis id est cella

Digitized by Google

sancti floriani martiris. atque treisma. ad monasterium sancti ypoliti. nec non Crhemisa quae est in honore sancti saluatoris fundata et consecrata cum reliquis cellulis sibi subjectis. et rebus uel hominibus ad se pertinentibus uel aspicientibus sub inmunitatis suae defensione consistere fecerant. et confirmauerant. ut quicquid ex liberalitate regum reginarumque. ducum. vel caeterorum fidelium eidem sedi collatum fuerat perpetuo in eius dicione consisteret. Ob firmitatis namque studium petiit excellentiam nostram praedictus presul ut morem parentum sequendes eandem sedem cum omnibus sibi subiectis simili modo sub nostra constitueremus defensione. et inmunitatis tuitione. Cuius precibus ob amorem dei. et reverentiam ipsius sanctae sedis assensum prebuimus. et hanc nostrae auctoritatis inmunitatem firmitatis gratia erga ipsum sanctum locum fieri decreuimus per quam precipimus atque iubemus ut sicut a praedictis piis principibus constat eandem sedem sub eorum inmunitate hactenus consistere. Ita deinceps sub nostra permaneat defensione. et quicquid eidem aecclesiae retro actis temporibus collatum fuerat et modernis conferuntur. uel quae deinceps collata fuerint. per hanc auctoritatem nostram. absque alicuius contrarietate teneat atque possideat. et nullus iudex publicus. vel quilibet superioris vel inferioris ordinis reipublicae procurator in monasteria. cellulas. aeclesias loca vel agros. seu reliquas possessiones memoratae aecclesiae quas moderno tempore iuste et legaliter possidere videtur uel quae deinceps in iure ipsius sancti loci voluerit diuina pietas. augere. ad causas iudiciario more audiendas. uel freda. aut tributa exigenda. aut mansiones vel paratas faciendas. aut fideiussores tollendos. seu homines ipsius aecclesiae tam ingenuos quam et seruos super terram ipsius commanentes injuste distringendos. nec ullas redibitiones. aut illicitas occasiones requirendas ullo umquam tempore ingredi audeat. uel ea quae memorata sunt penitus exigere praesumat. sed liceat memorato praesuli suisque successoribus cum omnibus sibi subiectis. et rebus vel hominibus ad se aspicientibus sub inmunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere. Et quicquid de rebus aeccle-

Digitized by Google

siae praedictae ius fisci nostri exigere poterat. totum in luminaribus ipsius aecclesiae et stipendiis pauperum. seruorumque dei ibidem deo famulantium concessimus ut in perpetuum illic proficiat in augmentum. quatenus eidem sedis episcopi una cum clero. et populo sibi commisso. pro nobis et stabilitate regni nostri domini misericordiam adtentius exorare valeant. Et ut haec immunitatis et donationis nostrae auctoritas plenissima in christi nomine per cuncta voluentis mundi currica (curricula) obtineat stabilitatis firmitudinem manu propria subter firmauimus et anuli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) inuictissimi Imperatoris augusti.

Egbertus cancellarius ad uicem Uilligisi archicappellani notaui.

(S. R.)

L. S.

Data XI. kal. aug. Anno dominicae incarnat. DCCCC LXXVI. Indictione IIII. Anno vero regni domni ottonis piissimi Imperatoris XV. Imperii autem VIIII. Actum radasbonae in christi nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Ex notis chronologicis sola indictio respondet anno chr. indicato 976, cui favet series actorum Ottonis II. huius et sequentis anni praecipue in Bavaria. Annus regni et imperii unitate multatus invenitur, si conferatur cum calculo priorum notariorum.

c) Editum ap. Hund. metr. I. edit. Monac. 358. edit. Ratisb. 239. et ap. Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 765. Hansiz Germ. S. I. 220. ubique erronee ad II. kal. Augusti; denique in Buchinger Gesch. v. Passau 493.

d) In plerisque convenit cum confirmatione Arnolfi imp. 898. 9. Septemb. licet haud memorata in hoc instrumento.

Digitized by Google

CXLVIII.

Anno 976. 22. Julii. Radesbonae.

Otto II. imperator Ecclesiae Patauiensi quandam Abbatiam, infra territorium pataviensis sitam civitatis, cum Uualahunesdorf caeterisque eius pertinentiis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus Pateat omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industriae qualiter uir spectabilis piligrimus sanctae patauiensis aecclesiae presul uenerandus partibus nostris fauens pro uiribus fide inconcussa. in perturbatione atque uacillatione regni baiouuariorum. ab aduersariorum pernitiosissima persecutione. tam in incendiis quam interfectione familiae ac deuastatione non paruam episcopii sui perpessus est iacturam. Cuius fidem atque constantiam aequum duximus remunerare. et aeclesiasticae desolationi regia munificentia solamen aliquod impendere. Unde etiam eius non solum moti quaerelis sed et allubescentes precibus dilectissimi fratruelis nostri ottonis ducis videlicet baiouuariorum. atque uilligisi archiepiscopi. quandam nostri iuris abbatiam infra territorium patauiensis sitam ciuitatis. quae est in honore sanctae dei genitricis mariae constructa et dedicata cum Uualahunesdorf ceterisque omnibus appendiciis ad iam dictam abbatiam iuste et legaliter pertinentibus. Id est cum aecclesiis. et aedificiis omnibusque decimationibus. cum terris et agris cultis. et incultis uillulis. vineis. campis. pascuis. pratis. siluis. nemoribus. aquis. aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. mancipiis utriusque sexus. quaesitis et inquirendis. ex toto et integro de jure et dominatione nostra eidem patauiensi aecclesiae sancti Stephani protomartiris Christi per hoc presens auctoritatis nostrae praeceptum pleniter in christi nomine confirmatum donamus tradimus atque transfundimus. Eo videlicet tenore. ut ipsa securiter absque alicuius per-

sonae contradictione atque molestia more hereditario perpetualiter in proprium teneat atque possideat. Et ut haec praedictae fidei et firmitatis remuneratio. auctoritatisque nostrae donatio veriorem firmioremque a cunctis fidelibus. nostris perpetualiter habeat vigorem. iussimus hanc cartam conscribi. et sigillo nostro sigillatam. manu propria subter firmauimus.

(S. R.)

L. S.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* imperatoris augusti.

Egbertus cancellarius ad uicem uuilligisi archicappellani notaui.

Data XI. kal. aug. Anno domin. Incarnat. DCCCC. LXXVI. Indict. IIII. Anno vero regni domni ottonis imperatoris augusti XV. imperii autem VIIII. Actum radesbone in christi nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum et optime expressum integrum, quamvis in ora sinistra cerae lacsum.

b) Ex notis chronologicis sola indictio respondet anno chr. indicato 976, cui favet series actorum Ottonis II. huius et sequentis anni. Annus regni et imperii, cum prioribus chartis huius imperatoris comparatus, anno toto decurtatus invenitur.

c) Editum ad hunc diem in Hund. metr. II. edit. Monac. 588. edit. Ratisb. 404. et erronee ad II. kal. aug. ibid. I. 359 et 239. et in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 764. similiter in Hansiz Germ. Sac. I. 217.

Digitized by Google

CXLIX.

Anno 976. 22. Julii. Radesbonae.

Otto imperator ecclesiae Sti. Stephani Pataviae quandam partem thelonei in eadem civitate donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Si de rebus a deo nobis collatis. aecclesiis dei quiddam conferimus beneficii. et petitiones servorum dei ad effectum perducimus id nobis et ad temporalem vitam transiendam. et ad aeternam feliciter obtinendam (*profuturum*) liquido credimus. Quapropter comperiat omnium *fidelium* nostrorum presentium scilicet et futurorum industria. qualiter vir uenerabilis. dilectus. ac fidelis noster piligrimus sanctae lauriacensis aecclesiae pontifex. serenitatis nostrae magnificentiam adiit. intimando antecessorem suum adalbertum piae recordationis episcopum. quandam partem thelonei in patauia ciuitate. a beatae memoriae domno et genitore nostro ottone imperatore augusto in beneficium usque ad obitum uitae suae tenere. et ut ipse ob restaurationem destructae aecclesiae sancti Stephani protomartyris christi eandem partem predicti thelonei nostrae largitatis munificentia in proprium possideret omnimodis implorauit. Unde diuino amore succensi. petitioni illius aurem pietatis nostrae libenti animo accomodantes. non solum deuotae. Et assiduae suae seruitutis memores. sed et continua dilecti. et fidelis nostri vuilligisi archiepiscopi interuentione commoniti. eundem iam dictum theloneum. Cum tali lege et integritate quali eum adalbertus episcopus in beneficium. et bruno postmodum nepos noster in proprium habere videbantur. ad patauiensem aecclesiam quae in honore sancti stephani protomartyris christi est constructa et dedicata. ubi sanctus valentinus confessor christi. corpore requiescit. et ubi venerabilis piligrimus antistes preesse dinoscitur ure imperiali in proprium donamus. ita ut rectores eiusdem sepe

dictae aecclesiae ad restaurationem. et ad tecta procuranda. nec non pro luminaribus ecclesiae ac in sustentationem fratrum ibidem deo famulantium. per cuncta voluentis mundi curricula absque alicuius contradictione personae in proprium teneant atque possideant. Et ut haec auctoritatis nostrae donatio veriorem ac firmiorem a cunctis fidelibus nostris perpetualiter in christi (nomine) teneat vigorem iussimus hanc cartam conscribi. et sigillo nostro sigillatam manu propria subtus firmauimus.

Signum Domni imperatoris Ottonis *(Monogramma)* augusti.

Egbertus Cancellarius ad uicem uuilligisi archicappellani notaui.

(S. R.)

L. S.

Dat. XI. kal. aug. Anno dominicae incarn. DCCCC LXXVI. Indict. IIII. Anno vero regni domni ottonis imperatoris aug. XV. Imperii autem VIIII. Actum radesbonae in Christi nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Ex notis chronologicis sola indictio respondet anno chr. indicato 976, cui favet series actorum Ottonis II. huius et sequentis anni, praecipue in Bavaria. Annus regni et imperii unitate multatus invenitur, si conferatur cum calculo priorum notariorum.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. Edit. Monac. 358. edit. Ratisb. 238. et apud Lünig spicileg. eccl. II. Theil 764. erronee ad II. kal. Aug., similiter ap. Hansiz Germ. S. I. 218.

Digitized by Google

CL.

Anno 977. 5. Octob. Eidrateshusa.

Otto II. imperator ecclesiae Lauriacensi, quae prima sedes episcopalis erat, praedium Anesapurch, in pago Trungouue, in comitatu Liutbaldi, et cum decem regalibus hobis in villa Loracho ecclesiae Pataviensi donat, pro resarciendo damno, quod haec ecclesia in ultima obsidione urbis Pataviae pertulit.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Notum sit omnibus sanctae Dei aecclesiae fidelibus nostrisque presentibus scilicet et futuris. qualiter uenerabilis sanctae pataviensis aecclesiae antistes piligrimus. nostrae celsitudinis pietatem querulosa reclamatione adiit. pro diocesis suae locis in perturbatione bauuarorum regni tam pernitiosa scalauorum (sclavorum) inuasione quam aliorum inimicorum damnosa insectatione miserabiliter desolatis. quatenus nos aecclesiae suae. huiusmodi dispendio laesae atque adnullatae. aliquod leuamen imperiali nostra munificentia impendere curaremus. Cuius itaque miserandis moti querelis praecipue quia et nos barroechiae suae licet necessitate impulsi. tum in destructione urbis patauiae. tum etiam in exercitus nostri morosa sustentatione. grauem intulimus iacturam. pro diuino timore. et aeternae retributionis indubia spe. ac insuper amantissimi fratruelis nostri Ottonis ducis nec non spectabilis liutbaldi marchionis petitionibus inducti. quoddam nostrae potestatis praedium Anesapurch nuncupatum. in pago trungouue in ripa anesi fluminis in comitatu liutbaldi. cum omnibus suis pertinentiis. sicut piae recordationis noster patruus Heinricus. A beatae memoriae episcopo Adalberto in concambium recepit. Sanctae Lauriacensi aecclesiae quae in honore sancti Stephani sanctique laurentii mar-

Digitized by Google

tyrum foris murum aedificata est. ubi antiquis etiam temporibus prima sedes episcopalis habebatur. imperiali auctoritate in proprium tradimus atque concedimus. Quin etiam decem regales hobas ab occidentali ripa praedicti fluminis Anesi. in quadam nostri juris uilla nomine Loracho. cum mancipiis utriusque sexus quibus erant possessae et cum omni integritate exitibus quippe reditibus aecclesiis decimationibus curtibus siluis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus mobilibus et inmobilibus quaesitis et inquirendis in jus sanctae patauiensis aecclesiae absque omnium contradictione firmiter tenendum ac possidendum. regia atque imperiali majestate transfundimus atque donamus. Et ut haec nostrae liberalitatis traditio firma et inconuulsa permaneat. hanc cartam conscribi. et anuli nostri impressione jussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis inuictissimi imperatoris. (*Monogamma*).

Gerbertus Cancellarius ad uicem uilligisi archicappellani notaui.

L. S.

Data III. Non. octobris Anno dominicae Incarnat. DCCCC LXX VII Indict. VI Regnante piissimo imperat. aug. Ottone anno XVII. Imperii autem X. Actum Eidrateshusa in christi nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant; indictio autem a 24. Sept. coepta est, dicta caesarea.

c) Editum in Bar. de Hormayer Jahrbüchern XL. Anzeigebl. 11. n. 10.

CLI.

Anno 978 potius, quam 979. 6. Decemb. Altsteti.

Otto II. imperator cum Poppone, Episcopo Wirceburgensi, villam Stocheim in pago Grapfeld, in comitatu Ottonis, pro villa Steinaha, commutat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina largiente gratia Imperator augustus. Nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri qualiter dilectus nepus (nepos) noster Poppo nos rogauit. ut quandam nostri proprii iuris uillam stocheim nuncupatam quae sita est in pago grapfeld in comitatu ottonis sancto kiliano traderemus. et haec contra uillam steinaha reciperemus. cuius petitioni assensum praebentes et steinaha accepimus et praenominatam uillam stocheim sancto kiliano tradidimus cum omnibus utensiliis ad eam pertinentibus agris pratis siluis pascuis utriusque sexus mancipiis inde genitis aut ab alia nostra proprietate illuc positis. necnon puerum nomine reginhardum aquis aquarumue decursibus uiis et inuiis quesitis et inquirendis et ut hoc cercius credatur iussimus hoc praesens praeceptum inde conscribi et manu propria subtus firmantes sigilli nostri inpressione signari.

Signum domni Ottonis inuictissimi (*Monogramma*) Imperatoris augusti.

Hildiboldus cancellarius ad uicem uuilligisi archi capellani notaui.

(S. R.)

L. S.

Digitized by Google

Data VIII id. decembris anno dominicae incarnationis. DCCCC. LXXVIIII. regni uero domni ottonis inuictissimi imperatoris augusti XVIII. Imperii autem eius XIII. Indictione VI. actum Altsteti.

a) Sigillum impressum fractum, fragmenta illius filis chartae adglutinata sunt, et totam fere imaginem imperatoris, excepto capite, nec non integram exhibent inscriptionem.

b) Notae chronologicae nec inter se nec cum anno indicto 979. conveniunt; sed annus regni cum Indictione anno Chr. 978, annus autem imperii anno Chr. 980 respondet. Hunc ultimum excludit expeditio italica Ottonis II. iam mense Novembr. 980 coepta: annum 979 vetat assumere Hildiboldus cancellarius, qui, ex quo factus est episcopus (wormatiensis), in subscriptionibus constanter vocatur: Hildiboldus episcopus et cancellarius. Schannat in hist. wormat. 327. suspicatur eum an. ch. 979. 5. Jan. episcopum consecratum esse, cum antea esset regius cancellarius. Hinc superest, ut annum 978 verosimiliorem adoptemus.

c) Ineditum, memoratum autem a Friefs ap. Ludewig Geſchichte v. Würzb. 439.

CLII.

Anno 979. 10. Junii. Bruomade.

Otto II. imperator Monasterio Tegernsee, post desolationem eius diuturnam restaurato, mundiburdium suae defensionis, cum potestate eligendi abbatem et exemtione a teloneo, largitur.

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Licet nulla chronologicarum notarum annum Ch. 979 indigitet, cum indictio et annus imperii potius anno Ch. 978 respondeant,

Digitized by Google

Hiltiboldus tamen cancellarius initio anni 979 episcopus Wormatiensis factus, (cnfr. Schannat Hist. Wormat. p. 327.) ac historia Ottonis II. huius anni non sinunt nos recedere ab anno expresso 979. In anno regni manifestus irrepsit error calami, omisso num. V. ante IIII., cum scribendus fuisset annus XVIII.

c) Editum in Hund. metrop. III. edit. Mon. 395. edit. Rat. 273 et in Mon. Boic. VI. 154.

CLIII.

Anno 979. 14. Octob. Radasponae.

Otto II. imperator Wolfkango Reganespurgensi episcopo eiusque ecclesiae territorium quoddam terminis designatum, ad VI. regales mansos extensum, ex utraque Erlaffae ripa, donat, ut inter duas Erlaffas, maiorem et minorem, in loco Zwisila castrum contra Ungrorum infestationem construi possit.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Si erga diuinis cultibus mancipata loca propter amorem dei eorumque in eisdem locis sibi famulantibus benefitia oportuna largimur. praemium nobis apud deum in aeterna beatitudine recipere confidimus. Proinde notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus nostris presentibus et futuris quia uir uenerabilis Uuolfkangus reganespurgensis aecclesiae episcopus quae est constructa in honore sancti Petri principis apostolorum nec non et sancti Emmerami martyris christi adiens celsitudinem culminis nostri. innotuit auctoritati nostrae in terra quondam auarorum iuxta fluviolum qui Erlaffa dicitur locum quendam esse qui steininachiricha nominatur. quem per multa annorum curricula desertum ipse

de bauuaria missis colonis incoli fecit. Qui vt tutiores ibi ab infestatione ungrorum manere possent. petiit nostram serenitatem locum quendam inter majorem et minorem Erlaffam situm ubi ipsi conueniunt castellum ad construendum qui vocatur *Zuisila*. Huius deprecationem propter diuinum amorem et reuerentiam sanctorum praedictorum libenter annuimus. et ipsum locum perpetuo possidendum eidem concessimus ecclesiae. ab eo loco uidelicet ubi praenominati fluvioli confluvnt usque in ibisam. ubi ipsum flumen huic confluvio Erlaffarum proximum est. et sursum versus per litus ibisae usque in riuum qui dicitur Zucha. Et per hunc usque in montem qui dicitur sclauanice rvznic. Ab orientali autem parte litus majoris erlaffae usque in montana propter munitionem locorum huic donationi terminum statuimus. et quicquid nostri juris est ad donandum infra hos terminos. ad sanctum Petrum. sanctumque Emmeramum perpetuo jure contradimus. Et si minus quam VI, regales mansi arabilis terrae nostri iuris infra terminos praescriptos inveniatvr. vbi proxima iuxta praedictum castelli locum habeamus ex utraque ripa Erlaffae suppleatur. Has itaque res et quicquid in posterum siluarum extirpatione omnique alia cultura amplificetur. absque ullius personae obstaculo. cultis et incultis. quaesitis et inquisitis. aedifitiis pratis. pascuis. siluis. aquis aquarumque decursibus. riuis ac riuaticis. molendinis. piscationibus uiis et inuiis. omnibus ad iam dictum terminum iuste legitimeque appertinentiis. ad ipsius ecclesiae utilitatem firmiter tradidimus. Ita uidelicet vt supra memoratae sedis rectores ob ecclesiae commoditatem liberam habeant potestatem faciendi quicquid elegerint. Et ut nostrae largitionis auctoritas firma perseueret. Anuli nostri Inpressione sigillari iussimus.

Hildibaldus episcopus et cancellarius ad uicem UUilligisi archi cappellani notaui.

Signum Domni Ottonis magni et inuictissimi imperatoris Augusti (*Monogramma*).

L. S. (S. R.)

Digitized by Google

Data. II. idus. octob. Anno dominicae Incarnationis DCCC. LXX. VIIII. Indictione VI. Anno uero regni secundi ottonis XV. Imperii autem VIIII. Actum radasponae In dei nomine feliciter amen.

a) Sigilli impressi sola remansit cera ex materia durissima nonnisi vi destruenda, deletis omnibus sigilli ipsius vestigiis.

b) Excepto anno Ch. indicato et indictione VI., quae currebat anno 977. ab octob. et 978., reliquae notae chronologicae nimirum annus regni et imperii secum ferunt rasuram, et alter etiam renovatam scripturam. Ex instrumento Brixinensi sequentis diei apparet, scriptum aut scribendum antea fuisse regni an. XVIII. (vel pot. XVIIII) imperii XII. Caeterum duplex atramentum, quo instrumentum conscriptum est, sicuti locus ineptus subscriptionis cancellarii, singularia sunt, et indicant actum a dato saltem integro biennio distare.

c) Editum saepius. Pez. thes. I. III. 66. Hund. metr. ed. Monac. I. 252. II. 372. ed. Rat. I. 168. II. 259. Lünig spicil. eccl. III. Theil. 650. Libr. Prob. S. Emmer. 116. n. 46. cum descriptione originalis. Ried cod. dipl. rat. I. 106. num. 113.

CLIV.

Anno 979. 25. Octobr. Salaveldon.

Otto II. imperator Sabianensi Episcopo, Alwino, curtem Fillac, (Villach) in regione Karintana, in Comitatu Hartwici, quam in beneficium habuit, ad dies vitae imperatoris, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria.

Digitized by Google

qualiter quidam noster fidelis sanctae sabianensis aecclesiae episcopus nomine albwinus. per interuentum fidelissimi et dilecti ducis ottonis nepotis nostri et fidelissimi episcopi ratisponensis aeclesiae uuolfgangi. nostram celsitudinem rogauit. ut quandam curtem quae uocatur fillac in regione karintana in comitatu hartvuici sitam quam in beneficium ei donatum habuimus per precepti nostri donationem diebus uitae nostrae confirmaremus. Cuius peticioni per interuentum prenominati ducis et episcopi et fidelitatem eiusdem episcopi assensum prebentes ut securius praedictam curtem fillac et castellum cum aecclesia inibi constructa cum omnibus adpertinentiis teneret. terris cultis et incultis. uineis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. nemoribus. venationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. pontibus. salinarum fontibus. uiis et inuiis. exitibus. et reditibus. quesitis et inquirendis. et per omnia sicut illa die tenuit. et sicut tunc ad suam manum serviuit. quando pro precepto per predictos uiros nos interpellauit ita concessimus et confirmauimus illi per huius precepti donationem et confirmationem diebus uitae nostrae ut eam possideat et teneat et omnem tributum et seruicium quod heinrico ad eandem curtem ex benefitio militum suorum persoluebatur. prenominato episcopo deinceps ex integro persoluatur. Et ut haec auctoritas firmior et stabilior in futurum permaneat. hoc preceptum inde conscribi manuque propria subtus notatum sigilli nostri inpressione jussimus assignari.

Signum Domni Ottonis inuictissimi *(Monogramma)* imperatoris Augusti.

Hildiboldus episcopus et cancellarius ad uicem Uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

(S. R.)

Data IDUS OCT. Anno dominicae incarnat. DCCCC LXX VIIII. indict. VI. Anno V. regni eodi. Ottonis XVIII. Imperii autem XII. Actum salaveldon amen.

a) Ex Originali, quod redditum est.

b) Notae chronologicae non exacte inter se concordant. Cnfr. 14. Octob. huius anni.

c) Ineditum quidem, extractum tamen invenitur apud Resch. Annales ecclesiae Sabionensis Tom. III. 547, ubi eaedem notae chronologicae afferuntur, cum specimine sigilli, monogrammatis et signi recognitionis Tab. XII. ad pag. 342.

CLV.

Anno 980. 28. April. Triburis.

Otto II. imperator Ottoni Karientinorum ac Voeronensium Duci V. hobas regales in villis Otmanica, Blasindorf, Gnevuotindorf, Racozoloch et Gasilich, sitas in regimine ac comitatu Hartwigi comitis et in pago Karintriche, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria qualiter nos ob petitionem et interuentum dilectae coniugis nostrae theophanu imperatricis augustae caro aequinoco nostro Ottoni Karientinorum videlicet ac voeronensium duci nostrae proprietatis quinque hobas regales in regimine ac comitatu hartvuigi comitis et in pago Karintriche dicto sitas ac uillis Otmanica, et blasindorf. gnevuotindorf. racozoloch. Gasilich. inibi dictis iacentes cum omnibus rebus illuc rite aspicientibus in mancipiis vtrius-

Digitized by Google

que sexus. aedificiis. areis. terris. cultis et incultis. pratis. campis. pascuis. siluis. et vineam vnam cum cultoribus illis et hobis in quibus habitant. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. Molendinis. viis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quae dici adhuc aliquomodo aut nominari possunt a nostro iure in ius illius concessimus atque ad integrum hac nostrae dominationis auctoritate in proprium tradidimus. Ea uidelicet ratione vt praefatus aequiuocus noster otto dux liberam deinceps de eodem praedio faciendi quod velit potestatem habeat siue illud tradere aut commutare. vel vendere. seu magis sibi retinere voluerit. Et vt haec nostrae donationis traditio in futuris temporibus firmior a cunctis fidelibus credatvr hoc nostrae celsitvdinis praeceptum inde conscribi manuque propria subtus notatum sigilli nostri inpressione iussimus subsignari.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) inuictissimi **Imperatoris augusti.**

Hildiboldus episcopus et cancellarius ad uicem uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data IIII. Kal. Mai. Anno dominicae incarnationis DCCCC LXXX. Indictione VII. Anno vero regni secundi ottonis XVIIII. Imperii autem XIII. Actum triburis in dei nomine feliciter amen.

a) Sigillum impressum in superiore parte fractum, sed totum adhuc conspicuum, quia eius fragmentum parti maiori panno triplicato est adglutinatum.

b) Excepta indictione, quae erronee dicitur VII. loco currentis VIII., omnes notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CLVI.

Anno 981. 2. April. Romae.

Otto II. imperator Monachis Scti Emmerammi praedium Scierstat, in pago Nortgouui, in suburbano (suburbio) Reginae civitatis, in comitatu Heinrici, in proprium concedit, cum illud a quodam Judaeo comparassent.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente Clementia imperator augustus. si erga loca diuinis cultibus mancipata propter dei amorem in eisdem locis domino famulantibus quiddam conferimus beneficii. praemium nobis apud deum aeternae remunerationis rependi non diffidimus. proinde comperiat omnium fidelium sanctae dei aecclesiae nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum sollertia. quia per interuentum cari nepotis nostri Ottonis ducis. et uenerandi praesulis Wolfkangi. nec non et amabilis ramuoldi abbatis. quoddam praedium scierstat nominatum. in pago Nortgouui. in suburbano reginae ciuitatis. in comitatu heinrici. in proprium concessimus ad sanctum dei martirem emmerammum et monachis inibi deo seruientibus. quod idem nostro permissu ex quodam iudeo samuhel dicto in anterius praetio comparauerunt. curtilibus. terris. pratis. pascuis. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. siluis. cultis. et incultis. quaesitis et inquirendis. et omnibus rebus illuc rite pertinentibus. eo etiam tenore isdem (iisdem) fratribus potestatiue habendum. uel commutandum. sicuti ceteras possessiones aecclesiae. Nullo contradicente uel inquietante. Et ut hoc imperiale auctoritatis nostrae praeceptum firmius habeatur. et in posterum uerius credatur. hanc cartam conscribi iussimus. anulique nostri inpressione assignatam. manu nostra subtus roborauimus.

Signum domni Ottonis magni et invictissimi imperatoris Augusti. *(Monogramma)*

L. S.

(S. R.)

Hildiboldus episcopus et cancellarius ad uicem uuilligisi archicappellani notaui.

Data IIII. Non. april. Anno dominicae incarnationis DCCCC. LXXXI. indictione VIIII. Anno uero regni secundi ottonis. XXI. imperii autem XIIII. Actum roma.

a) Sigilli impressi, quod periit, remansere vestigia in macula cerae residua, circa foramen et in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant, anno regni per anticipationem unius mensis et aliquorum dierum numerato.

c) Editum in Pez Thes. I. III. 58. Lünig spicileg. eccl. contin. III. 108. Libro Probat. Scti Emmer. 121. n. 48. Ried Cod. dipl. Rat. I. 108. n. 115.

CLVII.

Anno 983. 1. Junii. Veronae.

Otto II. imperator ecclesiae S. Lamperti territorium quoddam, iugera tria in monte Carentano et decem iugera pratorum iuxta flumen glana, donat, addita sui mundiburdii defensione et exemtione a iudiciaria potestate.

Chrismon.) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto di-

Digitized by Google

uina fauente clementia imperator augustus. si aliquid de nostrae magnitudinis regia uel imperiali munificentia dei aecclesiis emolumenti pro stabilitate illarum conferimus procul dubio id in mercede proprium habemus quapropter omnium fidelium nostrorum animaduertat industria tam presentium quam post futurorum qualiter nos interuentu ottonis et ammonitione carentorum ducis quoddam nostrae proprietatis spatium capiens ex omni parte siue in longitudine siue in latitudine iugera tria in monte carentano cum dimidia parte ligni illius montis in latere positi cum decem iugeribus pratorum iuxta flumen glana iacentium ad aecclesiam sancti lanberti martiris qualicumque supra dicti montis parte excepta nostra regali sede inibi sancto lanberto seruientibus placuerit perpetuo possidendum tradidimus atque delegauimus. cum exitibus et reditibus et cum omnibus utilitatibus ad prefata iugera pertinentibus ea ratione ut nemini quicquam in eadem aecclesia deo militantes inde debeant nisi quod ad dei seruitium spectat. sed ipse locus et in eodem loco deo et sancto lantberto militaturi sub nostri sint mundiburdii defensione suscepti. Ita uidelicet ut nullus iudex publicus uel quislibet ex judiciaria potestate in aecclesias aut loca uel agros seu reliquas possessiones quas uel nunc idem locus sancto lantperto donatus possidet. vel quae deinceps in jus ipsius diuina pietas uoluerit augeri. ad causas audiendas. uel freda exigenda. aut mansiones. uel paratas faciendas aut fidejussores tollendos. aut homines ipsius ecclesiae Injuste distringendos. aut ullas redibitiones. sev inlicitas exactiones requirendas. vllo umquam tempore ingredi audeat. vel ea quae supra memorata sunt penitus exigere praesumat. sed liceat rectoribus loci supra memorati fratribusque in eodem loco christo et sancto lantberto militaturis omnia ad eum pertinentia sub emunitatis nostrae defensione quieto ordine possidere atque pro incolomitate nostra nec non et stabilitate regni nostri domini clementiam iugiter exorare. Et ut haec auctoritas. nostris futurisque temporibus domino protegente ualeat inconuulsa manere. manu propria subter eam firmauimus. et anuli nostri impressione assignari iussimus.

Digitized by Google

Signum Domni Ottonis inuictissimi (*Monogramma*) Imperatoris Augusti.

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicapellani notaui.

L. S.

(S. R.)

Data kalendis Junii Anno incarnationis domini DCCCC LXXXIII Regni Ottonis secundi XXV. Imperii autem XV. Indictione XI. Actum feliciter verona amen.

a) Sigillum impressum nonnihil laesum, integrum tamen superest et bene expressum.

b) Ex notis chronologicis Indictio respondet anno Ch. 983 indicato, annus regni duobus annis anticipatus, econtra annus imperii sex fere mensibus decurtatus est; si communior notariorum calculus valuerit observari, qui fidei historicae magis faveat. cnfr. Neugart Cod. dipl. Alaman. I. 630 sq. not. n., qui duplicem annum regni Ottonis II. epocham probat.

CLVIII.

Anno 983. 5. Junii. Veronae.

Otto II. imperator donationem locorum Alpurc et Perc, in pago Chumahgeuui, in comitatu Liutpoldi, a Willibaldo et uxore eius Heilrad monachis Scti Emmerami Ratisponae factam, renovat et confirmat.

In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto di-

uina dispensante clementia imperator augustus. nótum fieri cupimus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet ac futuris qualiter quidam mercator noster Uuillihalm dictus a predecessoribus nostris libertate donatus. et uxor eius heilrad uocitata. tradiderunt ad sanctum emmerammum in ratesponensi ciuitate et monachis inibi deo seruientibus quicquid predii et mancipiorum tunc in tempore habuerunt. exceptis quatuor mancipiis. pro animarum suarum remedio ac mercedis aeternae desiderio. ea vero pactione ut suae finetenus uitae potestatiue usui potirentur uiuendi. Post amborum de hac luce discessum integre pertinerent ad sanctum emmerammum fratribus seruiendum. quod ita factum est. publice testium affirmatione et iure iurando qui eidem traditioni praesentes interfuerunt. similiter et primi judices comitatuum banno constricti et iuramento idem testificati sunt. Haec sunt loca. id est alpurc et perc cum mancipiis. in pago tovnahgeuui. in comitatu liutpoldi. Nos uero haec audientes propter amorem dei. et sancti Emmerammi. et per uenerabilis Uuolfkangi reginensis episcopi petitionem. nec non et ramuoldi eiusdem coenobii abbatis fidelis nostri interuentui satisfacientes. hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renouauimus. et eadem loca cum appenditiis suis hoc est curtilia cum aedificiis. villis. et casis. uineis. et vinitoribus. agris. pascuis. siluis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. mobilibus et inmobilibus. quaesitis et inquirendis. mancipiis utriusque sexus exceptis supra dictis. IIII. omnique legitima cautione ad altare sancti emmeramni martyris et fratrum usibus seruienda cum omni integritate concessimus nemini contradicente vel fiscalis potentiae siue alicuius consanquinitatis eorum contradictione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma ac stabilis permaneat in futuris temporibus hoc presens preceptum iussimus inde conscribi. et anuli nostri inpressione sigillari. et subtus manu propria corroborauimus.

Signum Domni Ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti. (*Monogramma*).

L. S.

(S. R.)

Digitized by Google

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicappellani notaui.

Data Non. Iun. Anno incarnationis domini DCCCC. LXXXIII. Regni secundi ottonis XXV. imperii autem XV. indictione XI. Actum feliciter Ueronae amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio currens et anni completi ante aliquot menses tum regni, iuxta epocham priorem ab an. 957 post sept. coepti, tum imperii, respondent anno Ch. notato 983.

c) Editum saepius, in Hund. Metr. II. edit. Monac. 373. edit. Rat. II. 259. Pez thes. I. III. 60. Lunig spicileg. eccl. III. 650. Probat. S. Emmer. 125. n. 50. Ried Cod. dipl. Rat. I. 110. n. 117.

CLIX.

Anno 983. 5. Junii. Veronae.

Otto II. Imperator donationem curtilium infra et extra murum civitatis Ratisponae et Puchilingae et Ekkoluuinguae, in pago Tounahgeuui, in comitatu Pabonis, ad sanctum Emmerammum a Willihalmo et uxore eius Heilrad factam, renovat et confirmat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto diuina dispensante clementia imperator augustus. Notum fieri cupimus omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet ac futuris. Qualiter quidam mercator noster vuillihalmus dictus a predecessoribus nostris libertate donatus. et uxor eius heilrad vocitata tradiderunt ad sanctum Emmerammum in ratesponensi ciuitate et monachis inibi deo seruientibus. quicquid predii et mancipiorum

Digitized by Google

tunc in tempore habuerunt. exceptis quattuor mancipiis. pro animarum suarum remedio ac mercedis aeternae desiderio. ea vero pactione ut suae finetenus uitae potestatiue usui potirentur uiuendi. Post amborum de hac luce discessum integre pertinerent ad sanctum Emmerammum fratribus seruiendum. quod ita factum est publice testium affirmatione et iure iurando qui eidem traditioni praesentes interfuerunt. similiter et primi iudices comitatuum banno constricti et iuramento idem testificati sunt. Haec sunt loca. id est curtilia infra murum et extra praedictae urbis aedificiis (aedificia) siue aliter possessa. et praedia huic adiacentia. et puchilinga. et ekkoluinga cum mancipiis. in pago tovnahgevui. in comitatu pabonis. Nos vero haec audientes. propter dei amorem et sancti emmerammi. et per venerabilis vuolfkangi reginensis episcopi petitionem. nec non et ramuoldi eiusdem coenobii abbatis fidelis nostri interuentui satisfacientes. hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renovauimus. et eadem loca cum appenditiis suis *hoc est curtilia* cum aedificiis. villis. et casis. uineis. et vinitoribus. pomariis, agris. pascuis. siluis. aquis. piscationibus. molendinis. mobilibus et inmobilibus. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. mancipiis utriusque sexus. exceptis supradictis IIII. omnique legitima cautione ad altare sancti Emmerammi martyris. et fratrum usibus seruienda cum omni integritate concessimus. nemini (nemine) contradicente uel fiscalis potentiae persona siue alicuius consanquinitatis eorum conditione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma ac stabilis permaneat in futuris temporibus hoc praeceptum praesens iussimus inde conscribi. et anuli nostri inpressione sigillari. et manu propria subtus corroborauimus.

Signum domni Ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti. (*Monogramma*).

L. S.

(S. R.)

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicappellani notaui.

Digitized by Google

Data Nonas Iunii Anno dominicae incarnationis. DCCCC. LXXXIII. regni uero secundi ottonis XXV. Imperii autem XV. Indictione XI. Actum feliciter Ueronae amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio currens et anni completi ante aliquot menses, tum regni iuxta epocham priorem ab an. 957 post sept. coepti, tum imperii, respondent notato an. ch. 983.

c) Saepius editum est. Pez thes. I. III. 59 Libro Probat. S. Emmerammi. 123. n. 49. Ried Cod. Rat. I. 109. n. 116. Specimen eius exhibetur in Chronico Gottwic. I. ad p. 194.

CLX.

Anno 983. 5. Junii. Veronae.

Otto II. imperator donationem loci Atasfeld, in pago Nordgeuue, in comitatu Heinrici, a Willihalmo et uxore eius Heilrat monachis S. Emmerammi factam, renovat et confirmat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Nouerint omnes fideles nostri praesentes scilicet et futuri. qualiter mercator quidam noster vuillihalm dictus. a prodecessoribus (predecessoribus) nostris libertate donatus. et uxor eius heilrat vocitata. tradiderunt ad sanctum emmerammum et monachis inibi deo seruientibus atasfeld pro animarum suarum remedio. ac mercedis aeternae desiderio. ea uero pactione ut suae finetenus vitae potestatiue usui potirentur uiuendi. post amborum de hac luce discessum integre pertineret ad sanctum emmerammum fratribus seruiendum. quod ita factum est. publice testium affirmatione. et iureiurando qui eidem traditioni praesentes fuerunt. similiter et primi iudices comitatuum panno

Digitized by Google

constricti. et juramento idem testificati sunt. hoc est predictus locus atasfeld. cum mancipiis vtriusque sexus. in pago nordgeuui. in comitatu heinrici. Nos uero haec audientes propter dei amorem et sancti emmerammi. et per uenerabilis vuolfgangi reginensis episcopi petitionem. nec non et ramuoldi abbatis fidelis nostri interuentui satisfacientes. hanc traditionem imperiali auctoritate nostra renouauimus. et eundem praedictum locum cum omnibus appendiciis suis hoc est. curtilibus. cum aedificiis. pomariis. agris. pascuis. silvis. pratis. aquis. mobilibus et inmobilibus. exititibus et reditibus. quesitis et inquirendis. omnique legitima cautione ad altare sancti emmerammi martyris. et fratrum usibus seruienda cum omni integritate concessimus. nemini (nemine) contradicente. uel fiscalis potentiae persona. siue alicuius consanguinitatis eorum conditione. Et ut haec concessionis nostrae auctoritas firma ac stabilis permaneat in futuris temporibus. Hoc praesens praeceptum *iussimus* inde conscribi. et anuli nostri inpressione sigillari et subtus manu propria corroborauimus.

Signum Domni Ottonis magni et inuictissimi imperatoris augusti. (*Monogramma*)

L. S.

(S. R.)

Hildiboldus episcopus et cancellarius uice uilligisi archicapellani notaui.

Data Nonis Junii. Anno dominicae incarnationis. DCCCC. LXXXIII. regni vero secundi ottonis. XXV. Imperii autem XV. Indictione. XI. Actum feliciter Veronae.

a) Sigilli impressi, quod periit, sola remansit cerae macula, circa foramen et in membrana superincumbente apparens.

Digitized by Google

b) Indictio currens et anni completi ante aliquot menses, tum regni, iuxta epocham priorem ab an. 957 post sept. coepti, tum imperii, respondent anno chr. notato 983.

c) Editum in Pez. thes. I. III. 61. et Libr. Probat. S. Emmer. 127. num. 51.

CLXI.

Anno 983. inter 5. et 17. Junii. Veronae.

Otto II. imperator Popponi Episcopo Wirceburgensi proprietatem suam in Scheikbach, in pago Salogouue, in comitatu Adalberti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia imperator augustus Animaduertat omnium fidelium nostrorum fidelium tam presentium quam postfuturorum industria qualiter nos ob petitionem bobponis episcopi et interuentu hugonis nostri capellani et pro spe aeternorum premiorum ad aecclesiam sancti chiliani martiris quae in uuerciburg contructa (conструcta) cognoscitur quicquid proprietatis in loco qui dicitur scheikbach sito in comitatu adalberti comitis in pago salogouue habere uisi sumus totum sine aliqua diminutione dedimus atque cum omnibus utilitatibus ad predictam proprietatem pertinentibus uidelicet quaesitis et inquirendis cultis et incultis uiis et inuiis exitibus et reditibus uineis pratis pascuis siluis aquis aquarumque decursibus molendinis mancipiis utriusque sexus piscationibus pastionibus de nostro iure in ius supradictae aecclesiae tradidimus Ea ratione ut eiusdem aecclesiae rectores potestatem habeant inde facere quicquid eis iuste placuerit et ne alicui aliquid seruitii debeant nisi quod dei seruitium spectat Et ut haec nostrae traditionis carta firma stabilisque permaneat hoc nostrae auctoritatis munimem super sua stabilitate scribi iussimus et propria manu subtus notando inpressione nostri sigilli iussimus roborari.

Digitized by Google

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* Inuictissimi Imperatoris augusti.

L. S.

Hiltеboldus episcopus et Cancellarius uice uuillegisi archicapellani recognoui.

Data anno dominicae incarnationis DCCCC LXXXIII. Indictione XI. anno uero domni secundi Ottonis XXV. Imp. autem XV. Actum Ueronae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio respondet anno Ch. notato 983, cui non convenit annus *regni* communis, nec annus imperii currens: concordant tamen notae chronologicae omnes, si assumatur epocha regni prior an. ch. 957 post sept. incepta, et uterque annus regni et imperii iam completus. Mensis et dies non sunt expressi, sed locus eorum vacuus est. Veronae imperator Otto II. morabatur saltem a 5. usque ad 17. Junii 983.

c) Ineditum, memoratum autem a Eries apud Ludewig Geſchichtſchr. v. Würzb. 439.

CLXII.

Anno 985. 30. Septemb. Babenbergae.

Otto III. rex Piligrimo Pataviensi praesuli ad reparandum damnum, quod hucusque passus est eius episcopatus, concedit, ut coloni eius in locis, sitis in marca Liutbaldi comitis, a districtione ministerialium regni et ipsius marchionis sint absoluti, nisi ab extraneorum pulsati reclamationibus ad placitum ire compellantur.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto

diuina fauente Clmentia rex. Notum sit cunctis tam presentibus quam et futuris Christi fidelibus qualiter Piligrimus sanctae patauiensis aecclesiae uenerabilis praesul episcopatus sui pertinentiam in orientali plaga barbarorum limiti adiacentis. creberrima eorum deuastatione infestari. nostrae conquestus est pietati. a quibus etiam barbaris moderno nostri quoque regni tempore miserabi lamentatione adiecit. tam inrecuperabili se damno lesum. in interfectione et direptione aecclesiae suae familiae. praeter innumerabilia depraedationum. et incendiorum dispendia. ut absque habitatore terra episcopii solitudine siluescat. Cuius pernitiossimam iacturam. munificentiam nostrae liberalitatis huiusmodi solari iuuamine. pro nostrae aeterno praecatus est animae remedio. quatenus uidelicet ingenui qui ex inopia seruorum in locis aecclesiastici patrimonii constituantur coloni quicquid nostrae publicae exactioni iudiciaria potestate deberent. ad pristinae restauratiorem culturae suis largiremur usibus. His igitur moti quaerelis. mixtimque interuentionibus allubescentes suspiciendae reuerentiae theophanu. domnae matris nostrae semper augustae. amborum nepotum nostrorum heinricorum. ducum scilicet bauuariae. ac carintanae regionum. postulata eo tenore concessimus. ut liberi cuiuscumque conditionis sint qui destinantur coloni. in locis pertinentibus ad sanctae patauiensis aecclesiae praesulatum. in honore beati Stephani protomartyris constructum. et dedicatum ubi sanctus ualentinus et maximilianus confessores christi corpore requiescunt. sitis in marca actenus (hactenus) liutbaldi comitis. a nostrorum ministerialium deinceps sint districtione absoluti. et quicquid noster publicus fiscus ab illis exigere. uel percipere poterit. hoc totum in cunctis aduocato praefatae aecclesiae potestatiue exigendum. et percipiendum. ad iam dicti pontificis piligrimi. successorumque suorum utilitatem. perpetim condonamus. Nec pro ulla alia occasione. aut uadium soluere. aut ad comitatum ire. a marchione. uel aliqua iudiciariae potestatis persona cogantur. nisi ea lege. uel iure. quo aecclesiastici serui ab extrancorum pulsati reclamationibus pro satisfacienda iusticia ad placitum ire compelluntur. Et ut haec auctoritas nostra. praesentibus futurisque temporibus domino protegente ualeat inconuulsa manere. manu pro-

Digitized by Google

pria subter firmauimus. anulique nostri impressione signari iussimus.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* gloriosissimi regis.

Hildibaldus episcopus ad uicem uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data pridiae (pridie) Kal. octob. anno dominicae incarnat. DCCCC. LXXXV. indictione XIIII. Anno autem tertii ottonis regnantis secundo. Actum babenberge feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, bene expressum ac optime conservatum.

b) Indictio dicta caesarea, a fine sept. coepta, et annus regni concordant cum anno chr. notato 985.

c) Editum ap. Hund. metr. I. edit. Mon. 361. edit. Rat. 240. Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 769. et Hansiz german. sac. I. 227., in quibus erronee legitur militum pro mixtim; denique a Buchinger Gesch. v. Pfeffen 496.

CLXIII.

Anno 986. 9. April. Polide.

Otto III. rex comiti Oudelrich viginti novem mancipia, nominibus expressa, donat, quae lege parservorum (parscalcorum) perfruantur.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis otto diuina

fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum praesentium ac futurorum industria qualiter nos per interuentum dulcissimi fratris nostri heinrici bauuariorum ducis. Cuidam fideli nostro comiti ovdelrich nuncupato. nostra mancipia ei in ius atque in proprium condonauimus. ob interuentum eiusdem praefati ducis. eidem comiti. quae hic subnotantur. et quorum nomina hoc precepta (precepto) recitantur. Uolcrat. Hildimar. Dietrich. Sigihart. Dietrich. reginhart. engilscalch. reginhart. Liutolt. Dietrich. Adalpreht. sigihart uuillihalm. ovdelrich. Dultinc. reginhart. huno. uolchrat. uuolfhetin. reginhoh. uolrat. adalgrim. uolrat. sigihart. luitolt. heripreht. uolrat iter(*um*) uolrat. ut *tam ipsa quam successores* eorum ab hodierna die ac deinceps tali lege perfruantur. ut caeteri parseruī in potestatem eidem (eiusdem) praefati comitis donauimus. ut quicquid libitum siet (sit) ei exinde faciendum. habendi. donandi. tradendi. commutandi. absque ullius irrumpentis obstaculo. Decreuimus namque ut eidem praefato comiti supra dicta nostrae auctoritatis conscriberentur. per quae uolumus atque iubemus ut haec dominatio (donatio) nostra firma stabilisque permaneat. Et a fidelibus nostris per futura tempora uerius atque diligentius obseruetur. ac credatur. manu propria nostra subtus eam confirmauimus. anulique inpresione nostri muniri atque confirmari praecipientes.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* gloriosissimi regis.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data V. IDVS APRILIS. anno dominicae incarnationis DCCCC LX(XXV)I. indictione XIIII. anno autem tertii Ottonis regnantis tertio. Actvm polide feliciter amen.

a) Sigilli impressi sed fracti supersunt nonnisi pars dimidia inferior, et inscriptionis ultimae litterae: E X.

Digitized by Google

b) Praeter lacunas exesas reliquas, etiam in anno chr. duo numeri X. et num. V. exesi sunt, qui facillime ope indictionis ac anni regni restituuntur; nam hi exacte concordant.

c) Ineditum, ex archivo Eberspergensi desumtum.

d) Lacuna in medio contextus 10 — 12 litterarum sic explenda videtur: tam ipsa quam su; nam in originali remanent vestigia exesae litterae s.

CLXIV.

Anno 991. 19. Januar. Altsteti.

Otto III. rex monasterium aecclesiae in ciuitate Vizenburg, a *nobili viro* Bruno et eius coniuge Adilint *constructum*, pluribusque dotatum praediis circa fluvium Unstrut, in pago Hassago et in comitatu Burghardi comitis, sub regiam suscipit tuitionem, concessa abbatissae et advocati electione nec non exemtione a iudiciaria potestate.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Quicquid regia potestas pro diuino amore ecclesiis dei accomodauerit. id procul dubio ad praesentis uitae et regni statum ac perpetue beatitudinis praemia capesenda regali magnificentiae profuturum a cunctis fidelibus creditur. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentium ac futurorum nouerit industria. quomodo quidam nobilis uir Brun nominatus. et eius coniunx Adilint in ciuitate sua Vizenburg nuncupata sub honore dei et eius genitricis sanctae mariae semper uirginis. et reuerentiam sancti Dionisii martyris ecclesiam construxerunt. eamque cum consensu et comprobatione iustorum haeredum suorum. Amalungi videlicet et fratrum eius. Adalgeri. ac Herimanni. prae-

diis suis quibus uoluerunt firmiter dotauerunt. illuc dantes omnes areas quas abbatissa eidem ecclesiae modo praesidens Thietburg nominata aliaeque sanctimoniales deo ibi seruientes in occidentali parte ecclesiae intra et extra ciuitatem usque ad fluuium Vnstrut uocatum ornatu aedificiorum comprehensas habent. et predia sua quae habuerunt In uillis. liedenstedi. Zidici. Vuidri. Zirtouua. dictis. et in uilla. grodisti octo mansos. et in uilla Zuchibuli sex mansos. et dimidiam. et in uilla Reginheresdorf nouem mansos. in orientali parte fossae ubi aqua antea fluxit. In pago. Hassago uocato. ac comitatu Burghardi comitis iacentia. cum omnibus utensilibus ad eadem praedia rite pertinentibus In mancipiis utriusque sexus. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quae adhuc dici aliquomodo aut nominari possunt. Pro rei tamen firmitate rogauerunt celsitudinem nostram vt eandem ecclesiam cum suis pertinentiis sub nostram defensionem et mundeburdium susciperemus. Nos uero ob uotum dilectae genitricis nostrae Theophanu scilicet imperatricis augustae, et interuentum fidelium nostrorum Berenhardi ducis. et Egberti comitis. piis petitionibus eorum benignum assensum praebentes praefatam ecclesiam et omnia quae illuc a praescripto Brun. et eius coniuge Adilindae (Adilinda) uel ab aliis tradita seu tradenda sunt sub nostram regiam tuicionem et mundiburdium suscepimus. volentes ac regio edicto ad integrum praecipientes. ut eadem iam dicta Thietburg abbatissa quae nunc praeest huic ecclesiae abbatiam eandem ad usum uitae suae teneat. et post eius obitum illa sanctamonialis quae in eodem monasterio ex genere praelibatae Adilindae prouectioris etatis inueniatur regimini ecclesiae quamdiu generatio eadem maneat constituatur. Et amalungus quem superius iam dicta abbatissa et sanctimoniales sibi aduocatum elegerunt quamdiu uixerit eiusdem ecclesiae aduocationem teneat. et ejus post mortem qui antiquior in materno suo genere inueniatur cum consensu abbatissae et sanctimonialium quae tunc uiuant in eadem ecclesia quamdiu generatio illa maneat ipsius aduocationis regimen susci-

Digitized by Google

piat. Et nullus dux uel comes aut publicus iudex uel exactor seu alia quaelibet iudiciaria persona in locis uel uillis praedictae Vizenburgesi ecclesiae modo traditis seu dehinc ab aliquibus tradendis aliquam potestatem habeat exercere. nisi aduocatus quem abbatissa eiusdem ecclesiae et sanctimoniales sub regula ibi degentes ad hoc opus et negotium constituerint. Vt autem haec nostrae confirmationis auctoritas et donatio praesenti ac futuro tempore inuiolabilis persistat. hoc nostrae dominationis regium praeceptum inde conscriptum. sigillo nostro signare iussimus. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus Episcopus et cancellarius uice uuilligisi Archiepiscopi recognoui.

Data XIIII. kalendas februarii. Anno dominicae incarnationis. DCCCC XCI. Indictione IIII. Anno autem tertii ottonis regnantis octauo. Actum Altstedi feliciter in dei nomine Amen.

a) Sigillum impressum illaesum et optime conservatum.
b) Omnes notae chronologicae concordant.
c) Ineditum. Desumtum ex archivo Bamberg.

CLXV.

Anno 993. 27. Januar. Trotmanniae.

Otto III. rex Christiano Pataviensis ecclesiae episcopo omnes eiusdem ecclesiae possessiones confirmat, nominatim exprimens abbatias Chremise munstiuri et Matahse, capellam Otinga, curtem Riuti.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto

Digitized by Google

diuina fauente Clementia rex. quia respicit ad regium ius pro diuino amore aecclesias dei exaltare et confirmare. ideo omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus. quomodo uir uenerabilis Christianus patauiensis aecclesiae episcopus ad nos uenit rogans et petens ut omnia a regibus uel imperatoribus aut ab aliis religiosis uiris uel feminis eidem aecclesiae tradita. nostrae auctoritatis donatione confirmaremus. sicut antecessores nostri reges et imperatores fecerunt. Cuius iustae peticioni pro animae nostrae remedio pium assensum praebentes. omnes curtes abbacias. aecclesias. uicos et uillas. et alia praedia cum suis pertinentiis ab aliquibus personis maioribus uel minoribus pro mercede aeternae retributionis praefatae aecclesiae tradita. hac nostrae praeceptionis auctoritate nouiter eidem aecclesiae donamus atque confirmamus. Et insuper nominatiue abbaciam quae dicitur Chremisemuntstiuri. cum suis omnibus pertinentiis. curtibus. uicis et uillis. aecclesiis. et aliis utensilibus illuc rite pertinentibus. in mancipiis utriusque sexus. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. agris. pratis. campis pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis, cunctisque aliis appendiciis quae dici possunt. Capellam quoque Otinga nominatam cum omnibus rebus ad eam rite aspicientibus. abbaciam Matahse. et curtem Riuti. cum aliis curtibus et pertinentiis. quae aliquo modo nominari possunt. similiter nostrae auctoritatis donatiuo hoc nouo. ad iam dictam patauiensem sanctam aecclesiam sub sua prouisorumque eius potestate perpetualiter habenda corroboramus. Et ut haec nostrae donationis confirmatio praesenti ac futuro tempore firma consistat. hoc praeceptum inde conscriptum nostroque sigillo signatum manu propria corroborauimus.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice Willigisi archiepiscopi recognouit

Data VI. kal. Febr. Anno dominicae incarnationis DCCCC. XCIII. indictione VI. Anno autem tercii Ottonis regnantis decimo. Actum Tradtmannie.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. edit Mon. 362. Ratisb. 241. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 769. Hansiz germ. S. I. 232.

CLXVI.

Anno 993. 6. Febr. Diaspurgo.

Otto III. rex ecclesiam Patauiensem regio solum honori vel imperatoriae dignitati subiectam declarans, ab omni ducum aliarumque potentum personarum coacto eximit servitio.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina faueute clementia rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus praesentibus scilicet atque futuris quomodo nos (*divinia m*)oris instinctu et fidelis nostri Cristiani patauiensis ecclesiae uenerabilis episcopi rogatu. quae semper non paruam molestiam perpessa est (*a ducibus qua*)si debitam inde exigentibus seruitutem eidem ecclesiae cui ipse iam dictus pontifex Christianus modo honorabiliter presidet suisque succ(*essoribus h*)ac nostrae auctoritatis donatione concedimus. ut nullus dehinc dux uel alia quaelibet potens persona de eadem ecclesia uel locis illuc pertinentibus (*seruitutem*) aliquo modo exigat debitam aut coactam tollere presumat. sed ipsa sub emunitatis nostrae regia defensione ab omni ducum aliarumque potentum personarum (*invito*) seruitio perpetualiter immunis consistat. excepto quod

Digitized by Google

regio honori uel imperatoriae dignitati praesens prouisor praefatae ecclesiae suique successores caritat(*iva*) mente iusteque impendere debent. Siquis uero huius nostrae dominationis praecepti uiolator extiterit. sciat se quasi transgressorem. regiae maiestatis et gratiae iure redargui et detrimentum pati. Et ut haec nostrae donationis concessio praesenti ac futuro tempore inuio(*labiliter per*)maneat. hanc nostrae celsitudinis Cartam inde conscriptam sigilli nostri imp(*ressione*) signare iussimus. manuque pro*pria* ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data VIII. idus febr. Anno dominicae incarnat. DCCCC XCIII. indictione VI. Anno (*autem tertii*) ottonis regnantis decimo. Actum diasburgo feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Hund. metrop. I. edit. Mon. 363. edit Ratisb. 241. Lünig spicileg. eccles. II. Thrl. 770. et Hansiz german. S. I. 231.

d) Membrana Diplomatis partim lacerata, partim lacunis locorum magni aliquando momenti exesorum referta est. Lacunas Gewoldus ap. Hund. l. c. invenit, sed aut non aut male supplevit, quae hic ex libris copialibus antiquissimis suppletae sunt.

Digitized by Google

CLXVII.

Anno 993. 15. Junii. Nordhusen.

Otto III. rex Sachsoni cuidam tres regales mansos in loco Gluzonis sclavi, Gluzengisazi dicto, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrum tam praesentium quam et futurorum industria quemadmodum nos ob petitionem et interuentum dilecti fratris ac fidelis nostri Heinrici bauariorum et karentinorum ducis. sachsoni cuidam de nostra *proprietate* dedimus. tres mansos regales. in loco ubi Gluzo sclauus habitare et diruere coepit. si ibi inueniantur. si autem numerus eorum ibi ad plenum inueniri non possit in proximis locis per circuitum ad regium ius aspicientibus nostra comprobatione et licentia sibi adimplendos concessimus. si autem in praedicto loco quem uulgari lingua nuncupant Gluzengisazi numerus trium regalium mansorum superabundauerit et transcendat totum quantum sit paruum siue magnum suo iuri in proprium tradidimus atque eosdem mansos regales cum omnibus utensilibus ad eos rite pertinentibus. in areis edificiis terris cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. Zidaluueida. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quae adhuc dici possunt ad integrum sibi in proprium tradidimus. Ea uidelicet ratione ut idem iamdictus sachso liberam dehinc de prefata proprietate sibi a nobis tradita faciendi quod uelit potestatem habeat siue eam tradere. uel commutare. aut uendere. seu magis sibi retinere voluerit. Et ut haec nostra donatio praesenti ac futuro tempore firma consistat. hoc praeceptum inde conscriptum *sigilli* nostri inpressione signare iussimus manuque ut infra uidetur corroborauimus.

Digitized by Google

Signum domni Otto (*Monogramma*) nis gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data XVII kalendas ivlii. Anno dominicae incarnationis DCCCC XCIII. Indictione VI. Anno autem tertii ottonis regnantis decimo. Actum. In ciuitate. Nordhuson. feliciter amen.

a) Sigillum, quod impressum erat, periit, sive potius destructum est, remanente eius indicio, duplici nimirum cerae macula, tam circa foramen, quam in parte membranae, quae sigillo ipsi superincumbebat.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum tantummodo ab Hundio sive potius a Gewoldo in addit. ad Hund. metr. l. inter monumenta Frisingensia in editione Monacensi an. 1620. p. 137. in edit. Ratisb. an. 1719 pag. 93. Meichelbeck in histor. Frising. illud aut ignoravit aut consulto neglexit.

d) Pessumdatum est istud instrumentum, nunc in aliquibus locis laceratum, quo pertinet parva lacuna: sigilli, faciliter suppleta, in pluribus locis detritum.

e) Apographum desuper extat in utroque libro cop. Fris. antiquissimo I. fol. 11. b. II. f. 104.

CLXVIII.

Anno 993. 12. Decembr. Tullide.

Otto III. rex Berenwardo Episcopo Wirciburgensi abbatiam Suarzaha (Schwarzach), a Ludewico rege Wirciburgensi ecclesiae traditam, ab illaque noviori tempore abstractam, reddit ac subiicit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto

Digitized by Google

diuina fauente clementia rex. Omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus qualiter uir uenerabilis berenvuardus vuirciburgensis ecclesiae episcopus. sese reclamauit ad nos de quadam abbatia suarzaha nominata. a pio rege ludeunico ad praedictam vuirciburgensem ecclesiam ubi sanctus Kilianus corpore requiescit. cum omnibus appenditiis suis tradita. et ad regularem uitam monachorum in dei seruitio semper ibi degentium. sua preceptione illuc mancipata. et confirmata. Et quia non longo iam tempore a quibusdam malignis quadam arguta calliditate ab ecclesiae iure iniuste abstracta esse dinoscitur. petiit celsitudinem nostram. ut nos denuo pro diuino amore eandem abbatiam regio nostrae potestatis dono eidem ecclesiae redderemus. et nostra praeceptione confirmaremus. Nos uero per suffragia fidelium nostrorum dilectae aviae nostrae adalheidis uidelicet imperatricis augustae. nec non et carae sororis nostrae sanctimonialis sophiae. ac vuilligisi mogontinae sedis uenerandi archipontificis. piae petitioni illius benignum assensum prebentes. praenotatam abbatiam et omnia illuc aspicientia. pro animae nostrae parentumque nostrorum remedio. hoc nouo nostrae potestatis regiae donatiuo eidem ecclesiae reddimus. et hujus nostrae praeceptionis regali auctoritate sub perpetuo iure praefatae ecclesiae et ipsius iam dicti berevuardi episcopi successorumque illius tenendam. et ab ipsis absque contradictione omnium personarum maiorum siue minorum. in diuina seruitute regendam. ac disponendam confirmamus. Ut autem haec noua nostrae auctoritatis donatio et inde facta confirmatio. a cunctis dei fidelibus inuiolabilis ultra obseruetur. hanc nostrae donationis praeceptionem inde conscriptam. sigillo nostro signare iussimus manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Digitized by Google

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data II. Idus decembris. Anno dominicae incarnationis DCCCCXCIII. Indictione VI. Anno autem tertii ottonis regnantis decimo. Actum tullide feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio communis et annus regni respondent an. Chr. notato 993.

c) Ineditum.

CLXIX.

Anno 993. 12. Decembr. Tullidae.

Otto III. rex Berenwardo, Episcopo Wirciburgensi, *loca* Niuwenstat, Hohenburg, Amerbach, Sluoderin et Murrahart, a Pipino et Carolo ecclesiae Wirceburgensi donata, sed subtracta, de novo assignat, et subiicit.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia rex. Si ecclesiis dei de nostra regia munificentia quod ad regale ius pertinet aliquid accommodauerimus id procul dubio ad aeternae uitae praemium et praesentis uitae statum nobis profuturum credimus. Proinde omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet. ac futurorum piae deuotioni pateat. qualiter vir uenerabilis berenvuardus sanctae vuirciburgensis aecclesiae episcopus. nostris obtutibus praesentauit praecepta regum. pippini uidelicet. et filii eius Karoli. in quibus continebatur. quommodo ipse praefatus pippinus rex ob petitionem bonifacii mogontinae sedis archiepiscopi capellano suo burghardo suae proprietatis loca tradidit. niuuuenstat. hohenburg. Amerbach. sluohderin. et murraharht nuncupata. ut ibi monasticam et regu-

Digitized by Google

larem uitam ordinaret et constitueret. Postea uero cum idem iam dictus burghardus. Zacharia papa et bonifacio archiepiscopo ordinantibus. vuirciburgensi ecclesiae praeficeretur episcopus. apud dominum suum Karolum regem rogatu fastradae reginae conjugis eius praescriptique bonifacii archipraesulis impetrauit. ut eadem loca cum omnibus appendiciis suis sancto Kiliano martiri praecioso ad integrum subderentur a se suisque successoribus perpetualiter tenenda. et secundum monasticam uitam regulariter ordinanda. sed quia praescripta loca iam dictus berenuuardus episcopus ab aecclesia sua quorundam factioso consultu iniuste ad tempus abstracta fuisse coram nobis fidelibusque nostris nimium conquestus est. diuini amoris primum instinctu commoti. postea quoque fidelium nostrorum. dilectae aviae nostrae adalheidis uidelicet imperatricis augustae. nec non et carae sororis nostrae sanctimonialis sophiae. ac willigisi mogontinae sedis uenerandi archipontificis iusto rogatu incitati. ad praedictam vuirciburgensem aecclesiam cui ipse uenerabiliter praesidet. pro animae nostrae parentumque nostrorum remedio. omnia loca superius praenotata cum rebus cunctis aspicientibus. hoc nouo nostrae potestatis regiae donatiuo reddidimus. et huius nostrae praeceptionis regali auctoritate confirmauimus. sub iure praedicti episcopi successorumque eius absque omni contradictione ad diuinam seruitutem perpetim tuenda. obtinenda. atque disponenda. vt autem haec noua nostrae auctoritatis donatio. et inde facta confirmatio. a cunctis dei fidelibus inuiolabilis ultra obseruetur. hanc nostrae dominationis praeceptionem inde conscriptam sigillo nostro signare iussimus. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uici willigisi archiepiscopi recognoui.

Digitized by Google

Data II. Idus decembris. Anno dominicae incarnationis DCCCC. XC.III. Indict. VI. anno tertii Ottonis regnantis decimo. Actum Tullidae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio ordinaria et annus regni concordant cum anno Ch. notato 993.

c) Editum latine ap. Leuckfeld, antiquitat. Pöldens. in append. 248. in versione germanica a Frisio ap. Ludewig Geſchichtſchreiber v. Würzb. 443. Partem eiusdem diplomatis, speciminis ergo, exhibet chronicon Gottwic I. ad p. 210.

d) Anachronismus, qui irrepsit in narratione episcopi Berenwardi, praedecessorem suum Burghardum primum episcopum Wirceburg. an. 753 mortuum, insuper Zachariam Papam an. 752 defunctum ac Sctum Bonifacium an. 755 martyrio affectum, contemporaneos adstruentis fastradae reginae non ante an. 783. Carolo M. regi desponsatae, non fidem autographi labefactat, sed in narratore, minime coaevo, post bina cum dimidio saecula vivente, *lapsum* memoriae arguit.

CLXX.

Anno 993. 31. Decembr. Palide.

Otto III. rex Berenwardo Episcopo Wirciburgensi decimam tributi, de partibus orientalium Francorum, vel de sclavis persolvendi, omnesque alias possessiones ecclesiae Wirciburgensi confirmat, addita exemtione a iudiciaria potestate.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto di-

Digitized by Google

uina fauente clementia rex. Omnium fidelium nostrorum. praesentium scilicet ac futurorum piae deuotioni pateat qualiter uir uenerabilis berenuuardus sanctae uuirciburgensis ecclesiae venerabilis episcopus. nostris obtutibus praesentauit praedecessorum nostrorum praecepta. pippini uidelicet Karlomanni et Karoli. aliorumque regum et imperatorum. In quibus continebatur. quomodo ipsi pro remedio animarum suarum ad praefatam ecclesiam in honore sancti Kiliani martyris constructam. omnem decimam tributi quae annuatim de partibus orientalium francorum uel de sclauis. quam uulgari lingua stiora vel osterstuofa vocant. ad fiscum dominicum per omnes terrae illius pagos et comitatus de qualicumque re persolui solita erat. suis praeceptionibus donassent. et insuper etiam omnem decimam quae a dominicis curtibus ingilenheim. neristein. cruzzinacha. et aliis sicut in praelibatorum regum vel imperatorum praeceptis scriptum inuenitur ad priuatum ius ipsorum pertinuit. eidem iam dictae ecclesiae sua auctoritate addidissent et confirmassent. Pro rei tamen firmitate memoratus episcopus petiit celsitudinem nostram haec omnia nostra confirmatione denuo corroborari. cuius rationabili petitioni ob interuentum carae auiae nostrae Adalheidis imperatricis augustae pium assensum praebentes. omnes donationes et confirmationes praescriptorum regum vel imperatorum aliorumque religiosorum uirorum nostrae munificentiae dono et praecepto nouiter confirmamus. Ad haec quoque sicut beato burgharto episcopo viro apostolico per praefatum regem pippinum est donatum. et per subsequentes reges et imperatores postea confirmatum. hac nostra praeceptione et regia emunitatis tuitione sancimus. firmiterque iubemus. vt nullus comes. vel iudex publicus. seu alia quaelibet persona magna siue parua. territoria. vicos. villas. ad praedictam ecclesiam pertinentes temerario ausu ingredi praesumat. ad causas audiendas. vel freda exigenda. mansiones aut paratas faciendas. vel fideiussores tollendos. aut homines ipsius ecclesiae liberos uel seruos in alodis vel aliquibus eorum rebus distringere. siue ullam redibitionem ibi requirere. vel aliqua calumnia eos audeat inquietare. sed omnia superius iam dicta a regibus vel

Digitized by Google

imperatoribus illuc donata et confirmata. praefatus berenuuardus episcopus suique successores per hanc nostrae praeceptionis auctoritatem integro iure possideant et ad ecclesiae honorem. suaeque utilitatis commoditatem libera potestate disponant. *Et* ut haec confirmatio nostris et perpetuis temporibus inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri inpressione signare iussimus. manuque propria subtus confirmauimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data II. Kal. Januarii anno dominicae incarnationis DCCCC XCIII. Indictione VI. Anno autem tertii ottonis regnantis decimo. Actum Palide feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio ordinaria et annus regni, iam ante aliquos dies completus sive elapsus, anno chr. notato 993. conveniunt, qui praeter morem hic non a natali Domini numeratur.

c) Ineditum quidem, sed reipsa in potissimis conveniens cum diplomatibus duobus desuper datis 923. 8. April et 889. 1. Decemb.

CLXXI.

Anno 993. 16. August. Magadaburg.

Otto III. rex, accepto a frisingensi ecclesia praediolo in confinio urbis Cremisa, vicissim VI. regales hobas in loco Zudamaresfelt, iuxta flumen Ipisa, in eadem marcha et in comitatu Henrici comitis, tradit atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis Otto

diuina fauente clementia rex. Omnium fidelium nostrorum tam praesentium *quam et futurorum nouerit industria qualiter* gotesschalchus frisingensis aecclesiae episcopus. quoddam praediolum suae aecclesiae. iacens in confinio nostrae proprietatis *orientalis urbis quae dicitur Cremisa cum* omnibus utensilibus ad idem pertinentibus. consiliante duce henrico. in ius nostrae potestatis manu sua suique aduocati *anzonis perpetuo consistendum tradidit. Nos* autem econtra in eadem marcha. et in comitatu henrici comitis. nostrae proprietatis. VI. regales hobas. in loco qui dicitur *Zudamaresfelt iuxta flumen quod dicitur Ipisa, cum curtife*ris. areis. pratis pascuis. siluis. saginationibus. uenationibus. piscationibus. Zidalvueida. molendinis. exitibus et reditibus *uiis et inuiis quesitis et inquirendis ea omni qua* nos hactenus detinuimus utilitate. ac iuste legitimeque ad easdem hobas pertinente. sub presentia fidelium nostrorum *in manus praescripti episcopi tradidimus. Ea lege et eo tenore* ut praefata eclesia santae (sanctae) mariae. sanctique corbiniani. et gotesschalchus episcopus. et successores eius. sine contradictione *omnium hominum eas in perpetuum potestatiue possideant.* Et ut haec proprietatis nostrae traditio. nunc. et in futuro stabilis et inconuulsa consistat. hanc cartam inde conscriptam *inpressionis nostrae sigillo confirmari atque* corroborari praecepimus. manuque nostra propria. ut infra uidetur secundum consuetudinem regum. vel imperatorum eam *firmauimus.*

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* gloriosissimi regis.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius vice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data XVII. kal. sept. Anno dom. incarnat. DCCCCXCV. indict. VIII. anno autem tertii Ottonis regnantis *XII. Actum Magadaburg feliciter. Amen.*

Digitized by Google

a) Totius instrumenti originalis non nisi fragmentum superest, extremi lateris parte per omnes novem lineas, ad ultimam usque, scissura perpendiculari avulsa. Hinc vix non pars tertia membranae periit, et lacunae in locis maximi momenti deprehenduntur, quae sola ope libri copialis medio saec. XII. conscripti suppleri potuere. Mentio sigilli et restans adhuc monogramma regis manu, nimirum linea media horizontali, completum satis probant, olim integrum instrumentum cum sigillo extitisse, atque saec. saltem duodecimo superfuisse.

b) Annus regni ex libro copiali suppletus, ac indictio in ipso fragmento occurrens respondent anno ch. notato 995.

c) Editum ap. Hund. metr. I. edit. Mon. 138. edit. Ratisb. 93. Meichelbeck Hist. Fris. 191. Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 220.

CLXXII.

Anno 995. 10. Novembr. Langile.

Otto III. rex, donationem abbatiae Harrariot, (Hasenried, Herrieden), ecclesiae Eistetensi ab avo suo factam, denuo confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria qualiter nos ob interuentum megingozi heistetensis ecclesiae uenerabilis episcopi. nec non et ob remedium animae nostrae quandam abbatiam harrariot dictam. ab auo nostro diuae memoriae sanctae heistetensi ecclesiae cum praecepto concessam. et a patre nostro perpetuae recordationis simili modo scilicet cum praecepto illuc confirmatam vestigia eorum prout iuste debemus sequentes. iam dictae sanctae heistetensi ecclesiae concedendo confirmauimus atque donavimus. eo tenore ut supra nominata abbatia. cum omnibus suis

Digitized by Google

pertinentiis ad praefatum episcopatum pertinens. in potestate episcoporum et qui modo in presenti praeest et in futuro preferendi erunt in perpetuum consistat atque maneat. ita ut ipsi eam regant et in necessariis subueniendo vbi conueniens sit illam corrigant. Et ut haec nostra confirmatio nunc et in futuro firma ac inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione insigniri iussimus. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognovi.

(Sign. Rec. speciale.)

L. S.

Data IIII. idus Novembris Anno dom. incarnationis DCCCC XCV. Indictione. VIII. Anno autem tertii ottonis regnantis. XII. Actum langile feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, bene expressum optimeque conservatum.

b) Indictio ordinaria et annus regni currens anno chr. notato respondent.

c) Editum in Büttneri Franconia II. 62. n. 7.

d) Locum peracti negotii apographum libri copialis saec. XIII. legit: Langobe, qui in originali legi potest Langele vel Langole vel Langile.

e) Ex memoratis praecedentibus instrumentis confirmatoriis, solum habetur Ottonis I. apographum, cui locus ac tempus desunt, collocatum circ. an. 948.

Digitized by Google

CLXXIII.

Anno 996. 18. Febr. Radesbonae.

Otto III. rex praedium in villis Ahusen et Westheim, in pago Sualveldon, in comitatu Adalhardi comitis situm, quod Wicnant suae regali tradidit potestati, Heinrico comiti donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia rex. notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris quomodo nos ob interuentum et petitionem hartmanni dedimus quoddam predium quod uuicnant nostrae regali tradidit potestati heinrico comiti. Atque id ipsum praedium in uillis ahuson. et uuestheim in pago quoque sualaueldon dicto et in comitatu adelhardi comitis situm cum omnibus utensilibus suis hoc est areis. edifitiis. terris. cultis. et incultis. agris. pratis campis. pascuis siluis, aquis. aquarumue decursibus piscationibus. exitibus. et reditibus uiis. et inuiis. quesitis et inquirendis mancipiis. utriusque sexus. cuctisque (cunctisque) aliis appenditiis quae adhuc dici aut inueniri possunt ei in proprium ea uidelicet ratione. ut idem iam dictus heinricus comes liberam dehinc potestatem inde habeat tradendi commutandi uendendi seu magis sibimet retinendi. Et ut haec nostra regalis traditio nunc et in futuro firma et stabilis permaneat hoc nostrae dominationis praeceptum inde conscriptum sigillo nostro signare iussimus manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi regis.

L. S.

Digitized by Google

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data XII. Kalendas martii Anno dom. incarnationis. DCCCC. XCVI. indictione VIII. Anno autem tertii Ottonis regnantis XIII. Actum radesbona.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio notatur erronea loco VIIIInae ordinariae; annus autem regni concordat cum an. ch. 996.

c) Editum in Meusels Geschichtforscher I. 194 et Haeberlini neuester Reichsgesch. III. Vorrede S. 17.

CLXXIV.

Anno 996. 22. Maii. Romae.

Otto III. imperator Gotescalcho frisingensis ecclesiae episcopo mercatum ac monetam Radasponensem in loco Frisinga concedit, nec non theloneum inde percipiendum eidem ecclesiae donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina clementia imperator. nouerit omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum industria. qualiter nos consensu et consilio episcoporum atque laicorum astantium. ipsius quoque summi apostolici gregorii. romanorum. francorum. baioariorum. saxonum. alsatiensium. sueuorum. lotharingorum. ob remedium animae nostrae nostrorumque parentum. nec non et interuentum ac petitionem Gotescalchi frigisingensis aecclesiae episcopi. talem utilitatem ac tantum honorem. id est mercatum omni die legitimum. monetam radasponensem. in loco frigisinga dicto imperiali potentia construi et adprime incoeptari concessimus. Theloneum

Digitized by Google

autem nos exinde respitientem. super gremium sanctae dei genitricis mariae sanctique corbiniani pro salute corporis nostri et animae perpetualiter inibi consistendum potestatiue tradidimus. Et omnibus quidem eundem mercatum inquirentibus. pacificum aditum ac reditum nostri imperialis banni districtione firmiter sancimus. Sed ea lege atque tenore. ut praefata aecclesia ac idem episcopus praetitulatus omnesque eius successores hanc et hunc utilitatem honorem in finem usque saeculi feliciter optineant. Et ut haec nostrae potestatis traditio nunc et in futuro stabilis et inconuulsa perseueret. hanc cartam inde conscriptam. inpressionis nostrae sigillo confirmari atque roborari statuimus. potenterque praecepimus. nostraque manu propria ut infra uidetur secundum consuetudinem regum uel imperatorum hoc signo eam signauimus

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi. imperatoris.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data XI. kal. iun. anno dom. incarnat. DCCCC XCVI. indict. VIII anno autem tertii ottonis regnantis XIII. die imperialis consecrationis eius tertio. Actum Rome feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum, cuius duo supersunt fragmenta; maius adhuc membranae adhaerens ac minus ab ea separatum, excepto capite ac dextra manu totam stantis imperatoris figuram cum maxima inscriptionis parte exhibent spectandam.

b) Indictio erronea loco IX^{nae} ordinariae: annus autem regni conveniens anno chr. 996; dies tertius consecrationis potius in X. Kal. Jun. siv. 23. Maii caderet, cum ex Ditmaro constet, ipso ascensionis christi festo, quod tunc erat XII. Kal. Jun., ab Ottone III. unctionem imperialem acceptam esse: Ditmarus tamen cum no-

Digitized by Google

tario actui publico praesente testeque oculato conciliabitur, si dicatur in profesto siv. vigilia ascensionis horis vespertinis unctionem imperialem peractam fuisse.

c) Editum ad. Hund. metr. I. edit. Monac. 139 ed. Rat. 94. erronee ad VI. Kal. Jun. Meichelbeck Hist. Fris. I. 192. Lünig spicil. eccl. II. Theil 220.

CLXXV.

Anno 996. 15. Septemb. Ingilenheim.

Otto III. Romanorum imperator Heinrico Wirciburgensis Ecclesiae praesuli privilegia eiusdem ecclesiae antiqua, immunitatis et exemtionis, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Otto diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Credimus et uere scimus laude non solum humana uerum diuina mercede remunerandum si nostrae celsitudinis aures familiarium nostrorum praesertim dei sacerdotum (precibus) faciles praebemus petitaque eorum maxime pro rebus diuino cultui mancipatis et mancipandis implere studemus. Nam inde credimus et temporalem regni nostri prosperitatem stabiliri. aeternaeque uitae nobis ianuam aperiri. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet et futurorum pateat noticiae. quod heinricus sacrosanctae wirciburgensis aecclesiae praesul moribus et uita probatissimus nobisque ob sua merita carissimus quasdam cartulas nostris obtulit conspectibus. in quibus continebatur quod gloriosissimi antecessores nostri. tam reges. quam imperatores. karolus. luodowicus. arnolfus. cuonradus. heinricus. auusque noster magni nominis otto. paterque noster diuae memoriae otto. cunctas res tam mobiles quam inmobiles ad aecclesiam sancti saluatoris in qua preciosus christi martyr kilianus. sociique eius corporaliter requiescunt iuste et legaliter pertinentes. sub immunitatis suae cli-

peo semper tuerentur. Ad hoc etiam in eisdem kartulis scriptum habebatur quod praedicti reges seu imperatores. per auctoritatis suae praecepta praefatae aecclesiae praesulibus concessissent. et confirmassent. ut nullus comes vel publicus iudex. eiusdem aecclesiae seruos. vel sclauos. siue parochos quos bargildon dicunt. seu saxones qui northelbinga dicuntur. siue caeteros accolas. pro liberis hominibus in eiusdem aecclesiae praediis manentes. qui se vel sua noualia ex uiridi silua facta. in ius et in ditionem praedictae aecclesiae traderent. vel adhuc tradere uellent. ad causas audiendum vel freda exigendum. aut mansiones. vel paratas faciendum. vel ab eis ullam redibitionem requirendum. vel ad aliquod opus destringendum. ullo umquam tempore praesumat. Unde etiam idem uenerabilis pontifex heinricus nostrae potentiae supplicauit. quatinus et nos praedictarum rerum defensionem sub nostrae inmunitatis susciperemus tuitionem. Cuius petitioni libenter aurem accomodauimus. hancque nostram inmunitatem circa ipsam sedem eiusque praelatos scribi mandauimus. in qua praecipimus. firmiterque. iubemus. quatinus cuncta quae ad praenominatam aecclesiam pertinent. siue in agris. vel terris. cultis. et incultis. seu in hominibus. seruis. sclauis. saxonibus. vel caeteris accolis. qui se vel suas res illuc aliquomodo manciparunt. vel adhuc mancipare uolunt. cuiuscumque sint nationis cuiusue conditionis. quocumque iure debeant uinere. tuta et defensa sub nostra inmunitate liceat manere. nec quisquam publicus iudex in aliqua re praefatos homines vel res audeat distringere vel inquietare. Et ut hoc firmum inconuulsumque omni tempore maneat. manu propria signum in ea fecimus. sigilloque nostro signare praecepimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Caesaris augusti.

L. S.

Heriberdus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data XVII. Kal. Octobris Anno incarnationis dominicae

Digitized by Google

DCCCC XC.VI. Indict. VIIII. Anno regni tercii ottonis XIII. Imperii uero I. Actum Ingilenheim feliciter amen.

a) Sigillum impressum penitus fractum et avulsum, cuius tamen materia externa similiter fracta adhuc membranae adhaeret; duo autem fragmenta ipsius sigilli separatim adiecta stantis et coronati imperatoris iuvenis caput et pectus cum manu eius dextra exhibent, inscriptionis etiam initium et finem.

b) Notae chronologicae omnes concordant.

c) Editum in N. Ant. Seiz analysi libri: brevis notitia monasterii Ebracens. p. 174. cnfr. Diploma desuper antiquius 923. 8. April.

d) Heribertus cancellarius, postea colon. archiepiscopus, hic prima vice occurrit et, quod singulare videtur, cum altero cancellario Hildibaldo, qui eadem die eodem anno et eodem loco pro eadem ecclesia Wirceburg aliud diploma recognovit.

CLXXVI.

Anno 996. 15. Septembr. Ingilenheim.

Otto III. imper. Heinrico Episcopo Wirceburg. eiusque ecclesiae locum Rosla, in comitatu Willihelmi comitis situm, donat, ut monasterium monachorum ibi construatur.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia Imperator augustus. Cunctis fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus quomodo nos ob remedium animae nostrae parentumque nostrorum necnon ob frequens et deuotum seruitium nostri fidelis vuirziburgensis ecclesiae uenerabilis episcopi heinrici dedimus quendam nostrae proprietatis locum rosla dictum ad monasterium sancti kyliani cella uocitatum. atque eundem locum In pago

Digitized by Google

et in comitatu vuillihelmi comitis situm cum omnibus pertinentiis suis. hoc est cum rebus a nobis illuc per praeceptum traditis. curtibus. areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. venationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. cunctisque aliis appendiciis quae adhuc dici inueniri aut nominari possunt iam supra dicto loco cella uocitato in proprium tradidimus. Eo uidelicet tenore ut ob remedium animae piissimi genitoris nostri scilicet diuae memoriae ottonis imperatoris augusti matrisque nostrae theophanu serenissimae imperatricis monasterium monachorum In honore sc construatur. Et ut hoc ipsum praedium in utilitatem monachorum inibi deo die ac nocte incessabiliter deseruientium conuertatur. Et ut haec nostra traditio nunc et in futuro firma et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus. manuque propria vt infra uidetur corroborauimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) gloriosissimi Imperatoris augusti.

L. S.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data XVII Kal. Octobris Anno dominicae incarnationis DCCCC XCVI. Indictione VIIII. anno autem tertii ottonis regnantis XIII. Imperii uero I. Actum Ingilenheim feliciter amen.

a) Sigillum ex duplici, ut videtur, caelatura impressum illaesum.
b) Notae chronologicae omnes concordant.
c) Inditum, memoratum tamen a Frisio ap. Ludewig Geschichte von Würzburg 447.
d) Nomina pagi ac Scti Patroni non sunt expressa, sed illis spatium vacuum est relictum.

Digitized by Google

CLXXVII.

Anno 998 potius, quam 997. 29. April. Romae.

Otto III. R. imperator nepoti suo, Heinrico duci, praedium Nochilinga, in pago Osterriche ac in comitatu Heinrici marchionis, inter fluvios Ispera et Sabinicha, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia romanorum imperator augustus, nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesentium quam et futurorum industria qualiter nos caro nepoti nostro heinrico duci ob deuotum et fidele *servitium quod* nobis semper exhibuit dedimus ei quoddam nostre proprietatis praedium Nochilinga nuncupatum in *pago* quoque Osterriche uocitato. ac comitatu heinrici marchionis. et inter fluuiis (fluuios). Ispera et sabinicha nominatis situm. atque id ipsum praedium eum omnibus suis pertinentiis. in areis. aedificiis. terris. cultis et incultis. agris. pratis. campis. pascuis. siluis. uenationibus. aqnis. aquarumue decursibus. piscationibus molendinis. viis et inviis. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis cunctisque aliis appendiciis quae dici possunt sibi in proprium tradidimus. eo uidelicet tenore ut quicquid sibi libuerit inde faciat. Et ut haec nostrae auctoritatis donatio nunc et in futuro firma consistat. hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri impressione signare iussimus. manuque propria ut infra uidetur corroborauimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) inuictissimi imperatoris augusti.

Hildibaldus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognoui.

Data III kal. mai. anno dom. incarnat. DCCCC XCVII. Indict. XI. anno autem tertii ottonis regnantis XV. imperii vero II. Actum Romae. feliciter.

a) Membranae rite, in cancellaria caesarea exaratae, non deest Monogramma ipsa imperatoris manu completum; sigilli autem non quidem impressi sed appensi remansere vestigia, duo foramina inserendo funiculo apta, in membranae inferiori parte residua, cuius complicatae pars altera cum ipso sigillo sive potius bulla resecta est.

b) Indictio et annus tam regni quam imperii, ipsa etiam historia expeditionis secundae Ottonis III., ante finem anni 997 non inceptae, anno tantum Ch. 998 conveniunt.

c) Ineditum, ex archivo monasterii Ebersperg desumtum.

d) Lacunae quaedam locorum exesorum ex contextu faciliter supplendae.

CLXXVIII.

Anno 998. post 20. Maii. Romae.

Otto III. R. imperator cuidam Tagini quoddam curtile, Ratisbonae situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis otto diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Si facilem et benignum nostri fidelium petitionibus prebuerimus auditum et assensum. firmiorem ac stabiliorem nostri regni fore statum non dubitamus. Quapropter nos pium ac benignum nostri

Digitized by Google

consanguīnei ducis scilicet heinrici assensum prebentes postulationi. cuidam suo nostroque fideli tagini dicto quoddam curtile inter nostram capellam. et nostra edificia. ac cortem sancti rovdperti radasbone situm in proprietatem liberaliter sumus largiti. Eo uidelicet pacto quatenus idem noster iam dictus fidelis tagini liberum habeat quicquid sibi placeat inde faciendi arbitrium. possidendī scilicet donandi. uendendi. commutandi. Et ut haec nostrae donationis auctoritas firma credatur. Et credibilis habeatur. hoc praeceptum inde conscriptum. sigilli nostri impressione iussimus firmarī ac corroborarī.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* Inuictissimi imperatoris Augusti.

Hiltibaldus archicapellanus ad uicem uuilligisi subnotaui.

Anno dominicae incarnationis. DCCCC XCVIII. indictione XI. regnante tercio ottone imperii sui anno tercio. Actum rome.

a) Appendet bulla imperatoris ex plumbo, quam segmentum duplex coriaceum membranae astringit.

b) Dies et mensis non sunt annotati, nec illis locus vacuus relictus est. Spatium autem vacuum post indictionem vel anno regni similiter omisso, destinatum erat, vel potius appendendae bullae necessarium fuit. Indictio cum anno ch. 998 convenit.

c) Editum apud Ried Cod. Rat. Dipl. I. 113. n. 121. ex archivo Bamb.

CLXXIX.

Anno 999. 3. Januar. Romae.

Otto III. R. imperator Christiano Pataviensis ecclesiae episcopo eiusque sedi eiusdem urbis mercatum, monetam, bannum, telonium et totius publicae rei districtum concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Si locis diuino cultui mancipatis alicuius honoris et proprietariae roborationis augmentum praebere studuerimus. diuinitus nobis remunerari procul dubio credimus. Quapropter omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nostrorumque presentium ac futurorum nouerit uniuersitas. qualiter nos ob remedium animae nostrae parentumque nostrorum et propter strenuam petitionem Heinrici ducis nostri fidelis immo christiani sanctae batauiensis aecclesiae uenerabilis episcopi. eidem sacrosanctae sedi in honore sacratissimi protomartyris Christi stephani consecratae. concessimus. atque largiti sumus eiusdem ciuitatis mercatum. monetam. bannum. teloneum. et totius publicae rei districtum. tali tenore ut praedictus. praesul christianus. suique successores omnem publicam rem hactenus nobis in eadem ciuitate batauiensi pertinenti (pertinentem) habeat. et firmiter infra ciuitatem et extra perpetualiter teneat. sine omnium hominum contradictione. et ut hec perdonatio firma sit. hanc paginam manu propria corroborantes sigilli nostri plumbea inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) imperatoris augustissimi.

Digitized by Google

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data III. Non. ian. Anno dom. incarnat. DCCCC XCVIIII. indict. XIII. Anno tercii ottonis regnantis XV. imperii III. Actum Romae. feliciter Amen.

a) Appendet bulla plumbea ex filo albo cinnabino.

b) Ex notis chronologicis solus annus imperii notato chr. anno respondet; nam indictio uno numero abundans, annus regni uno numero minor deprehenditur, currentibus indictione XII. et anno regni XVI.

c) Editum in Hund. metr. I. edit. Monac. 363. ed. Rat. 242. Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 770. et Hansiz. Germ. Sacr. I. 233, denique in Buchinger Gesch. v. Passau 497.

CLXXX.

Anno 999. 13. vel 14. April. Romae.

Otto III. R. imperator Heinrico Episcopo Wirceburgensi restitutionem abbatiarum Niuuuenstadt, Suartzaha, Amerbach, Murrehart ac Sluohterin, antea ab ipso, tunc rege, factam episcopo Berenwardo, iterum confirmat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto superna fauentia clementia romanorum Imperator augustus. Credimus et uere scimus laude non solum humana predicandum. sed et mercede diuina remunerandum. si predia dei sanctorumque suorum cultibus mancipata. imperiali auctoritate fuerint confirmata. Quapropter omnium fidelium nostrorum,

praesentium aetas nouerit et sequentium. qualiter nos in annis puerilibus diuino amore illecti. etsi necdum culmen ad imperiale prouecti. ob interuentum fidelium nostrorum simul et laudabile obsequium Beatae memoriae episcopi Berenuuardi. sacrosanctae wirziburgensi aeclesiae. cui prenominatus tunc temporis preesse uidebatur episcopus. quasdam reddidimus abbatias. in antecessorum nostrorum diebus sibi iniuste ablatas. Sed ne pro aetatis causa superius notata. aliqua successoribus suis in posterum oboriri inde queat controuersia. ad aetatem deo propitiante perfectam iam iamque promoti. et imperialis diadematis laurea coronati. easdem abbatias Niuuuenstat. suartzaha. Amerbah. Murrehart scilicet ac Sluohterin. aeclesiae sancti kyliani preciosissimi martyris christi uti diximus per regale preceptum redditas atque restitutas. Heinrico praenominatae sedis uenerabili antististite (antistite) postulante. per imperiale hoc nostrum preceptum confirmauimus. ac firmiter corroborauimus cum omnibus scilicet utensilibus. id est curtibus. castellis. uillis. aeclesiis. earumque ordinibus. uniuersisque pertinentiis. in qualibuscumque pagis. seu comitatibus sitis. areis uero aedificiis. tributariis. ac utriusque sexus mancipiis. caeterisque uniuersis in priori precepto titulatis. Tali stabilitatis serie. ut idem iam habitus uenerandus antistes Heinricus. suique successores. praelibatas abbatias teneant. possideant disponant. et sine omni perfruantur molestatione. nostra omniumque succedentium remota contradictione. Et ut haec nostrae auctoritatis. firmissimae traditionis. et inconuulsae corroborationis pagina. stabilis et incommutabilis perseueret. hanc inde conscriptam manu propria ut subtus conspicitur. corroborauimus. et sigillo nostro insigniri precepimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Caesaris Inuictissimi.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi novit. (notavit.)

Digitized by Google

Data XVIIII. kal. magii. anno dominicae incarnationis DCCCC. XCVIIII. Indictione XII. anno tercii ottonis regn. XVI. Imperantis III. Actum Romae feliciter amen.

a) Appendet Bulla plumbea ex filo sive funiculo albo duplici cannabino.

b) Notae chronologicae omnes concordant; ast nullus mensium 19 Kalendas habet; itaque legendum aut XVIII. Kal. Maii aut Idibus Maii.

c) Ineditum; epitome tamen eius habetur in Grebner hister. univers. T. II. p. 417. et prius diploma hic memoratum 993. 12. Decembr.

CLXXXI.

Anno 999. 25. Octobr. Romae.

Otto III. R. imperator Siggoni, Capellano suo, praedium in villis Popponlurun et Brunnun, in pago Grapfeldun ac Comitatu Ottonis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Otto superna fauente clementia Romanorum Imperator augustus. Omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum nouerit industria. Quomodo nos ob interuentum domni Siluestri papae universalis. patrisque spiritualis. necnon Heriberti nostri logothetae principalis. et cancellari fidelis. ac ob deuotum frequensque obsequium Siggonis. nostri amabilis capellani. dedimus ei tale predium. quale nostrae decernitur et habetur potestati. totum ex integro. In uillis popponlurun. et Brunnun. dictis. In pago Grapfeldun. Ac comitatu Ottonis comitis situm. Atque idipsum predium. omne quod nostrum in his uillis adjacet. cum

Digitized by Google

uniuersis utensilibus areis. aedificiis. utriusque sexus mancipiis. terris cultis et incultis agris pratis campis pascuis siluis. uenationibus. aquis aquarumue decursibus piscationibus molendinis. uiis et inuiis. exitibus seu reditibus. tam quaesitis quam inquirendis. caeterisque appendiciis. quae adhuc dici. aut inueniri possint sibi in proprium tradidimus et de nostro iure in suum dominium omnino transfudimus. omni obiectione remota. eo tenore. ut ipse memoratus Siggo. qui nostram ut propriam diligit uitam de eadem proprietate liberam dehinc faciendi quod uelit potestatem habeat. siue eam tradere. commutare. uendere. seu magis sibi obtinere uoluerit. et ut haec pagina stabilis permaneat. hanc manu propria corroborantes signari. et bullari praecepimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) caesaris Inuicti.

Heribertus cancellarius, uice Willigisi archiepiscopi recognouit.

Data X. kal. nouembris. Anno dominicae incarnationis. DCCCC XCVIIII. Indictione XIII. Anno tercii ottonis regnantis XVI. Imperii IIII. Acta Romae.

a) Bulla, quae appendebat, periit, remanentibus tribus foraminibus illi praeparatis et aptis, in membrana infetius complicata apparentibus.

b) Notae chronologicae, inter quas indictio, dicta caesarea, usurpata fuit, omnes concordant.

c) Editum cum amplissimis notis est in Reschii annal. eccl. Sabion. III. 643 — 647, qui etiam tum pag. 646 et 647 in textu et nota 625, tum in addendis p. 745 accurate describit pendulum sigillum plumbeum a se visum, sed iam suo tempore e margine diplomatis auulsum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

CLXXXII.

Anno 1000. 1. Januar. Quitelingeburg.

Otto III. R. imperator, arbiter imploratus a nobili matrona Uta, spoliata a Chunone et Hermanno Comitibus hereditario praedio Berenheim, quod commutaverunt cum Ecclesia Wirceburgensi pro alio praedio, decernit: ut Ecclesia Wirceburgensis quidem in possessione castelli et villae Berenheim permaneat, matronae Utae vero duodecim mansae et quinquaginta mancipia donentur.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto tercius Seruus Ihesu Christi et Romanorum Imperator Augustus. Secundum uoluntatem dei saluatoris nostrique liberatoris Omnium sanctae dei aeclesiae fidelium. nostrorumque presentium scilicet ac futurorum sollers agnoscat uniuersitas. qualiter Chovno comes et Herimannus. quandam nobilem matronam ovtam nomine iniuste priuauerunt hereditario praedio hoc est Berenheim cum foresto adiacente. necnon uillis. locisque eidem castello subiacentibus. ipsum uero praedium donauerunt in concambium pro alio predio. domno Heinrico sacrosanctae wirzburgensis aeclesiae uenerabili episcopo. Predicta uero matrona grauiter gerens huius rei pactum iniquo iure compositum. audita nostri aduentus fama. in quitelingeburg nobis uenit obviam. reclamando et multum lamentando deposcens. ut de tanta iniuria legem potuisset habere. Proinde nostra imperiali potentia domno propicio quod iustum est decernente. fideliumque nostrorum quam plurium. precibus. monitu. et iudicio suggerentibus legaliter perfecimus. quod iam dicta matrona. de memorato praedio inuestituram accepit. ac in nostrae potestatis manum. quicquid nobis inde libuisset faciendum firmissima traditione donauit. Nos uero.

Digitized by Google

postulante domno Heinrico uenerabili episcopo. ac interuentu Arnolfi sanctae Haluerstetensis aecclesiae uenerandi pontificis. nec non ob petitionem Heinrici ducis nostrique consanguinei amabilis. consilio etiam Berenhardi ducis. pro eo praedio quod praenominatis Cononi scilicet et Herimanno. primitus datum fuit. eandem proprietatem. id est castellum et uillam Berenheim. cum foresto. uillis. locisque ei subiacentibus. sancto Kyliano. martyri preciosissimo. in proprium donauimus. firmiterque tradidimus. tali tamen stabilitate. ut pro duodecim mansis in prescripta uilla sancto Kyliano traditis. aliae duodecim et quinquaginta mancipia donentur. Sicque traditionis huius firmiter facta constat auctoritas. ut nullius inuidiae seu praesumptionis eam in posterum dissoluere ualeat temeritas. Atque eandem proprietatem castellum et uillam Berenheim. cum foresto uillis locisque eidem subiacentibus. cum omnibus utensilibus. hoc est areis aedificiis utriusque sexus mancipiis terris cultis et incultis agris pratis campis pascuis siluis uenationibus. aquis aquarumque decursibus piscationibus molendinis uiis et inuiis exitibus seu reditibus caeterisque omnibus quae adhuc dici aut inueniri possint sibi in proprium tradidimus. et de omnium mortalium iure. in ius et dominium sancti Kyliani martyris preciosissimi. omnino transfudimus. Eo tenore ut idem uenerabilis pontifex Heinricus omnesque sui successores eandem proprietatem obtineant in perpetuum. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas firmior permaneat. hanc hanc (sic) paginam manu propria corroborantes sigillo nostro iussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Caesaris inuictissimi.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data kal. ianuarii. Anno dominicae incarnationis M. Indictione XIII. Anno tercii ottonis regnantis XVI. Imperii IIII. Actum Qvitelingeburg. feliciter amen.

Digitized by Google

a) Appendet Bulla plumbea ex chorda sive potius ex segmento coriaceo.

b) Annus regni XVI^tus completus, ante septem dies, currentes autem indictio et annus imperii conveniunt notato anno 1000.

c) Ineditum, copiose autem et quidem germanice extractum a Fries ap. Ludewig Geschsch. v. W. 447; epitome eius habet Grebner in hist. univ. II. 417.

CLXXXIII.

Anno 1000. 6: April. Quintilingburg.

Otto III. R. imperator capellano ducis Heinrici, Tageni, praedium in villa Bruueningun, in pago Nortgouui, in comitatu Heinrici comitis, situm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis OTTO diuina fauente gratia romanorum Imperator augustus. omnibus nostris fidelibus presentibus et futuris notum esse uolumus qualiter interuentu domni heinrici sanctae vuirciburgensis aeclesiae uenerabilis episcopi. dedimus capellano Heinrici ducis nostrique consanquinei. dilecti. Tageni nomine. tale praedium. quale nostro iuri pertinet in uilla Bruueningun dicta. in comitatu heinrici comitis. In pago Nortgouui. situm. Atque idem praedium cum omnibus utensilibus in mancipiis utriusque sexus areis edificiis terris cultis et incultis agris campis pratis pascuis siluis uenationibus aquis aquarumque decursibus molendinis piscationibus uiis et inuiis exitibus et reditibus omnibusque appendiciis que adhuc dici aut nominari possunt iam dicto Tageni in proprium tradidimus. et de nostro iure et dominio in eius ius et dominium transfundimus. Eo tenore ut de iam dicto praedio liberam potestatem habeat donandi uendendi habendi. commuttandi et quic-

Digitized by Google

quid sibi libuerit faciendi. omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostra donatio firmior sit manu propria hanc paginam confirmantes nostro sigillo iussimus insigniri.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) inuictissimi Imperatoris Augusti.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi Archiepiscopi nouit (notauit).

Data VIII. idus Aprilis Anno dominicae incarnationis M. indictione XIII. anno tertii ottonis regnantis XVI. Imperii quarto actum quintilingburg.

a) Appendet Bulla plumbea ex chordula, sive potius segmento coriaceo.

b) Annus regni ante 3 menses et 13 dies completus, currentes autem indictio et imperii annus conveniunt anno notato 1000.

c) Ineditum, ex Archiv. Bamberg desumtum.

d) De Pruviningun cnfr. Mon. Boic. XIII. 2. nam Tageno erat praepositus vet. capellae Ratisb. et locus Pruviningen cum ipsa hac capella regia ad fundationem episcopatus Babenb. pervenit.

CLXXXIV.

Anno 1000. 1. Maii. Aquisgrani.

Otto III. R. imperator Heinrico Episcopo Wirceburgensi ius publici foresti (bannum forestalem), in silva, ad castellum Bernheim, seu ad villam Léutershausen pertinente, terminis designata, concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto ter-

Digitized by Google

cius seruus Ihesu Christi et Romanorum Imperator augustus. Secundum uoluntatem dei saluatoris nostrique liberatoris. Quicquid imperialis munificentia ad exaltationem aeclesiarum dei sanctorumque suorum tribuit et condonat. id uero ad saecularis uitae commodum et aeternae retributionis gaudium sibi profuturum minime diffidat. Quapropter omnium fidelium nostrorum tam presens quam et futura comperiat turba. qualiter nos interuentu Heriberti uenerabilis archiepiscopi. Heinrici ducis. nostri consanguinei amabilis. maxime autem propter amorem et petitionem Heinrici sacrosanctae wirziburgensis aeclesiae uenerandi presulis. eidem sanctissimae sedi suae. ad honorem clementissimi Saluatoris mundi. praeciosissimorumque martyrum. Kyliani. Colonati. atque Totnani. summa deuotione uenerandorum. constructae concessimus. donauimus. et nostra imperiali statuimus potentia. ut omnis silua quae ad castellum Berenheim seu ad uillam Liuthereshusun dictam pertinere uidetur. sicut nostri iuris publicum forestum. tuta ac defensa. munita. ac imperpetuum forestata habeatur. quatinus nullius hominis magna siue parua persona. in eodem foresto. uenationem aliquam exercere. ceruum. ceruam. aprum siue apram. ursum seu capreolum. capere praesumat. Siquis igitur. hoc facere quod absit. ullatenus ausus erit. ita nostrum imperiale bannum componat sanctissimae wirziburgensi aeclesiae. memoratae. uti in nostris publicis forestis. aliquam forestatam caperet feram. Atque idem forestum in omnibus siluis siue campis quae ad praescriptum castellum uillamque pertinent. In pagis Mulegouui. et Rangouui. dictis situm. sit constitutum. partimque ita terminatum. Incipiat quidem in uilla Galemaresgarden. pergatque usque Alberichesdale in einigenouua. sicque transuersim ultra montem quem teutici uocant langenberg. inde sultzperg. Hinc ultra Sultzperg in cnonoldespah. inde Haginouua. exinde Draitesdorph. per uiam rectissimam usque Breitenbrunnen. inde uiam quae uadit super xillingesfirst. hinc perenuuarda. inde per eandem uiam usque Bortenberg inde super Echinenberg. inde per quendam descensum in rivum vracha dictum. inde prope ipsum riuum usque in altmuna inde ultra altmuna ad ramesgarten. inde urbruoh. Hinc super montem

Digitized by Google

Eichineberg. in uillam ueldun. inde per altmuna usque Brungeresfeldun. inde ad uuilere. hinc Nenthereshusun. inde per rectam uiam ad montem Hirzperg. Hinc ad perenuuigeshouun. inde iterum galemaresgarten. Et ut haec nostra imperialis concessio. firmior permaneat hanc paginam manu propria corroborantes sigillare praecepimus.

Signum Domni Ottonis (*Monogramma*) Caesaris Inuictissimi.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data Kal. Maii anno dominicae incarnationis M. Indictione XIII. Anno tercii ottonis regn. XVI. Imperii IIII. Actum Aqvisgrani. Feliciter amen.

a) Appendet Bulla plumbea ex chordula, sive potius segmento coriaceo duplici.

b) Annus regni ante 4. menses completus, currentes autem indictio et annus imperii respondent anno notato 1000.

c) Editum in Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 934. copiose autem extractum et quidem germanice a Fries in Ludewig Geſchſch. v. Würzb. 447. in epitome a Grebner in hist. univ. T. II. 417.

CLXXXV.

Anno 1000. 15. Maii. Aquisgrani.

Otto III. R. imperator Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae castellum et curtem Saltce, cum ipso pago Salzgouui, villis quoque atque silvis illuc pertinentibus, sive in pago Grapfeldun, in comitatu Ottonis, sive in aliis provincialibus pagis, donat, excepto tantummodo praediolo, quod Gotzoni antea donavit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto ter-

Digitized by Google

cius seruus Ihesu Christi et romanorum Imperator augustus secundum uoluntatem dei saluatoris nostrique liberatoris. Omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque tam presens quam et futura comperiat multitudo. qualiter nos. Domno Heriberto uenerabili archiepiscopo postulante. Berenhardoque duce egregio. precibus obnixis supplicante. ob remedium animae genitoris nostri. nostraeque matris. Teophanu imperatricis augustae. necnon propter ineffabilem dilectionem et obsequium Domni Heinrici. uenerandi pontificis. sanctissimae dignissimaeque sedi wirziburgensi. in qua idem uenerandus antistes uenerabiliter preesse dinoscitur. Ad honorem mediatoris dei et hominum saluatoris mundi dedicatae. in uenerationem. preciosissimorum martyrum. Kyliani. Colonati atque Totnani constructae. dedimus. largiti sumus. et firmissima traditione donauimus. castellum et nostri iuris curtem saltce dictam et omnia quae ad eam pertinent. tantummodo praediolum excipimus quod gotzoni antea donauimus. sicut in carta sua legitur. Atque memoratum castellum. curtemque modo habitam. et uillas. ac siluas innumerabiles. immo quandam pagum salzgouui dictam quam ex integritate nostram fuisse iure proprietario cognouimus. In quocunque comitatu siue pago sita sint. siue in pago Grapfeldun. seu comitatu Ottonis comitis siue in quibuscunque prouincialibus pagis. Cum omnibus pertinentiis. utensilibus possessionibus. seruis seu ancillis. litoribus. tributariis. familiis. aeclaesiis. opidis. arbustis. lucis. areis aedificiis utriusque sexus mancipiis. agris pratis campis pascuis siluis. forestatis. uenationibus. bannis. aquis aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. tam quaesitis quam inquirendis. uiis et inuiis exitibus seu reditibus. caeterisque omnibus quae adhuc dici aut inueniri possint praetitulatae sanctae wirziburgensi aeclesiae in proprium firmissime tradidimus. et de nostro iure in ius et dominium egregii martyris christi. Kyliani. omnino transfudimus. et alienauimus. tali scilicet ordine ut idem praedictus Heinricus Pontifex. omnesque sui successores in perpetuum eandem proprietatem totam in omnibus. securiter possideant. teneant. et quicquid eis libuerit ad utilitatem suae aeclesiae faciant. nostra omniumque nostrorum successorum et omnium mortalium obiectione

Digitized by Google

usque finem saeculi et diem iudicii longe remota. et ut haec traditio firmior. omnibus sit temporibus hanc paginam manu propria corroborauimus. et sigillari praecepimus.

Signum Domni Ottonis *(Monogramma)* Caesaris inuicti.

Heribertus Cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data Id. Maii Anno dominicae incarnationis M. Indictione XIII. Anno tercii ottonis regnantis XVI. Imperii IIII.
Actum Aquisgrani feliciter amen.

a) Appendet Bulla plumbea ex chordula, sive potius ex segmento coriaceo duplici.

b) Annus regni ante 4 menses et 22 dies completus, indictio autem et annus imperii currentes respondent anno ch. notato 1000.

c) Edidit Schannat Vindem. litter. II. 108, et von Eckhart Abh. über die f. Salzburg 50. versionem germanicam vid. ap. Ludewig Geſchichtſchreiber von Würzburg 448, et Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 934. compendium in Grebneri hist. univ. II. 417 sq.

CLXXXVI.

Anno 1000. 30. Maii. Triburin.

Otto III. R. imperator Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque sedi duos Comitatus Waltsazin et Rangouui in provincia, quae orientalis sive australis francia dicitur, sitos donat, cum potestate eosdem comitatus ordinandi comitesque ponendi.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto ter-

Digitized by Google

cius seruus Ihesu Christi et romanorum Imperator augustus. Secundum uoluntatem dei saluatoris nostrique liberatoris quicquid de nostra maiestate ad sublimationem aeclesiarum dei sanctorumque suorum condonatur. id ad nostri imperii stabilitatem. et aeternae uitae gaudium. nobis procul dubio prodesse speramus. quapropter omnium fidelium nostrorum tam presentium quam et futurorum nouerit uniuersitas qualiter nos propter petitionem Heriberti. reuerendi archipraesulis. et interuentu Heinrici ducis nostri amabilis quin immo. ob amorem maxime Domni Heinrici. sacrosanctae wirziburgensis aeclesiae uenerabilis episcopi. eidem sanctae sedi suae ad honorem dei omnipotentis saluatoris mundi. et praeciosissimorum martyrum. Kiliani. Colonati. atque Totnani dedicatae. duos dedimus comitatus. Waltsazin. et Rangouui nuncupatos. in prouincia. quae dicitur orientalis siue australis francia. sitos. Quos cum omni districto. placito. et banno nostro imperiali. lege et iudicum iudicio. nihil de his quae comites siue aliquis mortalium de placitis habere debuerunt. excipientes. cum omni utilitate reipublicae sanctissimis martyribus praescriptis. in proprium tradidimus. et de nostro iure et dominio. in ius et dominium Heinrici uenerabilis episcopi. suorumque successorum omnino transfudimus. Eo scilicet roborationis tenore. ut idem uenerabilis pontifex Heinricus omnesque sui successores imperpetuum. praenominatos comitatus qualitercunque uoluerint ordinent. et quos uelint comites ponant. nostra omniumque nostrorum successorum et omnium mortalium obiectione seu contradictione remota. et vt haec nostra imperialis traditio nunc et in futuro firmior permaneat. hanc paginam manu propria corroborantes sigillare praecepimus.

Signum domni Ottonis (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris augusti.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data III. Kal. iunii Anno dominicae incarnationis M. Indic-

Digitized by Google

tione XIII. Anno tercii ottonis regnantis XVI. Imperii V. Actum Triburin feliciter amen.

a) Appendet Bulla plumbea ex segmento membranaceo.

b) Annus regni ante 5 menses completus, indictio autem et annus imperii currentes, respondent anno Chr. notato 1000.

c) Edidit ab Eckart in Animadvers. ad Schannat Diöces. Fuld. 73. versionem vernaculam vid. in Fris. ap. Ludewig Geſchichtſchr. v. Würzb. 450, et Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 935.

CLXXXVII.

Anno 1001. 15. Februar. Romae.

Otto III. R. imperator Ecclesiae Wirceburgensi X mansos regales in villis Polgsteti, Velihede et Sumeringun, in pago Germaromarcha, in comitatu Wiggeri comitis et in ministerio Berenhardi ducis, sitos donat; ea tamen conditione, ut Hildolfus villam Sinnam in proprium (concambio) obtineat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Otto seruus apostolorum Imperator et augustus Romanorum. Notum sit omnibus fidelibus nostris presentibus atque futuris quod nos interuentu ac petitione Hildolfi diutius in nostro laborantis obsequio sanctae uuirziburgensi ecclesiae sanctoque martyri Kiliano dedimus. X. mansos regales qui Hungero pertinere uidebantur in uillis Polgsteti. Velihede. et sumeringun. In pago Germaromarcha Ac comitatu Wiggeri comitis et in ministerio Berenhardi ducis sitos. quos cum omnibus eorum utilitatibus areis aedificiis terris cultis et incultis agris. pratis utriusque sexus mancipiis. campis. pascuis. siluis uenationibus aquis aquarumque decursibus. molen-

Digitized by Google

dinis. piscationibus. uiis. inuiis exitibus. siue reditibus. tam quaesitis quam inquirendis praelibatae sanctae wirziburgensi ecclesiae in proprium tradidimus. eo tenore. ut idem Hildolfus quandam uillam Sinnam nomine cum omnibus pertinentiis suis in proprium obtineat. et si aliquis episcopus sanctae wirziburgensis ecclesiae eum de praedicta uilla nocere uoluerit. praefata proprietas redeat. et propria permaneat in arbitrio Hildolfi si eam uoluerit tradere. uendere. commutare. alienare. seu sibi tenere. omnium hominum contradictione remota. et ut haec traditio firmior permaneat. hanc paginam manu propria roborantes. sigillare iussimus.

Signum domni Ottonis *(Monogramma)* Caesaris augusti.

Heribertus cancellarius uice uuilligisi archiepiscopi recognouit.

Data XV. Kal. marcii. Anno dominicae incarnationis M. primo. Indictione XIIII. Anno tercii ottonis regnantis XVII. Imperii V. Actum Rome feliciter amen.

a) Appendet Bulla plumbea minimi moduli sive numisma parvum plumbeum ex filo serico rubri coloris.

b) Annus regni ante mensem unum et 22 dies completus, indictio autem et annus imperii currentes, respondent anno Chr. notato 1001.

c) Ineditum, extractum tamen et expositum germanice a Frisio ap. Ludewig Geſchichtſch. v. Würzb. 450. et in epitome latina in Grebneri hist. univ. II. 420.

Digitized by Google

CLXXXVIII.

Anno 1002. 11. Januar. Paternae.

Otto III. imperator Megingaudo, Eistettensi episcopo, Ludovici Regis privilegium, Erchenbaldo episcopo quondam concessum, bannum scilicet forestalem in propria marca inter Alimoniam et Scuturam, et in locis nominibus expressis, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Otto diuina faucnte clemencia Imperator augustus. Cum petitionibus seruorum dei pro quibuslibet aeclesiasticis necessitatibus aures nostras pulsancium libenter annuimus. et diuinae potenciae in locis deo dicatis vberius famulandum auxilium porrigimus id procul dubio nos et ad temporalem uitam cautius deducendam et ad futuram feliciter obtinendam commodum prouenire confidimus. Idcirco notum sit omnibus nostris fidelibus. praesentibus et futuris qualiter megingaudus uenerabilis eihstatensis aeclesiae episcopus nostre indicauit serenitati. qualiter hluduicus rex bonae memoriae ob interuentum eiusdem sedis episcopi erchanbaldi per suaé largitionis praeceptum firmasset ut nulla persona audeat in illa propria marca eiusdem monasterii. inter alimoniam et scuturam et in locis itenesheim. mechinloch. chitanfeld. rammesperch. suncina. morinesheim. et ex altera parte alimoniae ruotpoldespuoch. ceterisque maioribus uel minoribus siluis in praenominata marca sitis sine consensu eiusdem episcopi erchanbaldi. successorumque eius porcos saginare. feras siluaticas uenatu capere vel arbores abscidere. aut ullam iniuriam facere. Quapropter pro diuini cultus amore et iam memorati episcopi megingaudi dilectione simulque fidelis nostri capellani petione (petitione). hugonis nomine haec eadem confirmauimus. vnde hoc praeceptum conscribi iussimus ac vt

Digitized by Google

firmum stabileque permaneat subtus manu nostra illud firmauimus et anulo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Ottonis gloriosissimi romanorum imperatoris. *(Monogramma)*

Heribertus cancellarius, ad uicem uuiligisi archiepiscopi recognouit.

Data. III. idus ianuarii. Anno autem ab incarnatione domini. M.II. Regni uero domni ottonis anno XVII. Imperii VII. Indictione XV. Actum paterne.

a) Appendet Bulla parva vel potius Numisma parvum plumbeum ex segmento coriaceo.

b) In numeris annorum regni et imperii apparet rasura, quae in ipsa tamen cancellaria caesarea videtur facta, anticipatione trium mensium in anno imperii, et decurtatione unius anni et aliquot dierum in anno regni. Indictio autem respondet anno ch. notato 1002.

c) Ineditum.

d) Confirmatum diploma Ludovici regis videre licet an. 908. 5. Febr. inter instrumenta apographa. Cnfr. diploma Conradi regis anni 918. 9. Sept.

CLXXXIX.

Anno 1002. 1. Julii. Suntheime.

Heinricus II. rex militi suo, Piligrimo, praedium Unvizinesdorf, in Ostarrike, in comitatu Heinrici comitis, et de silva proxima ad centum mansos donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinri-

Digitized by Google

cus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos cuidam militi nostro nomine piligrimo. piam eius seruitutem intuentes et honestae eius petitioni adsensum praebentes. quoddam nostrae proprietatis praedium in Unvizinesdorf. et in Ostarrike. in comitatu uero Heinrici comitis situm. id est quicquid in eadem uilla habere uisi sumus. insuper etiam de silua quae proxima est ad centum mansos ex nostro iure per hoc regale preceptum donauimus siue in proprium concessimus. cum omnibus eidem praedio iuste et legaliter pertinentibus. mobilibus et immobilibus. areis. aedificiis. agris. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siue compascuis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis. ac caeteris quae quolibet modo uocari possunt appendiciis. eo tenore quatinus praefatus Piligrimus. liberam de eodem praedio deinceps habeat potestatem possidendi hereditandi tradendi uendendi commutandi uel quicquid sibi pro suo compendio libeat faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc praecepti paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi Archiepiscopi recognouit.

Data. kalendis Julii. Anno dominicae incarnationis. M. II. Indictione XV. Anno uero domni Heinrici regis. I. Actum suntheime.

a) Sigillum impressum, bene expressum et optime servatum, sed formae primae, alias raro obviae.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, desumtum ex archivo Bamberg.

CXC.

Anno 1002. 10. Julii. Babemberge.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirceburgensi abbatiam in loco Selegonostat, sitam in pago Moinechgouue, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si rationabiles fidelium petitiones quas nobis pro suis necessitatibus innotuerint. ad effectum perducimus. et ueterem regum priorum consuetudinem exercemus. alios ad fidelitatem nobis exhibendam incitamus. Proinde notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos per interuentum Cunigundae dilectae coniugis nostrae fideli nostro Heinrico uidelicet uuirceburgensis ecclesiae episcopo. quandam abbatiam in loco qui dicitur Selegonostat. in pago Moinechgouue sitam et in comitatu comitis tradidimus. et per hoc regale praeceptum perenni iure in proprium delegauimus. cum omnibus eidem abbatiae pertinentibus. in quibuscumque uillis uel pagis. siue territoriis et comitatibus. id est mobilibus et immobilibus. seruis et ancillis. ingenuis et fiscalinis. areis. aedificiis. agris. terris. cultis. et incultis. pratis. pascuis. siue compascuis. siluis forestis. uenationibus. uineis. uinetis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. uiis. et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. ac caeteris quae quolibet modo uocari possunt appendiciis. et utensilibus. Eo tenore quatinus praefatus uenerabilis antistes Heinricus. omnesque sui successores eandem abbatiam in perpetuum potestatiue. possideant. et quicquid eis placuerit ad utilitatem suae ecclesiae inde faciant. nostra nostrorumque successorum et omnium mortalium contradictione in perpetuum longe remota. Et ut haec nostrae

Digitized by Google

traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc praecepti paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data VI. Id. Julii Anno dominicae incarnationis MII. Indictione XV. Anno uero domni Heinrici regnantis I. Actum Babemberge.

a) Impressum sigillum illaesum, formae secundae saepius obviae.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, attamen a Frisio ap. Ludewig Geſchichtſchr. v. Würzb. 451. paucis memoratum.

d) Nomen comitis pagensis non est expressum, sed spatium vacuum illi relictum.

CXCI.

Anno 1002. 13. Julii. Babenberc.

Heinricus II. rex Godehardo abbati Niederaltacensi aream Ratisbonae sitam, terminis designatam, donat.

a) Sigillum impressum illaesum, est formae secundae.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Hund. metr. II. edit. Mon. 21. Ratisb. 15. Gretser in divis Bamb. ap. Ludewig Script. rer. Bamb. 329. Mon. Boic. XI. 132. Ap. Ried cod. dipl. Ratisb. 115. num. 123. ex archivo superioris monasterii Ratisb., quo diploma cum area commigravit 1485, notante eodem Ried l. c.

Digitized by Google

CXCII.

Anno 1002. 12. Novembr. Radesbonae.

Heinricus II. rex monasterio S. Quirini (Tegernsee) curtile Ratisbonae situm, iuxta mercatum, vicinum loco Ahachircha donat.

a) Impressum sigillum fractum, residua tamen maiori illius parte, quae integram fere regis imaginem formae secundae bene expressit.

b) *Indictio* caesarea annusque regni concordant cum an. Chr. notato.

c) Editum ap. Oefele Scr. rer. B. II. 80. Mon. Boic. VI. 156. et ex eo ap. Ried. Cod. Rat. I. 116. n. 124.

CXCIII.

Anno 1002. 12. Novembr. Radesbonae.

Heinricus II. rex monasterio S. Quirini in Tegrinsee duas hobas in oriente, in loco Liupna, iuxta Danubium, in comitatu Heinrici, donat.

a) Impressum sigillum bene expressum, illaesum, formae secundae.

b) Indictio caesarea I. et annus regni I. respondent anno Chr. notato 1002.

c) *Editum* ap. Oefele Scr. B. II. et Mon. Boic. VI. 157. ubi eadem pag. ab infra lin. 7. leg.: Liupna, Danubium; et p. 158. lin. 3. leg. Egilbertus, Willegisi.

Digitized by Google

CXCIV.

Anno 1002. 16. Novembr. Radesponae.

Heinricus II. rex capellae veteri, a se in matrem ecclesiam erectae, et libertate regali insignitae, inter caetera donat et confirmat villam Ouueninga, in Kelesgouue et in comitatu Magenes.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinrichus diuina fauente clementia rex. Si collapsa uetustate aut negligentia sanctorum loca reparamus. et ibi diuino cultui mancipatis. aliqua uiuendi solatia deuoti conferimus. Et in Hac et In aeterna uita nobis hoc profuturum esse. minime dubitamus. Proinde notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus. praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos una cum dilecta coniuge nostra Cunigunda uidelicet regina. Intus in urbe Radesponensi in curte regia. quandam capellam quam olim ueterem uocabant. In honore sanctae dei genitricis mariae a fundamentis in matrem ecclesiam ereximus. dataque ei per praeceptum libertate regali. institutae ibi in dei seruicio canonicorum congregationi sub abbate uel praeposito nomine Tagini. pro stipendiis inter caetera dono contulimus. et per hoc regiae maiestatis insigne confirmauimus. quandam nostri iuris uillam. nomine Ouueninga. In kelesgouue et in comitatu Magenes sitam cum omnibus eiusdem uillae legalibus pertinentiis. mobilibus et immobilibus. seruis et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siue compascuis. siluis. uenationibus. aquis aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. ac caeteris quae quolibet modo rite uocari possunt utensilibus et appendiciis. eo tenore. quatinus praefati loci congregatio liberam de eodem praedio deinceps habeat potestatem. quicquid sibi decreto communi pro suis et praefa-

Digitized by Google

tae matris aecclesiae necessitatibus libeat faciendi. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. sigillo nostro imprimi iussimus.

Signum domni Heinrichi *(Monogramma)* regis Inuictissimi.

Egilbertus cancellarius. uice uuilligisi recognouit archicapellani.

L. S.

Data XVI. kalendas decembris. Anno incarnationis domini MII. Indictione I. Anno uero domni Heinrichi regnantis I. Actum in ipsa urbe Radespona.

a) Impressum Sigillum bene expressum, illaesum, formae secundae.

b) Indictio caesarea annusque regni respondent anno Chr. notato 1002.

c) Editum ap. Ried. Cod. Rat. dipl. l. 116. n. 125. desumtum ex archivo Bamberg. qui locum donatum erronee legit: Duueninga; nam intelligendus est locus Ouningen, hodie Eining. Cnfr. Charta anni 1161. ibid. p. 235. num. 256.

CXCV.

Anno 1002. 20. Novembr. Radesponae.

Heinricus II. rex monasterium sanctimonialium (inferius), infra Radesponensem civitatem, in suum mundiburdium et regiae immunitatis tuitionem recipit, eique possessiones omnes, partim nominibus expressas, confirmat, addita exemtione a iudiciaria potestate, et libera abbatissam eligendi facultate.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinri-

Digitized by Google

chus diuina fauente clementia rex. Justa regum et religiosa cogitatio. debet ecclesiis dei ubicumque facultas suppetit. Aliquod accommodare. ut inde procliuius mercedis aeternae premia consequantur. Proinde notum sit omnibus fidelibus nostris. praesentibus scilicet et futuris. qualiter uenerabilis abbatissa nomine Oyda. per interuentum dilectae conjugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae nostram adiit maiestatem suppliciter rogitans. ut monasterium sanctimonialium cui ipsa nunc temporis infra radesponensem ciuitatem praesidere uidetur. quod diuae memoriae auia nostra Jvditha olim in honore sanctae dei genitricis mariae a fundamentis in abbatiam erexit. et donis praediorum inter alia pro loco ditauit. in nostrum mundiburdium et regiae immunitatis tuitionem reciperemus cum omnibus pertinentiis eius. Nos ergo ob diuinum amorem piae eius annuentes petitioni. per hoc nostrae maiestatis insigne. praefatum monasterium nostrae nostrorumque post nos successorum regiae et imperiali perpetuo defensioni subicimus. et insuper optima ea libertate donamus qua caetera monasteria regalia ubicumque terrarum nostri regni perfrui uidebuntur. quatinus ibi sanctimoniales monasticae uitae sub regula sancti benedicti mancipatae. Liberius et deuotius illam quam aggressae sunt uitam absque inquietudine regalium exactorum uel sub introeuntium personarum dehinc conseruare ualeant. Regio igitur uerbo et praecepto iubemus et firmiter interdicimus. ut nullus dux m(*archio*) comes. uiccomes. episcopus. uel aliquis sub episcopo. aut iudex publicus. siue regius exactor. seu quelibet iudiciaria persona maior aut minor. deinceps in praedicto monasterio intus uel foris. et in locis aut hominibus uel omnibus ibi pertinentibus. aliquam publici iuris exerceat potestatem. aut quicquam de rebus monacharum sibi ipsi uel nobis aut successoribus nostris usurpare praesumat. sine aduocato quem praesens abbatissa et quae ei succedant. in hunc usum elegerint. constituerint. Qui etiam in ipso monasterio et in locis eius. aliud sibi non imponat potestatis officium. aut exigat seruicium. nisi quod abbatissa cum sacris sororibus illi praescripserit. Confirmamus etiam eidem monasterio. quicquid ibi umquam per reges et imperatores praeceptoria lege. siue per

Digitized by Google

duces uel alios Christi fideles in quocumque pago uel comitatu. aliqua traditum uel concessum est oblatione. cum curtibus et curtilibus. aedificiis. mancipiis. censu. intra et extra ciuitatem. aquis. aquarumque decursibus piscationibus. molendinis. aquimolis in utraque parte fluminis danubii urbem praecurrentis. pariter cum omnibus utensilibus et appendiciis locorum ibi pertinentium. quorum haec pro parte sunt nomina. Schirelinga. Lirundorf. Roggingun. Biberbahc. Linthard. Heroldeslinhard. cum omnibus appendiciis illorum. Hardkiricha cum decimis suis undecumque uillarum conferendis. Salla cum foresto. aqua. molendinis. vel ceteris pertinentiis. In Sinzingun omnem illam quae ibi praescripto monasterio pertinet utilitatem. Deggindorf cum decimis et usibus suis. Berge. quod situm est iuxta flumen philisa. et Budeleshuson cum aquis aquimolis molendinis et areis in fluuiis ysara et Vualehenesbah cum pontibus suis. uel totis eorum adiacentiis. Habeant etiam monachae potestatem liberam per decessiones inter se eligendi abbatissam quam probabilis uitae et morum regula deo propicio composuerit. omnium potestatum uel personarum contradictione remota. Et ut haec nostra traditio confirmatio siue libertas. stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. sigillo nostro imprimi iussimus.

L. S.

Signum Domni Heinrichi *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Egilbertus cancellarius. uice uuilligisi Archicappellani recognouit.

Data. XII. kalendas decembris Anno incarnationis dominicae M.II. Indictione. I. Anno uero domni Heinrichi regnantis. I. Actum in ipsa urbe radesponensi.

Digitized by Google

a) Impressum sigillum illaesum.

b) Indictio caesarea annusque regni currens respondent anno Chr. notato 1002.

c) Editum ap. Hund. metr. II. ed. Mon. 591. ed. Ratisb. 406. Lunig Spicileg. eccl. III. Theil Abtiss. 175. Zirngibl Leben Heinrichs des Heiligen hist. Abhandl. d. A. d. W. vom J. 1807. 370. cum explanatione situs locorum, et ap. Ried. cod. dipl. Rat. I. 118. n. 127. ex monasterio inferiori. Paricius in der histor. Nachr. I. 160 sq.

d) Lacuna quaedam per attritionem facta restituta est ex contextu et residuis extremitatibus supernis ac infernis literarum ret h.

CXCVI.

Anno 1002. 20. Novembr. Radesponae.

Heinricus II. rex capellae veteri, a se in matrem ecclesiam erectae, et libertate regali insignitae, inter caetera donat et confirmat villam Walehinga, in pago Nordgouue, in comitatu Heinrici.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinrichus diuina fauente Clementia rex. Si collapsa uetustate aut negligentia sanctorum loca reparamus. Et ibi diuino cultui mancipatis. aliqua uiuendi solatia deuoti conferimus. et in hac et in aeterna uita nobis hoc profuturum esse. minime dubitamus. Proinde notum sit omnibus Christi nostrisque fidelibus. praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos una cum dilecta conjuge nostra Cunigunda uidelicet regina. Intus in urbe Radesponensi in curte uidelicet regia. quandam capellam quam olim ueterem uocabant. In honore sanctae dei genitricis mariae a fundamentis in matrem aecclesiam ereximus. dataque ei per praeceptum regali libertate. Institutae ibi in dei seruicio canonicorum con-

Digitized by Google

gregationi sub abbate uel praeposito nomine Tagini. pro stipendiis inter caetera dona contulimus et per hoc regiae maiestatis insigne confirmauimus. unam nostri iuris uillam Uualehinga in pago Nordgouue. In comitatu Heinrichi sitam. cum omnibus eiusdem legalibus pertinentiis. mobilibus et immobilibus. seruis et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siue compascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis. ac caeteris quae quolibet modo rite uocari possint utensilibus et appendiciis. eo tenore. quatinus praefati loci congregatio. liberam de eodem praedio deinceps habeat potestatem. quicquid sibi communi decreto pro suis et praedictae matris aecclesiae necessitatibus libeat faciendi. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. sigillo nostro imprimi iussimus.

Signum Domni Heinchi (Heinrichi) (*Monogramma*) Regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius. uice uuilligisi archicapellani recognouit.

Data XII. kalendas decembris. Anno incarnationis dominicae. MII. Indictione. I. Anno uero domni Heinrichi regnantis. I. Actum In ipsa urbe Radesponensi.

a) Impressum sigillum et bene expressum, illaesum, formae secundae.

b) Indictio caesarea annusque regni currens respondent anno Chr. notato 1002.

c) Editum ap. Ried cod. dipl. Rat. I. 120. n. 128. Desumtum ex Archivo Bamberg.

Digitized by Google

CXCVII.

Anno 1002. 21. Novembr. Radesponae.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae villam Salzam, in pago Grafphelt et in comitatu Ottonis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos sancto chiliano fidelis nostri Heinrici uidelicet episcopi piam seruitutem considerantes per hoc regale praeceptum tradidimus. quandam nostri iuris uillam. in pago grafphelt et in comitatu ottonis sitam nomine Salza cum omnibus pertinentiis eius. hoc est areis, aedificiis. terris cultis et incultis. pratis pascuis. siluis aquis aquarumque decursibus piscationibus. molendinis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. ac caeteris quibuslibet pertinentiis, eo tenore quatinus praefatus episcopus Heinricus suique successores haec in usus aecclesiae suae teneant pro libitu et compendio suo. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis permaneat. hanc praecepti paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius uice uilligisi archicapellani recognoui.

Data XI. Kal. Decembris Anno dominicae incarnationis MII. Indictione I. Anno uero domni Heinrici regnantis I. Actum radespone.

Digitized by Google

a) Impressum sigillum fractum, residua maiori parte imaginis regis sedentis, i. e. formae secundae, scilicet cum pomo in sinistra regis manu.

b) Indictio caesarea annusque regni conveniunt anno notato Chr. 1002.

c) Editum ap. ab Eckart Nachricht von der K. Salzburg. p. 54.

CXCVIII

Anno 1002. 24. Novembr. Radasbonae.

Heinricus II. rex Albuuino, episcopo Sabionensi, praedium in villa Tiginga donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus presentibus scilicet et futuris qualiter nos per interuentum dilecte Conjugis nostrae Chunigundae uidelicet regine fideli nostro Albuuino sabiniensis ecclesiae episcopo (tradidimus) quoddam nostri juris predium idest quicquid in uilla tiginga pro nostra parte actenus uisi sumus possidere cum omnibus ad id legaliter pertinentibus mobilibus et inmobilibus seruis et ancillis. ecclesia decimis areis edificiis. terris cultis et incultis pratis. pascuis siue compascuis siluis aquis aquarumue decursibus uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis et quae quolibet modo rite uocari possunt appenditiis et utensilibus. Eo tenore quatinus prefatus uenerabilis episcopus Albuuinus suique successores predictum predium deinceps libera potestate teneant atque in perpetuos ecclesiae suae usus absque omnium personarum siue potestatum contradictione conuertant atque possideant habentes inde licentiam commutandi et quicquid sibi libeat faciendi. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat hanc precepti nostri paginam manu propria roborantes sigillari precepimus.

Digitized by Google

Signum Domni-Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Egilpertus cancellarius uice uuiligisi archicapellani recognoui.

Data VIII. kal. dec. Anno dom. incar. MII. Indict. I. Anno uero domni heinrici regis .I. Actum radasbone.

a) Originale huius diplomatis redditum est archivo caesareo Austriaco.

b) Indictio caesarea annusque regni conveniunt anno Chr. notato 1002.

c) Post Reschium in Annal. eccles. Sabion. III. 704. ex eodem edidit Ried cod. Rat. dipl. I. 121. n. 129.

CXCIX.

Anno 1003. 9. Februar. Coloniae.

Heinricus II. rex donationem abbatiae Svarzaha (Schwarzach) et monasterii secus ostium fluminis Svarzaha siti, ecclesiae Sti. Salvatoris Wirceburgi ab antecessoribus factam, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si quid locis diuino cultui mancipatis. nostrae largitatis stabilimus munificentia. diuinae pietatis nos inde credimus et minime ambigimus remunerandos magnificentia. Proinde omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumque fidelium praesens et futura cognoscat industria. qualiter uir uenerabilis Heinricus uuerceburgensis uidelicet aecclesiae praesul. quaedam regiae uel imperialis praecepta potentiae nostris

Digitized by Google

praesentauit obtutibus in quibus habebatur insertum. quomodo hluduuuicus pius interueniente memorandi nominis Anno pontifice. quandam abbatiam nomine Suarzaha. et monasterium secus hostium fluminis suarzaha situm. cum omnibus pertinentiis uel adiacentiis suis ad domum in honore sancti saluatoris preciosissimique martyris christi kyliani in urbe uuerceburg corporaliter quiescentis constructam. regiae auctoritatis scripto tradidit et in perpetuum obtinenda stabiliuit. Quibus lectis oblata sunt alia dilectissimi senioris et nostri praedecessoris tercii scilicet Ottonis imperatoris super eiusdem abbatiae uel monasterii confirmatione praecepta. Berenuuardo bonae memoriae pontifici tradita. His igitur ita gestis. praefatus uenerabilis praesul Heinricus. nostram per interuentum dilectae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae suppliciter deprecatus est excellentiam. quatinus sibi nostrae quoque celsitudinis super rebus praedictae abbatiae dignaremur largiri et gratia firmitatis tradere scripta. Cuius quidem honestae petitioni primum pro amore dei sanctique kyliani martyris christi. pro uoto satisfacientes. per hoc regiae maiestatis insigne confirmamus et ualidissime corroboramus aecclesiae in honore sancti saluatoris constructae ubi carissimi nobis patroni kyliani martyris corpus requiescit. memoratam abbatiam et monasterium cum omnibus adiacentiis utensilibus et appendiciis suis in quibuscumque pagis et comitatibus iaceant. et uniuersis tam quaesitis quam inquirendis sicut in prioribus praecessorum nostrorum legitur praeceptis. eo tenore quatinus praescriptus praesul Heinricus. suique in perpetuum successores. eandem abbatiam teneant usitent et securi perpetim possideant ordinent atque disponant nostra nostrorumque successorum contradictione remota. Et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Digitized by Google

Data V. Id. Febr. anno dominicae incarnationis MIII. Indictione I. anno uero domni Heinrici regnantis I. Actum Colonie.

a) Appendet Bulla plumbea ex segmento coriaceo, ad extremam membranae inferius complicatae partem apposita.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in chronico Schwartzacens. ap. Ludewig Script. Bamberg II. 14. 15.

CC.

Anno 1003. 9. Februar. Coloniae.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque sedi possessionem locorum Niuenstat et Hohenburg cellularumque Amerbach, Sluderin et Murrehart, per antecessores suos, reges vel imperatores, illuc traditorum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Siquid locis diuino cultui mancipatis. nostrae largitatis stabilimus munificentia. diuinae pietatis nos inde credimus et minime ambigimus remunerandos magnificentia. Proinde omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumque fidelium praesens et futura cognoscat industria. qualiter uir uenerabilis Heinricus uuirceburgensis aecclesiae uidelicet praesul. nostram per interuentum dilectae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae suppliciter adiit maiestatem. quatinus quaedam loca nomine Niuenstat et Hohenburg cellulasque alias. Amerbach. Sluderin et Murrehart per reges uel imperatores pippinum karolum. et postea diuae memoriae seniorem et antecessorem nostrum. tercium uidelicet Ottonem augustum. ad domum in ho-

Digitized by Google

norem sancti saluatoris sanctique kyliani preciosi martyris christi in urbe uuirceburg corporaliter quiescentis dono tradita et denuo praeceptorum firmitate corroborata. nostra regali munificentia confirmaremus. Cuius quidem honestae petitioni primum pro amore dei nostraeque salutis prouectu satisfacientes. per hoc regiae maiestatis insigne confirmamus et ualidissime corroboramus. ad praefatam sancti saluatoris sanctique kyliani martyris domum loca memorata et cellas cum omnibus adiacentiis utensilibus et appendiciis suis in quibuscumque pagis et comitatibus iaceant. et uniuersis tam quaesitis quam inquirendis sicut in prioribus praecessorum nostrorum legitur scriptis. eo tenore quatinus praelibatus praesul Heinricus suique perpetim successores eadem loca et cellas teneant usitent et ad diuinum seruitium ita sicut in antiquis regum et imperatorum scriptis continetur disponant. nostra nostrorumque successorum contradictione remota, et ut haec nostrae confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data V. Id. Februarii anno dominicae incarnationis MIII. Indictione I. Anno uero domni Heinrici regis. I. Actum Colonie.

a) Appendet Bulla plumbea ex segmento coriaceo, ad extremam membranae inferius complicatae partem, et quidem inverso capite, apposita.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCI.

Anno 1003. 30. Junii. Radesponae.

Heinricus II. rex comiti Adalberoni bannum super agrestes feras, inter duos fluvios Ysara et Liubasa, in omni terra, tam ipsius Adalberonis, quam domorum pontificalium vel monasteriorum, in comitatu friderici, in pago Sundergouue, terminis designatum, concedit et tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus presentibus scilicet et futuris qualiter nos fidele per omnia seruitium dilecti nobis comitis uidelicet Adalberonis intuentes. atque ipsius supplicationem per interuentum uenerandi presulis Gotescalchi attendentes. sibi prout ipse postulauerat quia legaliter potuimus. regalis potentiae bannum super agrestes feras concessimus inter duos fluuios ysara et liubasa. tam super propriam ipsius qui praefatus est Adalberonis terram. quam super domorum pontificalium uel monasteriorum in abbaciis quae ibi nobis pertinent terras. siue omnium illorum hominum terras. qui in praesenti uel in futuro huiusmodi rem cum eo collaudabunt. in comitatu friderici. qui iudicat in hachingun. in pago Sundergouue. primum ab hostio predictorum fluuiorum. Ysaram sursum uersus. usque ad hohenberg. inde ad huggenberg. et Cumizdorf. inde ad carphse et uuinidouua. secundum uero decursum fluminis liubasae. usque ad wolueradeshusun. Nostra igitur regali ut praescriptum est auctoritate. inter praenominatos fluuios et terminos bannum agrestium ferarum et tradidimus. et per hoc praeceptum largiti sumus. regio uerbo omnimodis interdicentes. quatinus hoc ambitu. sine sua ipsius licentia. feras illas quae in aliis dominicalibus forestis in banno sunt positae. nullus

Digitized by Google

aliquo ingenio uel genere uenandi audeat deinceps captare. Et ut haec nostrae concessionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. signo nostrae imaginis imprimi jussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius. uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data. II. kalendas iulii. anno dominicae incarnationis MIII. indictione I. Anno uero domni Heinrici secundi. regnantis. II. actum Radespone.

a) Sigillum impressum in parte inferiori laesum, residua adhuc tota imagine regis coronati sedentis, cum maiori parte inscriptionis.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Zirngibl in den bayer. Abh. an. 1807. 378. cum notis geograph. et aliis, et ap. Ried cod. dipl. Rat. I. 122. n. 130. ex Originali archivi Obermünster. Ratisb.

CCII.

Anno 1003. 9. Septemb. Babenbergae.

Heinricus II. rex, recepta ecclesiae frisingensis curte Nauua, sita in Alemannia, in pago Duria, in comitatu Manegoldi comitis, vicissim illuc tradit villas iuxta fluvium Regino sitas, scilicet Rodega, Tiechelinga et Cirnizinga, addita silva Udinhard, duabus tantummodo hobis exceptis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinri-

Digitized by Google

cus diuina fauente clementia rex, Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet et futuris qualiter nos per interuentum uenerandi frisingensis ecclesiae praesulis Godescalchi. quandam cum eo concambii firmitatem fecimus. et litteris ob memoriam mandari iussimus. tradidit igitur praefatus episcopus *Go*descalchus. et nobis secundum legem alemannorum firmiter legauit iure perpetuo. quandam suae aecclesiae cortem in alemania pago Duria et in comitatu Manegoldi comitis sitam. nomine Navua. cum omnibus utilitatibus appendiciis mancipiis et pertinentiis suis quoquo modo uocari siue inueniri possint. sine sua suorumque successorum molestia aliqua retinendam et lege proprietatis pro nostro libitu possidendam. Econtra sicut praefatus episcopus postulauit. pro compendio suo et loci uicinitate quasdam nostrae proprietatis uillas iuxta fluuium regino sitas. sibi suae aecclesiae suisque successoribus tradidimus. et per hoc regale praeceptum confirmari perpetuo iussimus. Id est Rodega totam. quicquid Megingoz ibi in ministerio uisus est obtinere. excepta una forestarii Hoba quam olim Rovdalbertus possedit. addentes eidem uillae siluam nomine Vdinhard. Tiechelinga quoque totam. excepta hoba propria Megingozi. quomodo eam sibi tempore ducatus nostri tradidimus. Cirnizinga etiam totam. cum reliquis earundem uillarum legalibus pertinentiis et utilitatibus. mobilibus et immobilibus. seruis et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis communibus siluis. aquis. aquarumque decursibus. molendinis piscationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. seu omnibus legalibus pertinentiis. eo tenore. quatinus praefatus episcopus Godescalchus. sui successores quoque pro utilitate sua et aecclesiae suae necessitate. quicquid inde uoluerint libere faciant. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roborantes. sigillo nostrae imaginis imprimi iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Digitized by Google

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data V. Id. Sept. Anno dominicae incarnat. MIII. Indict. I. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis II. Actum Babenberge.

a) Sigillum impressum periit, cuius vestigia in loco suo remansere, nimirum maculae cerae circa foramen et in membrana superincumbente.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Meichelbeck Hist. fris. I. 199. ex Orig.

CCIII.

Anno 1003. 1. Decembr. Radesponae.

Heinricus II. rex ecclesiae Salisburgensis episcopo (archiepiscopo), Hartwigo, praedium Halonis, in comitatu Berchtoldi, in pago Langowe situm, ad dies vitae ipsius tradit, post cuius obitum ad coenobium monialium S. Erindrudi supra urbem Salzburg pertineat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis Heinricus diuina fauente clemencia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet ac futuris qualiter nos suppliciter interueniente nobis dilectissima contectali nostra ac regnorum consorte uidelicet Cunigunda uenerabili salzburgensis aecclesie episcopo nomine Hartvuigo. per hoc regale praeceptum tradidimus quoddam nostri iuris praedium in comitatu Berchtoldi comitis situm. id est quicquid Halo in pago langouue pro beneficio uisus est hactenus possidere cum omnibus pertinentiis reditibus et utilitabus suis cum mancipiis utriusque sexus areis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siluis. alpibus. runcatis. ue-

Digitized by Google

nationibus molendinis. piscationibus. aquis aquarumque decursibus. uiis et inuiis exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis siue cunctis. quae quolibet modo rite uocari aut inueniri possunt appendiciis eo tenore quatinus praescriptus uenerabilis praesul ipsum illud quicquid est omnibus diebus uitae suae cum omni integritate usu fructuario liberaliter obtineat. atque possideat. et post clausum uitae huius terminum in usus monacharum sanctae Erindrudi supra urbem salzburg regulariter seruientium cum omni utilitate et integritate restituat pro nostra nostrorumque debita salute et regni stabilitate. nobisque dilectissimi senioris tercii uidelicet ottonis augusti animae quaddam comemoratione. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam manu propria roboratam sigillo nostro imprimi jussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recog.

Data kl. decembr. Ind. I. Anno Incarn. dom. MIII. anno uero dom. Heinrici secundi reg. II. Actum radespone.

a) Ex Originali, quod redditum est archivo Salisburgensi.

b) Indictio ordinaria annusque regni conveniunt anno Chr. notato 1003.

c) Editum ap. Hansiz. Germ. Sac. II. 164. Mezger Hist. Salisb. I. 1078. et Lünig spicil. eccl. I. Theil. Fortf. 950, qui tamen nomen possessoris praedii et pagum, in quo iacuit, vocant Hazo in pago Lingowe.

Digitized by Google

CCIV.

Anno 1003. 25. Decembr. Polide.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae praedium in uilla Kircheim, super ripam fluvii Neccar, in pago Zabernorgouui, in comitatu Adalberti situm, tradit, eo fine, ut idem episcopus in castro Loufen, ubi Scta Reginsuintdis Virgo corpore requiescit, coenobium monialium instituat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae nostrisque fidelibus praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos per interuentum dilectae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae. pie petitioni carissimi nobis Heinrici praesulis uuerceburgensis. ad uotum respondentes. pro regni nostri stabilitate et anima diuae memoriae carissimi senioris nostri Ottonis tercii imperatoris augusti. seu patris nostri Heinrici parentumque nostrorum quoddam nostri iuris praedium in pago Zabernogouui et in comitatu Adalberti comitis situm. id est quicquid nos hactenus potestatiue uisi sumus possidere. in uilla kirihcheim super ripam fluuii neccar iacente ad aecclesiam preciosissimi martyris christi kiliani in honore sancti saluatoris infra ciuitatem quae dicitur uuirziburg constructam. per hoc regale praeceptum iure perenni tradidimus. cum omnibus ad eandem cortem quoquo modo respicientibus mobilibus et immobilibus seruis et ancillis. areis aedificiis. agris. campis. terris cultis et incultis. pratis pascuis siue compascuis. uinetis. siluis uenationibus. aquis aquarumque decursibus. molendinis piscationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis. siue omnibus quae quolibet modo rite uocari aut inueniri possunt pertinentiis reditibus et utilitatibus. eo tenore quatinus praefatus

Digitized by Google

praesul uenerabilis Heinricus in castro quod dicitur Loufen ubi sancta Reginsuintdis uirgo corpore requiescit. coortem deo religiose militantium sub ea qua sibi aptum fuerit professione uigilanter instituat. et pro libitu suo eam disponat et suis succesoribus regendam derelinquat et praedictum locum cum reditibus suis in illius congregationis uictualia et indumenta perpetua stabilitate conuertat nostra omniumque successorum nostrorum contradictione remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc nostri praecepti paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data VIII. Kal. Jan. anno dominicae incarnationis MIII. Indict. I. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis II. Actum in polide.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Cancellarius et archicancellarius prius ante Monogramma inscripti, postea erasi sunt, remanentibus litterarum vestigiis.

c) Indictio ordinaria annusque regni respondent anno chr. notato 1003, quamvis apud Historicos eodem die an. Ch. 1004 soleat incoeptari.

d) Ineditum, licet memoratum a Frisio apud Ludewig Geſchichtſchr. v. Würzb. 451. et in Grebneri histor. univers. II. 421.

Digitized by Google

CCV.

Anno 1004. 27. Januar. Altsteti.

Heinricus II. rex abbatiam S. Mauritii, Altaha (Niederaltach) in suam tuitionem recipit, cum villis partim nominatis, omnemque ab ea molestiam removet.

a) Sigillum impressum fractum, et maxima parte deperditum, remanentibus duobus fragmentis, uno adhuc chartae adhaerente, altero separato; totum olim circulo, ex aurichalcho, superstite frustra munitum.

b) Indictio convenit anno Ch. notato, annus regni anticipatus est 4 mensibus et paucis diebus.

c) Editum a Gretser in divis Bamb. ap. Ludewig script. Bamb. I. 330. Hund. Metr. II. Edit. Monac. 22. ed. Ratisb. 15. Leuckfeld. Antiquit. Altstet. 247. Monum. Boic. XI. 133. ubi lin. 15. et 16. legatur: Cunzina. Munichodorf. Povchof. Oberanhus. Usterlingun. Gotzoltingun. Otilingun. Riherisdorf. Baldheringa. p. 134. lin. 11. leg. Altsteti.

CCVI.

Anno 1004. 8. Februar. Warim.

Heinricus II. rex regiae capellae, in civitate Radesponensi, a se reparatae, praedium, in duabus villis, Durnin et Mantalahi, in Nordgouue, in comitatu Oudalscalchi comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis. Heinri-

Digitized by Google

chus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris. praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos ad regiam capellam. intus in ciuitate radesponensi in honorem sacratissimae uirginis dei genitricis Mariae a nobis reparatam. quoddam nostri iuris praedium in nortgouue et in comitatu Ovdalscalchi comitis situm. id est quicquid in duabus uillis nomine Durnin et mantalahi possidere uisi sumus. interueniente Taginone Magedeburgensis aecclesiae archiepiscopo. quondam eiusdem capellae praeposito. per hoc regale praeceptum perpetua lege tradidimus. cum omnibus pertinentiis et utilitatibus suis hoc est areis. aedificiis. seruis et ancillis. agris. campis. terris. cultis et incultis. pratis. pascuis siue compascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. molendinis piscationibus. uiis et inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis et inquirendis. seu caeteris quibuscumque pertinentiis. in perpetuos aecclesiae et congregationis ibidem deo canonice militantis usus. Et ut haec nostra traditio stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam manu propria roboratam. Sigillo nostro imprimi iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Egilbertus Cancellarius. uice uuilligisi archicapellani recognouit.

L. S.

Data VI. Idus februarii. Anno incarnationis dominicae M. IIII. indictione I. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis II. Actum in Vuarim.

a) Sigillum impressum totum adhuc, licet in ora inferiori iam laesum.

b) Indictio erronea I. loco currentis II; annus tamen regni currens respondet anno chr. notato 1004.

c) Editum ap. Ried. Cod. dipl. Ratisb. I. 123. n. 131. ex archivo Bamberg; memoratum et extractum ap. Heyberger Ichnographia chronici babenbergensis. 52 et 53.

Digitized by Google

CCVII

Anno 1004. 10. April. Tridenti.

Heinricus II. rex Albuuino episcopo Sabiniensi eiusque ecclesiae praedium Veldes, situm in pago Creina, in comitatu Watilonis donat, reservata tamen tota decimatione, quae iam vivente eodem episcopo, ac tertia parte praedii, quae post eius obitum ad usus fratrum (canonicorum Brixinensium) pertineant.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si ecclesias dei aliquibus diuinitus nobis concessis rebus sublimamus et exaltamus. non solum humanam laudem. uerum etiam diuinam remunerationem nos inde recepturos speramus. Quapropter nouerint omnes nostri fideles. praesentes scilicet et futuri. qualiter nos pro remedio animae dilecti senioris nostri Ottonis uidelicet imperatoris augusti. nec non pro nostrae et dilectae conjugis nostrae Cunigundae reginae. per interuentum uenerabilis sabiniensis episcopi Albuuini. quoddam nostri juris praedium quod dicitur Ueldes. situm. in pago Creina nominato. in comitatu Uuatilonis supradicto nomine id est Creina uocitato. eidem uenerabili episcopo Albuuino suaeque aecclesiae in honore sancti ingenuini confessoris et Cassiani martyris. constructae. tam sibi quam suis successoribus in proprium ius tradidimus cum omnibus suis pertinentiis. id est aecclesiis castellis. aedificiis. mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. siluis uenationibus. pratis pascuis siue compascuis. aquis aquarumque decursibus. molendinis. piscationibus. uiis et inuiis. exitibus. et reditibus. quaesitis et inquirendis. seu omnibus quae dici uel nominari possunt. iuste et legaliter ad supradictum praedium pertinentibus. comitibus siue aliquibus iudiciariis personis. de publico districto prater licentiam episcopi

Digitized by Google

nihil se intromittentibus. eo uidelicet tenore. ut cuncta decimatione ad opus fratrum sancto ingenuino seruientium reseruata. supradicto episcopo usque ad finem uitae suae secundum suam dispositionem alia cuncta deseruiant. post finem uero uitae suae. tercia pars supradicti praedii ad usus fratrum proprie pertineat. reliquae uero duae partes episcoporum istius uenerabilis uiri Albuuini successorum potestati subiaceant. Et ut haec nostrae traditionis pagina nunc et in futuro firma et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri inpressione insigniri iussimus. et propria manu ut inferius uidetur confirmauimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Egilbertus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognouit.

Data. IIII. Id. April. Anno dominicae incarn. MIIII. indict. I. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis II. Actum Tridentum.

L. S.

a) Ex originali, quod redditum est archivo caesareo Austriaco.

b) Notata indictio erronea est, loco currentis II; annus autem regni currens respondet anno ch. 1004.

c) Editum cum notis ap. Resch Annal. Sabionens. III. 707 — 710. et Lünig spicileg. eccles. I. Contin. I. Fortf. III. 138.

CCVIII.

Anno 1004. 15. Octobr. Frosae.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae Geroldum et Iringum, servos, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinri-

Digitized by Google

cus diuina fauente clementia francorum et longobardorum rex. Si fidelium nostrorum piis petionibus assensum praebemus. magnum inde animae nostrae prouenire gaudium minime diffidimus. Idcirco omnium sanctae dei ecclesiae fidelium nouerit industria. quoniam interuentu ac supplicamine dilectissimae nobis coniugis uidelicet cunigundae reginae. nec non et Hecilini vuirciburgensis aecclesiae episcopi pia flagitatione quosdam nostrae proprietatis seruos geroldum uidelicet et iringum dictos aecclesiae sancti Kiliani in uuirciburc in proprium donauimus. dedimus. atque omnium contradictione remota prout firmissime potuimus confirmauimus. Praecipientes igitur regali maiestate edicimus. vt nec parua quorumlibet uel magna persona eundem praescriptum episcopum Hecilinum suosque successores de iam dictis seruis eorumque possessionibus hereditatibus mobilibus et inmobilibus seu questibus aliquo modo iusta acquisitione illis adherentibus. inquietare. molestare. uel disuestire. praesumat. Et ut haec nostrae tradicionis auctoritas stabilis et inconuulsa in aeternum permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigillique nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Egilbertus cancellarius uice uuiligisi archicapellani recognoui.

Data in Id. Octobris indictione II. anno ab incarnatione domini MIIII. anno uero domni heinrici secundi regnantis III. Actum frosae feliciter Amen.

a) Sigillum impressum fractum, residua tamen maiori eius parte, atque exiguo fragmento penitus avulso adiacente.

b) Indictio ordinaria annusque regni currens respondent anno Chr. notato 1004.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCIX.

Anno 1005. 10. Junii. Puozinesheim.

Heinricus II. rex quoddam praedium in curtibus Radesponensibus et in comitatu Roudberti comitis, monasterio S. Mariae, quod inferius dicitur, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si piis dei famulantium peticionibus prebemus assensum. aeternae remunerationis procul dubio inde oboriri nobis speramus remedium. idcirco omnium sanctae dei aecclesiae fidelium presentium scilicet et futurorum nouerit industria. qualiter nos tam pro animae nostrae consultu. quam etiam pro dilectissimae contectalis nostrae cunigundae videlicet reginae dulci appetitu. nec non uenerabilis radesponensis abbatissae Ovtae videlicet nuncupatae sedulo interuentu. quoddam nostri iuris predium quod Macelinus clericus uiuens in curtibus radesponensis. *et inulla c(on)dicta* et in comitatu Rovdberti comitis uisus est in uestitura potestatis possidere. radesponensi sanctae mariae monasterio quod differenter inferius dicitur. tradentes in proprium donauimus atque in augmentum uictus sanctimonialium inibi degentium sub regula sancti benedicti firmissima donatione proprietauimus. Cum omnibus eiusdem praedii utensibilibus et appendiciis. rebus scilicet mobilibus et inmobilibus familiis utriusque sexus, areis. aedificiis. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. siue compascuis. uiis. inuiis. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. aquis aquarumue decursibus seu cum omnibus quae rite dici uel scribi possunt quoquolibet modo utilitatibus. Eo uidelicet donantes tenore. quatinus iam dicta abbatissa eiusque succestrices liberam dehinc habeant potestatem possidendi. commutandi. colendi. precaricandi. seu quicquid sibi libeat omnibus modis de eodem predio ad utilitatem sanctimonialium faciendi. Et ut haec tradicionis auctoritas stabilis et inconuulsa in aeter-

Digitized by Google

num permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigillique nostri inpressione insigniri jussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuiligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data IIII. Idus Junii. Indictione. III. Anno dominicae incarnationis M. V. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis. Actum Puozinesheim feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum, residua parte maiori ipsius imaginis caesareae.

b) Indictio anno chr. notato 1005 convenit; non vero annus regni, cum ante 4 dies inceptus esset annus IV, ergo per 11 menses anticipatus.

c) Editum a Zirngibl im Leben des K. Heinrich II. b. Abhandl. 1807. S. 385. et in Ried cod. Rat. dipl. I. 124. n. 132. Uterque aliter legit locum literis, quas cursivas vocant, expressum, valde obscurum. Verisimiliter error calami irrepsit, et legendum erit, vel: ecclesiae Con dictis; vel: ecclesiae et in villa Coa dicta; ita, ut hoc loco designetur utraque huba Hawn, ex fide librorum censualium olim ad ecclesiam Niedermünster spectans.

CCX.

Anno 1005. 5. Novembr. Weralae.

Heinricus II. rex monasterio S. Mauritii, Altaha (Niederaltach), villam Flinsbach, in pago Sueinihgouui, in comitatu Tiemonis comitis, restituit, cum omni, quidquid inter Wincira et Hofakirchun ad idem monasterium respicit.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum aliquatenus laesum, totum vero adhuc et pro sui conservatione circulo ex aurichalco munitum.

b) Indictio erronea loco III. ordinariae vel IV. caesareae; annus tamen regni currens respondet anno Chr. notato 1005.

c) Editum in Gretseri divis Bamb. apud Ludewig Script. Bamb. I. 331. Hund. metrop. II. Edit. Mon. 22. ed. Rat. 15. Mon. Boic. XI. 134. ubi ead. p. ab infra lin. 5. legatur: Godehardus; lin. 3. Flinsbach; lin. 2. Sueinihgouui; p. 135 lin. 12, Wincira et Hofakirichun. p. 136. lin. 3. Weralae.

CCXI.

Anno 1006. 7. Decemb. Merseburc.

Heinricus II. rex praedium Adamunta, in comitatu Adalberonis comitis, in pago Ensitala situm, Jubensi (Juvavensi) ecclesiae eiusque archiepiscopo, Hartwico, ad dies vitae huius archiepiscopi, donat, post cuius obitum ad monasterium Sti. Petri pertineat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae Trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si de terrestrium rerum facultatibus diuinitus nobis collatis aecclesias Dei locupletare studuerimus. decurso huius uitae agone brauio indeficienti nos coronari non diffidimus. Quapropter generaliter omnium pateat industriae. qualiter nos interueniente dilecta conjuge nostra Cunigunda uidelicet regina. quoddam nostri juris praedium adamunta dictum in Comitatu adalberonis comitis in pago Ensitala situm iubensi aecclesiae ubi sanctus Rovdbertus corporaliter requiescit pro redemtione animae nostrae dilectaeque praefatae conjugis. et amore Hartuici eiusdem aecclesiae pastoris per hoc regale testamentum donando firmamus cum omnibus appendiciis et utilitati-

Digitized by Google

bus eidem praedio adjacentibus. cum patellis scilicet patellariisque locis. et cum familia vtriusque sexus prout iuste ac legaliter possumus. Eo uidelicet tenore ut dum praedictus Hartuicus archiepiscopus uixerit ad suum seruicium habeat post uero obitum suum ad usum fratrum in monasterio sancti petri sub regula sancti benedicti seruientium succedat. Et ut haec nostrae auctoritatis pagina stabilis et inconuulsa in aeternum permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice Uuilligisi archicappellani recognouit.

L. S.

Data VII. Id. Decembris Anno dominicae incarnationis. M. V. Anno vero domini Heinrici secundi regis V. Actum merseburc feliciter amen.

a) Ex Originali, quod redditum est archivo Salisburgensi.

b) Annus regni 5 mensibus totis anticipatus est, indictio autem omnino ommissa, quae cum in alio diplomate, eidem ecclesiae eademque die eodem denique loco dato, in (Kleinmayrn) Juvavia, Anhang 215. num. 84 recte notetur, nimirum Indict. III.; hinc annus Chr. 1005 diplomati huic certissime convenit.

c) Editum in noviss. Chronico S. Petri Salisb. 178 et 179. et in citat. (Kleinmayrn) Nachrichten von Juvavia, Anhang 215. n. 85. Specimen eius exhibetur in (Besselii) chronico Gottwicensi I. ad p. 229.

CCXII.

Anno 1007. 15. April. Radesbonae.

Heinricus II. rex Barigensiensis ecclesiae sororibus, sub S. Benedicti regula degentibus, (Kl. Bergen) praedium Tollunstein, situm in pago Sualeveldun, in comitatu Werinharii comitis, eo iure donans proprietat, quo illud Ernust comes possedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aecclesias dei in augendo exaltauerimus. aeternae remunerationis emolumentum nobis inde profuturum neutiquam diffidimus. quapropter omnium sanctae dei aeclesiae fidelium praesentium scilicet ac futurorum nouerit industria. qualiter nos tam pro nostrae. quam pro dilectissimae contectalis nostrae Cunigundae videlicet reginae animae remedio. sanctae Barigensiensis aecclesiae sororibus sub sancti benedicti regula degentibus. quoddam nostri juris praedium taliter donantes proprietamus in augmentum stipendiorum. qualiter Ernust comes uisus est possedisse id ipsum. Tollunstein dictum. in pago Sualeueldun situm. et in comitatu werinharii comitis. cum omnibus eiusdem praedii adherentibus et appendiciis. videlicet, uillis areis. aedificiis. mancipiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. quaesitis uel inquirendis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. pratis pascuis conpascuis siue apium pascuis. siluis saginis. aquis molendinis. piscationibus. ceterisque omnibus quae rite dici uel scribi possunt quoquolibet modo utilitatibus et appendiciis. Precipientes igitur regali auctoritate iubemus. quatenus benedicti semper gregis Moderatrix siue abbatissa tam praesens quam etiam profutura (postfutura). liberam dehinc habeat potestatem antedictum predium tenendi. possidendi. colendi. aedificandi. aduocatum superponendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus (*adusum*) sancti monialium in praelibata Bargensi aecclesia deo monachice seruientium

Digitized by Google

faciendi. Et ut haec nostrae traditionis siue donationis maiestas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Eberhardus cancellarius uice uilligisi archicapellani recognoui.

Data XVII. Kal. Maii. Indictione V. anno dominicae incarnationis MVII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis V. Actum Radesbone feliciter amen.

a) Sigillum impressum totum extat, licet aliquanto laesum, et minus bene expressum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Edidit Nagel: Notitiae, origines domus boicae p. 255. super monasterio Bergen prope Neuburg ad Danubium.

d) Locus detritus restitutus est ex vestigiis apicum superstitum et ex formulis diplomatis eiusdem anni et diei monasterio sanctimonialium Neuburgensi dati ap. Hund. metr. II. Edit. Mon. 525. edit. Rat. 362.

CCXIII.

Anno 1007. 17. April. Se.

Heinricus II. rex, recepto a Pataviensi episcopo, Christiano, eiusque ecclesia, praedio Trevina, iure concambii vicissim eidem ecclesiae predia Ernustesdorf et Albarin tradit atque confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et individuae trinitatis Hein-

ricus diuina fauente clementia rex. Si sanctae dei aecclesiae uenerabilia augendo meliorare studuerimus loca. Supernae recompensationis emolumenta nequaquam diffidimus inde nobis profutura. Quapropter omnium sanctae dei aecclesiae fidelium praesentium ac futurorum nouerit industria. qualiter sanctae patauiensis aecclesiae episcopus Christianus nuncupatus. nostram humillimae (humillime) postulando adiit clementiam. quo quaedam nostrae pro prietatis predia Ernustesdorf. et Albarin dicta. in pago sita et in comitatu comitis. erga praedium Treuina dictum. sibi aecclesiaeque suae comutantes nostra auctorali traditione confirmaremus. cuius precibus aduocatique sui legitimi Gumponis. N. ceterorumque tam clericorum quam laicorum sibi subtitorum oboedientes. nuper dicta praedia prout iuste et legaliter potuimus ecclesiae patauiensi. in concambium praedii Treuina uocati. aeterna confirmatione proprietantes confirmauimus cum omnibus eorum adiacentiis et utensilibus videlicet rebus mobilibus et inmobilibus quaesitis et inquirendis. areis aedificiis. familiis utriusque sexus. terris cultis et incultis. ceterisque omnibus quae dici vel rite scribi possunt utilitatibus *exceptis* II *Itinerariis Cristano et engilberto eorumque agris* precipientes igitur ut praefatus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem. eadem praedia tenendi possidendi. uel quicquid sibi libeat ad usum monasterii modis omnibus inde faciendi. et ut haec nostrae auctoritatis pagina stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data XV. kl. Mai. Indictione V. Anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis V. Actum Se. feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Memoratum a Hund. metr. I. Edit Mon. 303. edit. Rat. 202. et a Hansitz Germ. Sacr. I. 237. Editum in Baron de Hormayr Jahrb. Bd. XLIV. Anzeigebl. 12. n. 28.

d) Non tantum nomina propria pagi et comitis pagensis ommissa, sed etiam plura vocabula, nimirum famulorum exceptorum, super lineam, eadem tamen manu eodemque atramento, scripta sive intercalata sunt.

CCXIV.

Anno 1007. 6. Maii. Babenberg.

Heinricus II. rex Babenbergensi ecclesiae, a se constructae, omne praedium suum, quocunque locorum in comitatu Dietmari comitis et in pago Volcfelt situm, donat.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aecclesias dei restaure (restaurare) uel alicuius rei dono ditare studuerimus. aeternae recompensationis aemolumentum nobis inde profuturum minime diffidimus. Quapropter omnium sanctae dei aecclesiae fidelium praesentium scilicet ac futurorum nouerit industria. qualiter nos tam pro nostrae quam pro genitoris nostri animae remedio ceterorumque parentum nostrorum aeternali tripudio. vniuersum nostri iuris praedium quocunque locorum in comitatu Dietmari comitis. et in pago volcfelt dicto habeatur situm. sanctae Babenbergensi aecclesiae in honore sanctae dei genitricis Mariae. sanctorumque apostolorum principis. beati petri. constructae siue dedicatae. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina proprietantes largimur. concedimus. ac de nostro iure in eius perpetuum ius

Digitized by Google

ac dominium donamus atque transfundimus. cum omnibus eiusdem praedii pertinentiis siue adherentiis uel utensilibus videlicet uicis uillis familiis utriusque sexus. rebus mobilibus et inmobilibus quesitis uel inquirendis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. terris cultis et incultis. pratis pascuis siue conpascuis aquis aquarumque decursibus. piscationibus. molis molendinis. siluis saginis uenationibus. ac ceteris omnibus quae dici uel scribi quoquolibet modo possunt utilitatibus. Eo donantes tenore. ut praefata aecclesia eiusque rectores siue prouisores. idem praedium omnium contradictione remota habeant firmiterque possideant. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognouit.

L. S.

Data II. non. Maj. Indictione V. Anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici II. regnantis V. Actum Babenberg feliciter amen.

a) Sigillum impressum ex inferiori parte non leviter fractum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Heybergeri Cod. Probat. ad Deductionem bamberg. super Fürth. num. 2. cum delineatione sigilli integri.

Digitized by Google

CCXV.

Anno 1007. 6. Maii. Babenberg.

Heinricus II. rex Babenbergensi ecclesiae, a se constructae, praedium Halstat, in comitatu Adelberti comitis et in pago Ratenzgouue situm, donat, additis omnibus sui iuris praediis, in eodem pago et comitatu sitis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aeclesias dei alicuius rei dono prouehere uel ditare studuerimus id nobis profuturum esse minime dubitamus. Quapropter omnium sanctae dei aeclesiae fidelium praesentum scilicet atque futurorum nouerit industria. Qualiter nos tam pro nostrae quam genitoris nostri ceterorumque parentum nostrorum animae remedio quoddam praedium Halstat dictum in comitatu Adelberti comitis et in pago Ratenzgouue dicto situm additis insuper et adiunctis nostri iuris uniuersis praediis quaecumque uel (*ubilibet*) in eodem pago uel nuper dicto comitatu habeantur. cum eorum pertinentiis et adherentiis quaesitis uel inquirendis. sanctae Babenbergensi aeclesiae in honore sanctae dei genitricis uirginis mariae sanctique petri apostolorum principis constructae ac dedicatae hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina largimur atque concedimus. Et de nostro iure in eius ius ac dominium transfundimus. videlicet uicis. uillis. familiis utriusque sexus. areis. aedificiis. censualibus. uineis uinetis. siluis. siluaticis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. piscationibus. uiis. inuiis. exitibus et reditibus rebus mobilibus et immobilibus. terris cultis et incultis. pratis. pascuis. conpascuis. ac ceteris quae rite dici uel scribi possunt quoquolibet modo. utilitatibus. Eo uidelicet donantes tenore ut praedicta aecclesia eiusque rectores siue prouisores omnium contradictione remota habeant teneant firmiterque possideant. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa per-

Digitized by Google

maneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuiligisi archicapellani recognouit.

L. S.

Data II. Nonas. Maj. Indictione. V. Anno dominicae incarnationis M. VII. Anno vero domni heinrici II, regnantis V. Actum Babenberg feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Heyberger in Cod. Probat. ad deduct. bamberg. super Fürth num. 3.

d) Locus exesus restitutus est ex contextu et vestigiis apicum b et l residuis.

CCXVI.

Anno 1007. 10. Maii. Babenberc.

Heinricus II. rex Egilberto episcopo et ecclesiae frisingensi praedia Weliza et Linta, in provincia Karinthia et in comitatu Adalberonis sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente Clementia rex. omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus presentibus et futuris notum fieri uolumus. qualiter nos

Digitized by Google

tam pro nostrae remedio animae. quam pro dilectissimae contectalis nostrae Cunigundae uidelicet reginae peticione. nec non et familiarissimi nobis Eberhardi cancellarii pia interuentione. insuper amabillimi (amabilissimi) nostri Egilberti episcopi (*assidua*) obsequiali admonitione quaedam nostri iuris praedia uueliza et linta uocitata in prouincia Karinthia et in Comitatu (*Adel*) beronis sita cum familiis utriusque sexus. et cum curtiferis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis exitibus reditibus. quaesitis (*et in quirendis*) rebus mobilibus seu immobilibus. aquis earumue decursibus. molis molendinis piscationibus. siluis saginis uenationibus. apum pascuis paludibus alpibus uallibus planiciebus omnibus rebus iuste uel legaliter ad eandem cortim respicientibus. ad ecclesiam sanctae dei genitricis sanctique Corbiniani Christi confessoris omnium contradictione remota hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina donantes proprietauimus. Eo scilicet tenore ut prelibatus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eadem antedicta praedia tenenendi (tenendi) possidendi. commutandi. uel quicquid sibi libeat modis omnibus inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis Inuictissimi.

L. S.

Eberhartus cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

Data VI. id. Mai. indict. V. Anno dom. incarn. MVII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis V. Actum Babenberc feliciter amen.

a) Sigillum impressum avulsum, sive excisum, remanente eius vestigio unico, nimirum cerae macula circa foramen, et in membrana superincumbente.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae concordant.

c) Edidit Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 206.

d) Loca quaedam detrita partimque penitus exesa restituta sunt ex libro I. copiali saec. XII. folio separato manu fere coaeva scripto et adglutinato fol. 30, quae in autographo noviori manu erronee quandoque rescripta, parique errore apud dictum Meichelbeck impressa sunt.

CCXVII.

Anno 1007, 13. Maii. Babenberg.

Heinricus II. rex praedium Eringa, situm in pago Rotgouue et in comitatu Geroldi comitis, comiti suoque fideli, Ascuuino, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus sanctae dei ecclesiae fidelibus presentibus scilicet et futuris notum fieri uolumus qualiter nos interuentu dilectissimae contectalis nostrae Cunigundae videlicet Reginae quoddam nostri juris praedium Eringa dictum. in pago Rotgovuue et in comitatu Geroldi comitis situm. cum omnibus eius pertinentiis et utensilibus videlicet rebus mobilibus et inmobilibus quesitis uel inquirendis. ecclesiis. decimis familiis utriusque sexus. cortiferis. areis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus uel reditibus pascuis compascuis. pratis. siluis saginis uenationibus incisuris aquis earumue decursibus. molis molendinis piscationibus ac cum ceteris rebus omnibus quae rite dici uel scribi possunt. Ascuuino comiti nostroque fideli hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmissime potuimus in eius ius atque dominium donantes proprietauimus. Eo videlicet tenore ut praefatus comes Ascuuinus liberam dehinc habeat potestatem idem praedium tenendi possidendi commutandi donandi

Digitized by Google

seu quicquid sibi libeat modis omnibus inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat, hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data III. Idus Mai. Indictione V. Anno dominicae incarnationis MVII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis V. Actum Babenberg feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven I. Jahrg. II. Bd. 374. Beil. I. copiose etiam extractum ab Heyberger in Ichnographia chronici Babenb. p. 59 et 60. et ex eodem apud Scholliner in stemmatographia comitum de Bogen n. b. Abhandl. IV. 116.

d) Desumtum ex Archivo Bamberg.

e) Inscriptio externa fere coaeva notat tantum: Eringa.

CCXVIII.

Anno 1007. 19. Maii. Mogontiae.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Buochinebach, in comitatu Ruodberti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinri-

Digitized by Google

cus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur eloquii sacri institutionibus erudimus (erudimur) et admonemur. ut temporalia relinquentes bona. et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paterne hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmem episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Henrici Uuirciburgensis episcopi concessu. Ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum. abbatumque. nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sancte dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non Martirum kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum. et Ottonis tertii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Buochinebach. dictum et in comitatu. Ruodberti. comitis situm ad eandem episcopalem supradictam sedem Babenberc dictum (vocab. abundans) vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet siluis seruis et ancillis terris cultis et incultis uiis et inuiis. exitibus et reditibus quesitis uel inquirendis. saginis venationibus aquis aquarumue cursionibus piscationibus molis molendinis rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus ac proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus sepe dicte Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem praescriptum locum. Buochinebach. dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi commutandi sev quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde fatiendi siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumat. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili

Digitized by Google

luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data XIIII. kalendas Jvnij. indictione. V. anno dominicae incarnationis. M. VII. anno uero domni Heinrici Secundi regnantis. sexto. Actum Mogontiae feliciter amen.

a) *Sigillum* impressum illaesum.

b) Annus regni anticipatus est 17 diebus; indictio autem convenit anno notato 1007.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 450. n. V.

CCXIX.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimtae, abbatiam Kitzingen, in pago gozfelt sitam, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos

dominicis non surdum auditum prebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenbaro dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kiliani atque Georii stabilivimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum Ottonis senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas quia nos nostri quandam iuris abbatiam Kitzingun dictam. in pago Gozfelt sitam ad eandem supradictam episcopalem sedem cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis uidelicet aecclesiis decimationibus siluis uenationibus. seu omnibus quae quolibet modo dici uel scribi possunt utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc. habeat potestatem eandem abbatiam cum omnibus eius appenditiis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus inde faciendi ac sui successores. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumat. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis (dei) luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Digitized by Google

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data Kal. Novembris Indictione V. Anno dominicae incarnationis M.VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Ludewig Script. rer. Bamb. I. 118. et Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 9.

CCXX

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, abbatiam Barigin, in pago Nortgouui et comitatu Peringeri comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Sacris igitur sancti eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes comoda et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praeceptis praebentes et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenperc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate. ac venerabilis Heinrici Wirzeburgensis episcopi. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum. nec non ducum et comitum consultu decretoque in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. atque Martyrum Kiliani. Georii. stabiliuimus. et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis impera-

toris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quandam proprietatis abbatiam Barigin dictam. in pago nortgouui et in comitatu Peringeri comitis sitam ad eandem supradictam episcopalem sedem cum omnibus eius pertinentiis proprietantes donauimus. ac perpetuauimus. nominatim rebus mobilibus uicis villis. aecclesiis. decimationibus. quesitis. acquisitis vel inquirendis. uiis inuiis. exitibus. uel reditibus. seu omnibus quae rite dici uel scribi possunt. quoquolibet modo utilitatibus. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus Babenbergensis aecclesiae Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eandem antedictam abbatiam tenendi ordinandi. stabiliendi seu quicquid sibi libeat in usum aeternae comoditatis inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis. et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Nouembris indictione. V. Anno dominicae incarnationis M. VII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 456. num. VIII.

CCXXI.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankenofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, abbatiam Niuenburc donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Sacris igitur sancti eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes comoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate ac venerabilis Heinrici vvirciburgensis episcopi ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum. nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae. sanctorumque apostolorum Petri et Pauli atque Martyrum Kiliani Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale. et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quandam proprietatis abbatiam in loco Niuenburc in pago vero et in comitatu comitis sitam. ad eandem supradictam episcopalem sedem cum omnibus eius pertinentiis proprietantes donauimus ac perpetuauimus. nominatim rebus mobilibus et inmobilibus uicis uillis aecclesiis. decimationibus quaesitis acquisitis uel inquisitis. uiis inuiis. exitibus uel reditibus seu omnibus quae rite dici uel scribi possunt quoquolibet modo utilitatibus precipientes igitur ut in deo dilectus Babenbergensis aecclesiae Eberhardus episcopus suique successores liberam deinc habeant potestatem

eandem ante dictam abbatiam tenendi ordinandi stabiliendi seu quicquid sibi libeat in usum aeternae commoditatis inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognouit.

L. S.

Data Kalendis Novembris indictione V. Anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum totum adhuc, licet in extremitate inferiori iam laesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 467. num. IX.

CCXXII.

Anno 1007. 1. Novemb. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, abbatiam Genginbach, in pago Mortenoua, in comitatu Hessini comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidua trinitatis Hein-

ricus diuina fauente clementia rex saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in coelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae locum hereditatis. Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kiliani atque Georgii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum Ottonis tertii imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens aetas quam futura et posteritas quia nos nostri quandam iuris abbatiam Genginbah dictam in pago Mortenoua sitam. et in comitatu Hessini comitis ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis. videlicet. uicis villis. aecclesiis. capellis. seruis et ancillis. areis aedifitiis terris cultis. et incultis. uiis inuiis exitibus et reditibus. quesitis uel inquirendis. siluis saginis. uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt, quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepedicte sedis. Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eandem abbatiam Genginbah dictam cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod

ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui

L. S.

Data Kalendis Nouembris indictione V. Anno dominicae incarnationis. M. VII. Anno uerò Domni Heinrici secundi regnantis. VI. Actum Frankonofurt feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum totum adhuc, licet in extremitate inferiori iam fractum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

CCXXIII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, abbatiam Haselbach donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. sacris igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in coelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis ob-

Digitized by Google

temperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate ac venerabilis Heinrici uuirciburgensis. (episcopi) ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum. nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae. sanctorumque apostolorum Petri et pauli. atque Martyrum Kiliani. Georii stabiliuimus et coroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quandam proprietatis abbatiam in loco Haselbach. in pago vero
et in comitatu comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem cum omnibus eius pertinentiis proprietantes donauimus ac perpetuauimus. nominatim rebus mobilibus et inmobilibus uicis uillis. aecclesiis. decimationibus quaesitis acquistis uel inquirendis. uiis inuiis. exitibus et reditibus seu omnibus quae rite dici uel scribi possunt quoquolibet modo utilitatibus Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus Babenbergensis aecclesiae Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eandem antedictam abbatiam tenendi ordinandi stabiliendi seu quicquid sibi libeat in usum aeternae commoditatis inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris. indictione V. Anno dominicae incarnationis M VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Ineditum.

CCXXIV.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, abbatiam Stein, in pago Hegouue sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici Wirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli necnon martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut inibi nostrum parentumque nostrorum ac Ottonis celebre haberetur memoriale senioris nostri. et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas quia nostri quandam iuris abbatiam Stein dictam in pago hegouue sitam ad eandem supradictam episcopalem sedem cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis uidelicet aecclesiis decimationibus siluis uenationibus. seu omnibns quae quolibit modo dici uel scribi possunt utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout fir-

Digitized by Google

mius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus sepedictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeant potestatem eandem abbatiam cum omnibus eius appendiciis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus inde faciendi ac sui successores. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumat. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris Anno dominicae incarnationis MVII. indictione V. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter AMEN.

a) Sigillum impressum illaesum.
b) Notae chronologicae concordant.
c) Ineditum.

CCXV.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, omnia suae proprietatis loca, in pago Wolkfelt et in comitatu Dietmari comitis sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Hein-

Digitized by Google

ricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum. Babenberc dictum consentiente atque rogante dilectissima coniuge nostra Chunigunda videlicet regina in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis. Heinrici vuirziburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultv decretoque in honorem sanctae genitricis mariae Sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et amantissime contectalis nostre Chvnigunde videlicet reginae. nec non et Ottonis tertii imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortotoxis hostia mactaretur salutaris Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas. quia nos omnia nostrae proprietatis loca in pago vuolkfelt sita. et in comitatu Dietmari comitis. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam vnacum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis. videlicet uicis villis servis et ancillis terris cultis et incultis. uiis et inviis exitibus et reditibus quesitis uel inquirendis ac ceteris omnibus quae scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina provt firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eadem loca cum omnibus appenditiis eorum tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in vsum episcopatvs inde faciendi. Et vt haec nostrae auctoritatis traditio stabilis et inconuulsa permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri ivssimus.

Digitized by Google

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus episcopus et cancellarius uice Uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Nov. indictione V. Anno dominicae incarnationis MVII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Heyberger Codice Probationum ad deduct. Bamberg. super Fürth. num. 6, et ap. Ussermann in episcopatu Bamb. Cod. Probat. 14.

CCXXVI.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, sui iuris loca ad forhheim pertinentia, nominibus expressa, in pago Radinzguoe et in comitatu Adalberti comitis sita, exceptis solummodo mancipiis, in eadem villa forhheim modo habitantibus.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda.

Digitized by Google

aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes *suasionibus* quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate aque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. necnon Martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum. et Ottonis tertii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos quaedam nostri iuris loca. ad forhheim pertinentia. his nominibus dicta. Witlolfeshoua. Truobaha. Tuosibrunno. Hecilesdorf. Arihinbach. item Arihinbach. Waldrichesbach. Seuuaha. Merdindorf. Husa. Herigoldesbach. Vuimbilibach. item Vuimbilibach. Slierbach. ad eiusdem episcopatus sedem Babenberc dictam largiter firmiterque donauimus eo uidelicet tenore ut eiusdem sedis primus episcopus nobis dilectissimus eberhardus dictus suique successores liberam securamque dehinc habeant potestatem possidendi eadem loca et utendi. Ad ultimum etiam omnia loca culta et inculta et omnia utriusque sexus mancipia quocumque locorum habita uel habitantia ad eundem locum forhheim dictum exceptis solummodo in eadem uilla modo habitantibus. In pago Radinzguoe dicto. Et in comitatu Adalberti comitis sita cum omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. Hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus. atque omnium contradictione remota proprietamus. Et ut huius nostrae traditionis auctoritas ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

L. S.

Digitized by Google

Signum domni Heinrici regis (*Monogramma*) Inuictissimi.

Gunzelinus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data kalendis Novembris. Indictione V. anno dominicae incarnationis. M. VII. anno vero domni. Heinrici secundi regnantis VI. Actum Franconofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Copiose extractum ap. Heyberger Ichnographia 64. sq. additis nominibus locorum hodiernis, ac memoratum ap. Ussermann Episc. Bamb. Cod. prob. 40. not. a. Editum ab Oesterreicher in den u. Beyträgen II. Heft Beyl. VII.

CCXXVII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem provectae, praedium Vorcheim, in pago Ratenzgouui et in comitatu Adelberti comitis, cum omnibus adiacentibus vicis et villis, donat.

(*Chrismon*). In nomine Sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum inuictissimus Rex. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus praesentibus scilicet et futuris. qualiter nos diuine retributionis spe quendam nostre proprietatis locum BABENBERC dictum ad honorem dei omnipotentis et sanctae Mariae matris domini nostri Jesu Christi. sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. et omnium sanctorum consentiente dilectissima coniuge nostra CVNIGUNDA. et omnium

Digitized by Google

regni nostri principum. in culmen et sedem episcopatus proueximus. ut et ibi iugiter hostia deo mactaretur salutaris. et nostra nostrorumque Antecessorum salus haberetur memorialis. Ad cuius episcopatus augmentum pia largitione quoddam nostrae dominationis contulimus praedium VORCHEM dictum. in pago RATENZGOUUI situm et in comitatu ADELBERTI comitis. cum omnibus eius adjacentibus. uicis. uillis. seruis. ancillis. rebus mobilibus uel inmobilibus. Terris. cultis. uel incultis. exitibus. et reditibus. et omnibus que ullo modo scribi uel nominari possunt utilitatibus. ea in hac donatione usi potestate qua nostri antecessores reges uidelicet et imperatores ante haec sunt usi in sanctarum aecclesiarum ditatione. Quapropter per nostram regalem inuiolabiliter praecipimus potentiam. ut nobis in deo dilectus Eberhardus primus praedicte sedis episcopus liberam dehinc habeat potestatem eiusque successores praefatum praedium. tenendi. possidendi. commutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. vt igitur haec nostrae donationis munificentia nunc et in posterum stabilis et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri iussimus impressione insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntherus Cancellarius ad uicem uuiligisi Archicappellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris indictione. V. Anno dominicae incarnationis M. VII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis. VI. Actum frankonofurt feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum in parte superiori laesum, segmento autem membranaceo circumcinctum sicque conservatum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Memoratum in Ussermanni Cod. prob. ad hist. episc. Bamb. 40. not. a. editum ab Oesterreicher in den neuen Beyträgen. II. Heft. Beyl. num. VI.

d) Inter contextum Diplomatis et locum Monogrammatis, hocque inter et lineam extremam magna relicta sunt intervalla vacua, in charta nimirum maioris formae.

CCXXVIII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankenofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Furti, in pago Nordgouue et in comitatu Berengeri comitis situm, in usum coenobiticae fraternitatis Babenbergensis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostre paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitri-

Digitized by Google

cis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non Martirum Kiliani atque Georii. Stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tertii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Furti dictum in pago. Nordgouue. et in comitatu Berengeri comitis situm. ad stipendium kanonicorum in eadem supradicta episcopali sede coenobite (coenobitice) deo seruientium. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet uicis uillis. ecclesiis seruis et ancillis. areis terris cultis et incultis. viis. inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur vt dilectissimi in Christo Babenbergenses fratres nostri ex nostro iure liberam dehinc habeant potestatem eundem locum. Furti nuncupatum cum omnibus appendiciis suiis tenendi possidendi uel etiam sibi commodum aduocatum ipsi loco nuper dicto supereligendi seu quoquod (quicquid) illis libeat modis omnibus in usum coenobitae (coenobiticae) fraternitatis inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare presumet. in die iuditii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. Sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice Uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Data kalendis Novembris. indictione V. anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

Aduocatus placitum habeat ante festum S. Michahelis. et ante XL mam. et tunc detur ei seruicium. duo modii tritici. modius siliginis. porcus inductilis. porcus latteralis. porcellus. VI. casei. C. oua. VIII. gallinae. una urna uini uel medonis. et urna constet ex. XXX. staupis. duae urnae ceruisiae eiusdem mensurae. et duo scobri auenae. modius auenae trituratae. similiter fiat de aliis principalibus bonis S. Georgii.

a) Sigillum impressum in sua parte inferiori iam laesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum saepius: ap. Falkenstein Antiqu. Nordgav. Tom. IV. siv. Cod. dipl. p. 17. n. 8. ex Fabri Staatskanzley. in Deduct. bamberg. super Fürth an. 1753. p. 125. n. I., in Heybergeri Cod. dipl. ad Lorber v. Störchen deduct. bamberg. super eodem Fürth, qui exhibet specimen totius diplomatis; deniqne in Deduct. brandenb. Onolsbac. super eodem Fürth. Urkundenbuch I. Band. II. Theil. p. 125.

CCXXIX.

Anno 1007. 1. Novemb. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Bilingriez, in pago Nordgauue et in comitatu Beringeri comitis situm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduc trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis

Digitized by Google

non surdum auditum praebentes praeceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis. Heinrici vvirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum. et Ottonis tertii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Bilingriez. dictum. in pago Nordgauue. et in comitatu. Beringeri. comitis situm ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam una cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis. videlicet vicis villis. aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis et inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeat (habeant) potestatem eundem praescriptum locum. Bilingriez. dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Digitized by Google

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Novembris indictione V. Anno dominicae incarnationis M.VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Cod. Probat. ad Deduct. 1774 super Fürth. num. 7. memoratum etiam in deductione Bamberg. an. 1753. p. 128. et in Deduct. Brandenb. Onoldspac. an. 1785. I. Bd. II. Th. p. 132. denique editum iterum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 446. n. III.

CCXXX.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Scambach, in pago Nortgouui et in comitatu Beringeri comitis situm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina preordinante clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. vt temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberg dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate

Digitized by Google

atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem Sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non martirum kiliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Scambah dictum. in pago Nortgouue et in comitatu Beringeri comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis. aecclesiis. capellis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum Scambah dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare presumet. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Data kalendis Nouembris indictione V. anno dominice incarnationis. M. VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis. VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 444. Beil. II.

CCXXXI.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Pferinigun, in pago Chelsgouue et in comitatu Nortgouue Berengeri comitis situm, in usum canonicorum coenobitice in eadem sede episcopali viventium, donat, additque insuper tres areas Ratisponae sitas ac designatas.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babeberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu de-

cretoque in honorem sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martyrum Kiliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde noverit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Pferingun dictum. in pago Chelsgovuue et in comitatu Nortgovuue Berengeri comitis situm. ad stipendium kanonicorum in eadem supradicta episcopali sede coenobite (coenobitice) deo seruientium. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis. aeclesiis seruis et ancillis. areis aedificiis terris cultis et incultis. viis inviis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur vt dilectissimi in Christo Babenbergenses fratres nostri ex nostro iure liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Pferingun dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi uel etiam sibi commodum aduocatum ipsi loco nuper dicto supereligendi seu quicquid illis libeat modis omnibus in usum coenobitalis fraternitatis inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare presumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri. Insuper ratispone. tres areas infra urbem iuxta danubium. duas brunnelaite. duas reginhusen dedimus et confirmamus in usum fratrum.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis Inuictissimi.

Digitized by Google

Eberhardus Cancellarius uice Uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris. indictione V. anno dominice incarnationis. M. VII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Franconofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Heyberger Codice Probat. ad deductionem Bamberg. super Fürth. num. 11. et in extractu ap. Ried. Cod. Rat. dipl. I. 125. n. 133 et ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. II. Jahrg. I. B. 31 num. I.

CCXXXII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Holzheim, in pago Horevun et in comitatu Utonis comitis situm, in usum canonicorum in eadem sede coenobitice viventium donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen

Digitized by Google

episcopatus sublimando proueximvs et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem Sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martyrum Kiliani atque Georii. Stabiliuimus et corroborauimvs. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum videlicet Ottonis tercii imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Holzheim dictum in pago Horevun et in comitatu Vtonis comitis situm. ad stipendinm kanonicorum in eadem supradicta episcopali sede coenobite (coenobitice) deo seruientium. vnacum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. viis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis siluis forestibus saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et immobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur vt dilectissimi in Christo Babenbergenses fratres nostri ex nostro iure liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Holzheim dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi uel etiam sibi commodum aduocatum ipsi loco nuper dicto supereligendi seu quicquid illis libeat modis omnibus in usum coenobitae (coenobitalis) fraternitatis inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare presumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Digitized by Google

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris. indictione V. anno dominice incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Heyberger Cod. Probat. ad deduct. Bamberg. super Fürth. num. 10. et ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 454. n. VII.

CCXXXIII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Ahabah donat.

(*Chrismon*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina Preordinante clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctori-

Digitized by Google

tate atque uenerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non martirum kiliani atque georii. stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Ahabah dictum. in pago et in comitatu comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet uicis uillis. aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur vt in deo dilectus nobis sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum. Ahabah dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Digitized by Google

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Nouembris indictione V. anno dominice incarnationis M. VII. Anno uero Heinrici secundi VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. Bd. 442. Beil. I.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis ommissa sunt, relicto utrique spatio vacuo.

CCXXXIV.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Nittenovuua, in pago Tuonahkova et in comitatu Rovdperti comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina clementia Preordinante rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona. et terrena postponentes commoda. aeterna et sinae (sine) fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babinberc dictum. in se-

Digitized by Google

dem et culmen episcopatus suplimando (sublimando) proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici Vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. necnon martirum kiliani atque georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Nittenovuua dictum. in pago Tovnahkova et in comitatu Rovdperti comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. vnacum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis uillis. aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum Nittenovuua dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quiquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde fatiendi (faciendi). Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Digitized by Google

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris indictione. V. anno dominicae incarnationis M. VII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum frankonofurt feliciter. amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven III. Jahrg. I. Bd. 448. Num. IV.

CCXXXV.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Ergaltingin, in comitatu Altmanni comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paterne hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici vvirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu

Digitized by Google

decretoque in honorem sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum. Ottonis tertii imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum ergaltingin dictum in pago et in comitatu Altmanni comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis. aecclesiis. capellis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis. saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae ritae (rite) scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. Hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepe dictae. sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum Ergaltingin dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in nouissimo die tormento in extinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Data Kalendis Novembris. indictione V. anno dominice incarnationis M. VII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum in Heyberger Cod. Probat. ad deduct. german. super Fürth. num. 8. ad §. 38. et ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 452. n. VI.

d) Nomen proprium pagi ommissum est, relicto spatio vacuo.

CCXXXVI.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Matughof, in pago Matuggouuue et in comitatu Gebehardi comitis situm, donat.

(*Chrismon*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina clementia preordinante rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. Ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sinae (sine) fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babinberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem

Digitized by Google

sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Matughof dictum. in pago. Matuggouuue. et in comitatu Gebehardi comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum. Matughof dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostre donationis munificentiam destruere siue uiolare conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Nouembris indictione V. anno dominicae incarnationis. M. VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis. VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum in sua parte inferiori iam laesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

d) Sensus formulae execrationis et annuntiantis monogramma cum sigillo ad finem contextus incompletus remansit in autographo, errore scriptoris haud correcto.

CCXXXVII.

Anno 1007. 1. Novemb. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Aterahof, in pago Ateragowi et in comitatu Gebehardi comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vvirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae. Sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. necnon Martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura poste-

Digitized by Google

ritas. quia nos nostrae proprietatis quendam locum Aterahof dictum. in pago Ateragowi et in comitatu Gebehardi comitis situm. ad eandem episcopalem sedem Babenberc dictam. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris rebus omnibus quae rite dici uel scribi possunt utilitatibus. hac nostrae. auctoritatis preceptali pagina prout firmissime possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem ac sui successores eundem praescriptum locum Aterahof dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet. in nouissimo die coram oculis dei inextinguibili tormento luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis Inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris. indictione V. anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

CCXXXVIII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, praedia sua in loco Halla, in pago Salzburcgouui, in comitatu Thiemonis comitis, donat, qualia ipse a matre sua bonae memoriae, et nuper a domna Rilint accepit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina preordinante clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae. Sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martirum Kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos talia bona atque praedia. qualia beatae memoriae mater nostra in loco Halla dicto. et in pago Salz-

burcgouui. in comitatu uero Thiemonis comitis uisa est proxime uiuens possedisse. insuper et talia. qualia in nuper dictis locis nobis proprietauit domna Rilint ad eandem episcopalem sedem Babenberc dictam. unacum omnibus eorum pertinentiis siue aderentiis (adherentiis) uidelicet seruis et ancillis. cortilocis. siue patellarum locis quae uulgariter pfansteli uocantur. ac aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus. et reditibus quesitis uel inquirendis rebus mobilibus et inmobilibus siluis. communitatibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmissime possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepedictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem ac sui successores eadem praedia atque bona cuiuscumque nominis uel utilitatis sint in supradicto loco Halla sita tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet. in nouissimo die coram oculis dei inextinguibili tormento luat. Quod ne fiat sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Novembris indictione V. Anno dominice incarnationis M.VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

Digitized by Google

c) Editum ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. I. Jahrg. II. B. 369. num. I.

CCXXXIX.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Tecgingun, in pago Riezzin et in comitatu Sigehardi comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non Martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tertii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Tecgingun. dictum. in pago Riezzin et in comitatu Sigehardi comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem vna cum omnibus eius pertinentiis siue adhaerentiis videlicet vicis uillis aec-

Digitized by Google

clesiis seruis et ancillis. areis edificiis. terris cultis et incultis. viis et inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Tecgingun dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuiligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kal. Novembris indict. V. anno dominice incarnat. M. VII. anno uero domni Heinrici II. regnantis VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Schultes hist. Schriften II. 336. num. 4., memoratum etiam ab Ussermann in Episcopatu Bamberg. Praefat. 29.

d) Nomina propria loci donati, bina vice, pagi et comitis pagensis maiori nonnihil charactere scripta sunt.

Digitized by Google

CCXL.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Sedorf, in pago Para et in comitatu Hiltiboldi comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem Sanctae dei Genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martyrum Kiliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale. ac jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Sedorf dictum. in pago Para et in comitatu Hiltiboldi comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. vnacum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. viis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis. saginis. venationibus. aquis piscationibus. molis

Digitized by Google

molendinis. rebus mobilibus et immobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur vt nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem praescriptum locum Sedorf dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi commutandi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod ne eueniat sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Nouembris indictione V. anno dominice incarnationis M. VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCXLI.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Holzgerninga, in pago Glehuntra et in comitatu Hugonis comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici Wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. nec non Martyrum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Holzgerninga dictum. in pago Glehuntra et in comitatu Hugonis comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem vna cum omnibus eius pertinentiis siue adhaerentiis videlicet vicis villis aecclesiis seruis et ancillis. areis edificiis. terris cultis et incultis. viis inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. re-

Digitized by Google

bus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Holzgerninga dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius (uice) uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris indictione V. anno dominice incarnationis. M. VII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Franconofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

a) Particula: vice, deest, consulto aut errore calami.

Digitized by Google

CCXLII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Nagalta, in pago Nagalgouue et in comitatu Werinherii comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina preordinante clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institionibus (institutionibus) erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis mariae Sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus ut et inibi nostrum parentumque nostrorum uidelicet Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Nagalta dictum. in pago Nagalgouue et in comitatu Werinherii comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam unacum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis. videlicet vicis villis. aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis et inuiis. exi-

tibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et immobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis EberHardus episcopus suique successores liberam dehinc habeat (habeant) potestatem eundem praescriptum locum dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Novembris indictione. V. anno dominicae incarnationis M. VII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum autem in Ussermanni Episcopatu Bamberg. Praefat. 29.

d) Nomen proprium donati loci altera vice, consulto, ut videtur, omissum; nichilominus relicto illi spatio vacuo.

Digitized by Google

CCXLIII.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Nuzpach, in pago Mortenovua et in comitatu Hessini comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes. praeceptis. et deificis obtemperando. intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Nuzpach dictum. in pago Mortenovua. et in comitatu Hessini comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. cum omnibus ejus pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis. aecclesiis. capellis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis. venationibus. aquis piscacionibus. molis molendinis.

Digitized by Google

rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus nobis sepe dictae sedis Eberhardus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eundem locum Nuzpach dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in nouissimo die tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

L. S.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data kalendis Novembris. indictione V. anno dominice incarnationis M. VII. *Anno uero* domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum tamen cum aliis multis apud Ussermann in episcopatu Bamberg. Praefat. 29.

d) In linea extrema quaedam sunt exesa, facile supplenda, et suppleta.

Digitized by Google

CCXLIV.

Anno 1007. 1. Novemb. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Kirihheim, in pago Sulichgouue et in comitatu Hessini comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis obtemperando intendentes suasionibus et deificis non surdum auditum praebentes praeceptis. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non comitum et ducum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. et Martyrum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus vt et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde (nouerit) omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Kirihheim dictum in pago Sulichgouue et in comitatu Hessini comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis videlicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis areis aedificiis. terris cultis et incultis viis inviis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. rebus mobilibus et inmobilibus. siluis saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus

Digitized by Google

donamus ac proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Kirihheim dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi commutandi seu quicquid *sibi* libeat modis omnibus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostre donationis munificentiam infringere uel uiolare praesumet. in die iudicii tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri inpressione manuque propria roboratam insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data kalendis Nouembris. indictione V. anno dominicae incarnationis M. VII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

CCXLV.

Anno 1007. 1. Novembr. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se in sedem episcopalem sublimatae, locum Suntheim, in pago Durihin et in comitatu Riwini comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinri-

Digitized by Google

cus diuina preordinante clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes preceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque venerabilis. Heinrici wirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli nec non Martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus vt et inibi nostrum parentumque nostrorum celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Suntheim dictum. in pago Durihin et in comitatu Riwini comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam. unacum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis. videlicet vicis villis. aecclesiis. seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis siluis forestibus saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur vt nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeat (habeant) potestatem eundem praescriptum locum Svntheim dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue violare praesumet. in nouissimo die coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod

ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data Kalendis Novembris indictione V. Anno dominice incarnationis M. VII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum autem ab Ussermann in Episcopatu Bamberg. Praefat. 30.

CCXLVI.

Anno 1008. 7. Maii. Wirciburc.

Heinricus II. rex ecclesiae Wirceburgensi curtem Altechendorf, in comitatu Herimanni comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Si aecclesias dei alicuis rei dono sublimare studuerimus nobis id profuturum esse minime dubitamus. Quapropter omnium fidelium nostrorum presentium scilicet ac futurorum industriae notum esse uolumus. qualiter nos

Digitized by Google

ob remedium beatae memoriae tercii Ottonis imperatoris senioris videlicet nostri animae. necnon patris nostri. seu nostrae. atque Cunigundae contectalis nostrae. siue ceterorum parentum nostrorum uiuorum scilicet ac defunctorum remunerationem. quandam nostri iuris cortem Altechendorf dictam. in comitatu vero Herimanni comitis sitam. cum omnibus eius pertinentiis siue appendiciis. atque vtilitatibus hoc est villis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. viis. inuiis. terris cultis. et incultis. exitibus et reditibus. quesitis. uel inquirendis. siue cum omnibus quae dici uel nominari possunt utensilibus. wirciburgensi episcopo et aecclesiae in honore sancti Kyliani martiris constructae ac dedicatae per hanc nostram praeceptalem paginam concedimus atque largimur. et de nostro iure in ejusdem aecclesiae ius ac dominium transfundimus. ea uidelicet ratione ut praescriptae aecclesiae pastores uel rectores qui pro tempore ibi ordinati fuerint de praenominata corte siue eius pertinentiis dehinc liberam habeant potestatem possidendi commutandi uel quicquid eis libitum fuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Eberhardus episcopus et cancellarius uice archicapellani recognoui Uuilligisi.

L. S.

Data Non. Maii. Anno dominicae (incarnationis) Millesimo VIII. Indictione V. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum wirciburc feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigilli impressi, sed fracti, tria supersunt fragmenta, quorum unum maius membranae adhuc adhaeret, duo alia seorsim chartae adiacent.

b) Indictio erronea loco currentis VI annus tamen regni notato chr. anno 1003 convenit.

c) Ineditum.

CCXLVII.

Anno 1008. 7. Maii. Wirciburc.

Heinricus II. Rex Heinrico episcopo Wirziburgensi eiusque ecclesiae, pro cessa quadam parte dioceseos descripta in pagis Ratenzgouui et Volcfelt, loca Meinunga, Meingeromarcha et Walahdorf, in pago Grapfelt, in comitatu Ottonis comitis sita, tradit et confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Omnibus Christi fidelibus presentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus. quia nos ob diuinae remunerationis spem deum nobis instituentes heredem. et ex nostris rebus hereditariis quendam nostri iuris locum Babenberc dictum in culmen et caput episcopatus honorem sancti petri principis apostolorum insigniti erigentes et sublimantes quandam wirziburgensis dioceseos partem comitatum videlicet Ratenzgouui dictum exceptis tribus aecclesiis wahhanrod. et mulinhusun. ac lonerstat cum cappellis ad easdem aecclesias respicientibus. et quandam partem pagi volcfelt dicti. videlicet a loco ubi flumen vraha dictum influit Ratenzam. et per descensum ratenzae usque in fluuium Moin. et per descensum Moin usque in locum fiheriet dictum et per ascensum riuuli qui eandem uillam diuidendo praeterfluit usque in eiusdem riuuli caput et ortum. et a capite illius riuuli secundum quod rectius et vicinius potest

Digitized by Google

ueniri in supradictum flumen vraha ab Heinrico eiusdem aecclesie episcopo consentiente et collaudante clero et populo firma ac legali commutatione adquisiuimus. tradentes econtra eidem Heinrico episcopo suaeque aecclesiae nostrae proprietatis loca in pago grapfelt in comitatu vero Ottonis comitis sita. Meinunga et meiningeromarcham. et walahdorf dicta cum omnibus eorum pertinentiis. villis scilicet. et utriusque sexus mancipiis. aecclesiis. decimationibus. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. pratis. pascuis. terris cultis. uel incultis. quesitis. uel inquirendis. uiis. et inuiis. exitibus. et reditibus. et cum omnibus quae dici aut nominari possunt utilitatibus. iure nostro in ius praedictae aecclesiae transfundendo. ea uidelicet ratione ut praefatus episcopus Heinricus suique successores de praenominatis locis dehinc liberam habeant potestatem possidendi. commutandi. uel quicquid eis inde libitum sit faciendi. omni omnium contradictione remota. et ut haec nostrae commutationis siue donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Eberhardus episcopus et cancellarius uice uuilligisi archicappellani recognovi.

L. S.

Data Non. Maii. Anno dominicae Incarnationis Mill. VIII. Indict. V. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VI. Actum Wirziburc feliciter amen.

a) Sigilli impressi, sed laesi, remansit maior pars superior adhuc chartae adhaerens.

b) Indictio erronea loco VI.; annus tamen regni anno chr. notato 1008. convenit.

c) Editum in Schultes Geſchichte v. Henneberg I. 77. et ex eo apud Ussermann Cod. Probat. Episcopatus Wirceburg. 16. num. 15., in Germanica versione in Friese ep. Wirceburg. ap. Ludewig Geſch. v. Würzb. 455, et in Lünig spicileg. eccl. II. Theil. 937. Conferatur Heyberger Codex Probat. num. 12.

CCXLVIII.

Anno 1008. 25. Maii. Altsteti.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi curtem Salza, in comitatu Willihelmi comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Diuinis et salutaribus sanctarum scripturarum admonemur documentis. et erudimur. ut aecclesias dei cum larga beniuolentia ditemus. et summa deuotione amplificare non cessemus. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium industria. quia nos per interuentum nostrae dilectissimae coniugis Chunigundae. reginae. quandam nostri iuris curtem Salza dictam in pago et in comitatu Willihelmi comitis sitam. sanctae babenbergensi aecclesiae in honorem beati Petri principis apostolorum. et sancti Georgii martyris constructae. et consecratae cum omnibus appenditiis. scilicet foresti (forestis). uillis. agris. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. areis. aedificiis. utriusque sexus mancipiis. exitibus et reditibus. terris cultis et incultis. cum omnibus utilitatibus. quae ullo modo aut scribi aut *nominari possunt*. summo et liberali deuotionis studio in proprium concedimus. Atque donamus. ea uidelicet conditione. quatinus eiusdem supradictae sanctae Babenbergensis aecclesiae uenerabilis episcopus Eber*hardus suique succes*sores. deinceps liberam exinde habeant potestatem. tenendi. possidendi. et quicquid ad usum praedictae aecclesiae pertineat faciendi. omnium remoto contradictionis obstaculo. Et *ut huius nostrae* donationis auctoritas stabilis et in-

Digitized by Google

conuulsa perpetualiter maneat. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus signari et insigniri.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius Cancellarius. Ad uicem uuilligisi archicappellani recognoui.

Data VIII. Kal. Junii. Indictione VI. anno dom. incarnat. *Mill.* VIII. Anno domni heinrici secundi regnantis VII. Actum Altsteti. feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio currens VI. respondet anno chr. notato 1008, sed annus regni VII. nonnisi per anticipationem duodecim dierum.

c) Ineditum, sed copiose extractum in Heybergeri Ichnographia 78.

d) Pagus non est nominatus, sed spatium vacuum illi relictum.

e) Locus exesus facile restitutus est ex contextu et ex aliis eiusdem regis diplomatibus.

CCIL.

Anno 1008. 1. Junii. Merseburg.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi regiam capellam infra urbem Ratisponensem, in pago Tuonocgouue et in comitatu Ruodperti comitis sitam, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Hein-

Digitized by Google

ricus diuina fauente clementia rex. Diuinis et salutaribus sanctarum scripturarum admonemur documentis et erudimur. ut aecclesias dei cum larga beniuolentia ditemus. et summa deuotione amplificare non cessemus. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium industria. quia nos per interuentum nostrae dilectissimae coniugis Chunigundae. quandam nostri iuris capellam siue abaziam infra urbem Radesponam in pago Tuonocgouve. et in comitatu Ruodperti comitis sitam. sanctae babenbergensi aecclesiae in honorem beati Petri principis apostolorum. et S. Georgii martiris consecratae. Cum omnibus appenditiis. scilicet exitibus. et reditibus. terris cultis et incultis. et cum omnibus utilitatibus. quae ullo modo aut scribi. aut nominari possunt. summo (summa) est (et) liberali deuotione in proprium donamus. ea uidelicet conditione. quatinus eiusdem supradictae aecclesiae Babenbergensis uenerabilis episcopus Ebrhardus (Eberhardus). suique successores. deinceps liberam exinde habeant potestatem. tenendi. possidendi. et quicquid ad usum praedictae aecclesiae pertineat faciendi. omnium contradictione remota. Et ut huis nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. praeceptum istud inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius Cancellarius Ad uicem uuiligisi archicappellani recognoui.

Data Kal. Junii. Indictione VI. anno dominicae Incarnationis. MVIII. anno vero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum merseburg feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

Digitized by Google

b) Indictio et annus regni, inde ab obitu Ottonis III. numeratus, aut per anticipationem 6 dierum ab electione, conveniunt anno Chr. 1008.

c) Editum ap. Mayer in thesauro eccles. IV. 145. ap. Ried cod. dipl. Rat. I. 126. n. 134. et copiose extractum apud Heyberger in Ichnographia 79.

CCL.

Anno 1008. 1. Junii. Merseburg.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Geraha donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nouerit omnium Christi fidelium praesentium scilicet ac futurorum industria qualiter nos aeternae heriditatis memores. quendam nostrae proprietatis locum Babenberc dictum. auctoritate apostolica firmatum necnon dilectae contectalis nostrae Chunigundae et uenerabilis Heinrici Wirciburgensis episcopi ac omnium fidelium nostrorum totiusque regni nostri principum concordi deuotione collaudatum. in culmen et sedem episcopatus proueximus. ad honorem videlicet omnipotentis dei. et beatae Mariae semper uirginis sanctorumque apostolorum. Petri. et Pauli. et omnium sanctorum pia ueneratione fundauimus. ut inibi tam pro antecessoris nostri. tercii uidelicet Ottonis imperatoris. quam pro omnium fidelium uiuorum atque defunctorum memoria. iugiter hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium dei nostrique fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas qualiter nos pro dei amore nostraeque salutis acquisitione praefatae sedi tot uenerabilium uirorum attestatione fundatae quendam nostri iuris locum Geraha dictum in pago dicto. et in comitatu comitis situm. cum omnibus rebus ibidem pertinentibus. mobilibus uel inmobilibus. cultis. uel incultis. et cunctis quae ullo modo scribi. aut

Digitized by Google

nominari possunt utilitatibus. Prout firmius possumus concedimus. donamus. et proprietamus. omnium contradictione remota. Precimus (precipimus) igitur ut nobis in deo dilectus Eberhardus eiusdem sedis primus episcopus eiusque successores liberam dehinc habeant potestatem de supradicto loco Geraha nominato tenendi. possidendi. commutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus faciendi. vt autem haec nostrae ingenuitatis traditio stabilis et inconuulsa nunc et in futurum permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice uuilligisi notauit.

Data Kal. Junii.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Praeter diem omnia praetermissa sunt, quae annum ac locum, quando et quo ista acta sint, indicare deberent. Si consulto haec facta sunt, nam linea ultima sat longa et penultima, exceptis tribus vocabulis notatis, omnino vacuae relictae sunt; certo indicio esse potest, quod ad an. 1008. istud diploma pertineat, quo anno et die aliud diploma datum habetur, et quidem Merseburg.

c) Ineditum.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis hic ommissa ex diplomate commutationis anni 1013. 21. Jun. apud. Wenk. hist. Hass. I. prob. 4. facile eruuntur.

Digitized by Google

CCLI.

Anno 1008. 6. Julii. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Machindorf, in pago Nordgouui et in comitatu Heinrici comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. acterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes. praeceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando prouexîmus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae Sanctorumque apostolorum Petri et pauli. nec non martirum Kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tertii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos peticione consensu dilectissimae coniugis nostrae Kunigundae uidelicet reginae nostrae quendam proprietatis locum. Machindorf dictum In pago Nordgouui et in comitatu Heinrici comitis situm ad eandem supradictam episcopalem sedem una cum omnibus ejus pertinentiis siue adherentiis uidelicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis de quocumque alio nostri iuris loco oriundis et inibi modo habitantibus ac areis terris cultis et incultis. uiis et inuiis. exitibus

et reditibus quesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis uenationibus aquis piscationibus molis molendinis rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut dilectissimus nobis in Christo Heberhardus episcopus suique successores ex nostro iure uolumus liberam dehinc habeant potestatem eundem locum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid illos libeat modis omnibus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumserit in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data II. Non. Julii. indictione VII. anno dominice incarnationis M. VIII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VII. actum frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio erronea, loco VI, posita est; annus autem regni convenit anno Chr. notato 1008.

c) Editum ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven. III. Jahrg. I. B. 459. n. X., memoratum autem in designatione originalium super pago Nortgau der Deduction über Fürth 1753. 129. cum littera et num. Archivi B. 3.

Digitized by Google

d) Adest aliud quoque instrumentum eiusdem anni eiusdemque diei super eodem loco, ast erronnee, cum clausula actum Magontiae. Hoc aliaque in quibus ab illo discrepat, innuit, ipsum reiectum esse a caesar. cancellaria, quamvis postea in archivo Bamb. asservatum.

CCLII.

Anno 1008, 6. Julii. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, loca Velda, Runbach, Keminata, in pago Nordgouuue et in comitatu Heinrici comitis sita, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (Saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus. quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. ut ei inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale. et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos peticione et consensu dilectissimae conjugis nostrae kunigundae uidelicet reginae nostrae quedam

proprietatis loca Velda. Runbach. Keminata. dicta In pago Nordgouuue et in comitatu Heinrici comitis sita. ad eandem supradictam episcopalem sedem unacum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis uidelicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis de quocumque alio nostri iuris loco oriundis et inibi modo habitantibus ac areis terris cultis et incultis. uiis inuiis exitibus et reditibus quesitis uel inquirendis. siluis forestibus saginis uenationibus aquis piscationibus molis molendinis. rebus mobilibus et immobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis preceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut dilectissimus nobis in Christo Heberhardus episcopus suique successores ex nostro iure uolumus liberam dehinc habeant potestatem eadem loca cum omnibus appendiciis suis tenendi posidendi (possidendi) seu quicquid illos libeat modis omnibus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumserit. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. Sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

L. S.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntharius Cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

Data II. Nonas Jvlii. VII. anno dominice incarnationis M.VIII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum frankonofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

Digitized by Google

b) Indictio VII. erronea, loco VI. omisso simul ex oscitantia vocabulo: Indict.; annus tamen regni convenit anno chr. notato 1008.

c) Obscure indigitatum in Heyberger Ichnographia 85.; editum autem ab Oesterreicher in den geöffn. Archiven. II. Jahrg. I. B. 164, num. II.

CCLIII.

Anno 1008. 6. Julii. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Chuniggeshof donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina Preordinante clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honorem sanctae dei genitricis mariae. Sanctorumque apostolorum Petri et Pauli nec non martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Chuniggeshof dictum. in pago et in

Digitized by Google

comitatu comitis situm, ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam una cum omnibus eius pertinentiis siue adhaerentiis uidelicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis. areis aedificiis. terris cultis et incultis. viis inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Chuninggeshof dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare presumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Guntherius Cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data II. Nonas Julii indictione VII. anno dominice incarnationis. M. VIII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum Franconofurt feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

Digitized by Google

b) Indictio VII. erronea loco VI.; annus tamen regni convenit anno chr. notato 1008.

c) Editum ap. Schultes hiſtor. Schriften 208.; occurrit etiam in codice Udalriciano Babenb. ap. Eccard corp. hist. II. 65. n. 59, absque anno tamen et loco.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis ommissa sunt, relicto illis spatio vacuo.

CCLIV.

Anno 1008. 6. Julii. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Paldolfesheim donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici vuirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honore sanctae dei genitricis mariae sanctorumque apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum. et Ottonis tercii videlicet imperatoris antecessoris et senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam

Digitized by Google

praesens etas quam successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Paldolfesheim dictum. in pago et in comitatu comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam unacum omnibus eius pertinentiis siue adhaerentiis videlicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis. areis aedificiis terris cultis et incultis viis inuiis. exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis saginis venationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis Eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem praescriptum locum Paldolfesheim dictum cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntherus Cancellarius uice uuilligisi Archicapellani recognoui.

L. S.

Data II. Nonas Julii indictione VII. anno dominice incarnationis M. VIII. anno uero Heinrici secundi regnantis VII. actum frankonofurt feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio VII. erronea loco VI.; annus tamen regni convenit anno Chr. notato 1008.

c) Ineditum.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis ommissa sunt, residuis eorum spatiis vacuis.

CCLV.

Anno 1008. 6. Junii. Frankonofurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Sunderahof, in pago Duuerehgouue et in comitatu Heinrici comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimus (saluberrimis) igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum prebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque venerabilis Heinrici uuirciburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque nec non ducum et comitum consultu decretoque in honore sanctae dei genitricis mariae. Sanctorumque apostolorum Petri et Pauli nec non martyrum Kyliani atque Georii stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tertii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et jugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit

Digitized by Google

omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum Sunderahof dictum. in pago duuerehgouue et in comitatu Heinrici comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc dictam una cum omnibus eius pertinentiis siue adhaerentiis uidelicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. uiis inuiis. exitibus et reditibus quaesitis et inquirendis. siluis saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis. rebus mobilibus et immobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut nobis in deo dilectus sepe dictae sedis eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem praescriptum locum Sunderahof dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntherus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Data II. Non. Julii indictione VII. anno dominice incarnationis M. VIII. anno uero domni Heinrici secundi regnantis VII. actum Frankonofurt feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio VII erronea loco VI, annus tamen regni convenit anno chr. notato 1008.

c) Ineditum, memoratum autem in Heyberger Ichnographia 85 sq., cum enucleatione pagi Duerehgouue not. quem sub Tuber-gow chron. Gottw. II. 817. 818. habet, cum ipso loco Sunderenhof.

CCLVI.

Anno 1009. 6. April. Regenesburc.

Heinricus II. rex monasterio Altahae bona designata in villis Mundrichinga, Siffinchouon et Managoldingon, sitis in pago Duonacgouue, in comitatu Ruotberti comitis, donat.

a) Sigillum impressum totum adhuc, quamvis iam nimis detritum et pro sua conservatione circulo ex orichalco munitum.

b) Indictio VIII. errohea loco VII; similiter annus regni duobus mensibus anticipatus est.

c) Editum post Gretser in divis Bamberg. apud Ludewig Scr. Bamb. I. 333. et in Hund. metr. II. Edit. Monac. 23. ed. Rat. 16. Monum. Boic. XI. 137. ubi eadem pag. sic legatur: lin. 14. Godeharti; lin. 16. Aldaha; lin. 20. siffinchovon; lin. 22. Managoldingon; lin. 23. Duonacgouue, Ruotbehrti; pag. 138. lin. 12. Regenesburc. et Ried Cod. Dipl. rat. I. 127. n. 135.

CCLVII.

Anno 1009. 22. Maii. Ratisbonae.

Heinricus II. rex Monasterio Tegrinsee curtem Worngowe quam Piligrim comes in beneficium habuit, reddit, idemque monasterium sub suae defensionis Mundiburdio recipit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si aecclesiis dei eisque famulantibus aliquid boni uel commoditatis Inpendere curauerimus. nobis hic et in futuro maxime proficere procul dubio speramus. Quapropter omnium christi fidelium nouerit vniuersitas. qualiter nos diuina inspiratione conpuncti. necnon pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum Ottonis scilicet Senioris nostri tercii imperatoris augusti. ac aliorum. siue Chunigundae contectalis nostrae. monasterio in loco Tegrinsee constructo atque in honore sancti Qvirini martyris dedicato quandam cortem worngowe dictam quam Piligrim comes actenus in beneficium habuit. quae eciam eidem monasterio antea dotaliter pertinuit. cum omnibus eius appendiciis siue pertinentiis. areis. edificiis. campis. pratis. pascuis. siluis. aquis. aquarumve decursibus. cultis. vel incultis. quaesitis. aut inquirendis. viis. vel inviis. exitibus. et reditibus. seu cum cunctis quae quolibet modo dici vel scribi possunt vtilitatibus per hanc nostram praeceptalem paginam concedimus. atque largimur. et integre in eius ius et dominium transfundimus Ea quippe ratione ut praescripti monasterii abbates de iam dicta corte eiusque pertinentiis dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis ad vtilitatem tamen eiusdem aecclesiae placuerit faciendi. omnium hominum contradictione remota. Siquis autem quod absit hanc nostrae donationis auctoritatem infregerit. vel molestauerit. anathemali percussione in perpetuum feriatur. Insuper vero omnes eiusdem monasterii res mobiles aut in-

Digitized by Google

mobiles confirmamus. atque corroboramus. et sub nostrae defensionis mundiburdio firmiter recepimus. Et ut haec nostrae donationis siue confirmationis atque defensionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice uuilligisi archicappellani recognoui.

Data XI. Kal. Junii. Indictione VII. anno dominicae Incarnationis. Mill. VIIII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum Ratisbone feliciter amen.

a) Sigillum impressum adiacet integrum, a suo tamen pergameno avulsum, residuis foramine et macula cerae, quae vestigiis similibus in tergo sigilli avulsi conspiciendis respondent.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum ap. Hund metr. III. Edit. Mon. 405. ed. Rat. 280.

CCLVIII.

Anno 1009. 1. Junii. Merseburg.

Heinricus II. rex Godehardo abbati Altahensi mercatum et teloneum in villa Helmgerisperk, in comitatu Thiemonis praesidis, concedit.

a) Sigilli impressi, ast fracti, exigua solum interior pars chartae adhuc adhaeret.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Editum a Gretsero in divis Bamb. ap. Ludewig scr. r. Bamb. I. 333. Hund. metrop. II. Edit. Mon. 23. edit. Rat. 16. Mon. Boic. XI. 136. ubi lin. 18. legatur: Helmgerisperk.

CCLIX.

Anno 1009. 2. Julii. Hingelenheim.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Lithowa, in pago Nortgowe, in comitatu Henrici comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Henricus diuina fauente clementia rex. dominicis non surdum praebentes auditum praeceptis et deificis optemperando suauionibus (suasionibus). quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus proueximus et romana auctoritate in honore sanctae dei genetricis mariae sanctorumque apostolorum petri et pauli stabiliuimus et corroborauimus. ut inibi nostrum nostrorumque parentum et Ottonis tercii uidelicet imperatoris et antecessoris nostri celebre nomen haberetur. et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens aetas. quam et futura posteritas. qualiter nos quendam nostrae proprietatis locum Lihtowa dictum. in pago Nortgowe. et in comitatu Henrici comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem. vna cum omnibus eius appendiciis. siue adherentibus. uidelicet rebus mobilibus. et inmobilibus. ac coeteris omnibus quae scribi. aut appellari possunt quoquolibet modo. hac nostra praeceptali pagina prout firmius possumus. donamus. atque proprietamus. omnium contradictione remota. Et ut nostrae haec auctoritatis traditio

Digitized by Google

firma et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam sigilli nostri inpressione. manu propria roborantes. iussimus insigniri.

Signum domni Henrici secundi regis (*Monogramma*) inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice Erhenbaldi archicancellarii recognoui.

L. S.

Data VI. Non. Julii Indictione VIIII. Anno dominice incarnationis M. VIII. Anno uero domni Henrici regnantis VIIII. Actum hingelenheim feliciter.

a) Sigillum impressum et sat bene expressum illaesum.

b) Indictio et annus regni puncto super ultimo apice notati legendi sunt Ind. VIII. regnantis VIII. sicque illa minus erronea est loco VII., hic autem anno ch. 1009 convenit.

c) Non leviter per rasuram et sequentem correcturam depravatum est nomen archicancellarii Erchanbaldi, cum antea scriptum fuisse videatur Willigisi; revera enim Erchanbaldus non successit Willigiso ante an. 1011. vid. chron. gottwic. I. 239.

d) Editum a Schultes hist. Schr. I. 22. et Ried. cod. dipl. Rat. I. 129. num. 137. denique ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 463. n. XII.

CCLX.

Anno 1009. 22. Octob. Strazburg.

Heinricus II. rex Episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae mercatum in loco Wertheim concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Notum sit omnibus nostris fidelibus praesentibus scilicet atque futuris qualiter Nos diuini amoris instinctu. ac petitione Heinrici Wirzburgensis episcopi suum iuge deuotumque seruitium inspicientes. in loco Werdheim dicto. In pago in comitatu vero sito Mercatum fieri permittimus. Ibique factum cum omni sua vtilitate et publica functione ad aecclesiam sancti Saluatoris in Wirzburg vbi preciosi Christi Martyris Kiliani corpus requiescit More praedecessorum nostrorum Regum siue Imperatorum. per hanc nostram Regalem paginam concedimus atque largimur. et de nostro iure et dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione vt praedictus Heinricus wirzburgensis episcopus suique successores de praenominato Mercato eiusque vtilitate dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi omnium hominum contradictione remota. Et vt haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes Sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Datà XI. Kal. Nouembris Indictione VII. anno dominicae incarnationis. Mill. VIII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VIII. Actum Strazburg feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum, memoratum tamen a frisio ap. Ludewig Geschichtschr. von Wirzburg, 456. et apud Grebner hist. univ. T. II. 423.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis omnissa sunt, relicto illis spatio vacuo.

CCLXI.

Anno 1009. 29. Octob. Strazburc.

Heinricus II. rex ecclesiae S. Stephani Babenbergae locum Eringun donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Saluberrimis igitur sacri eloquii institutionibus erudimur et admonemur ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda. aeterna et sine fine mansura in caelis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis. et deificis obtemperando intendentes suasionibus quendam nostrae paternae hereditatis locum. Babenberc dictum. in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. et romana auctoritate atque uenerabilis Heinrici Vuirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum abbatumque necnon ducum et comitum consultu decretoque in honorem Sanctae dei genitricis Mariae sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. necnon Martirum Kyliani atque Georii. stabiliuimus et corroborauimus. ut et inibi nostrum pa-

Digitized by Google

rentumque nostrorum et Ottonis tertii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam presens etas quam et successura posteritas. quia nos nostrae quendam proprietatis locum. Eringun dictum in pago et in comitatu comitis situm ad ecclesiam in honore sancti stephani Babenberc constructam. vna cum omnibus eius pertinentiis siue adherentiis uidelicet uicis uillis aecclesiis seruis et ancillis areis terris cultis et incultis. viis inuiis exitibus et reditibus quaesitis uel inquirendis. siluis forestibus. saginis uenationibus. aquis piscationibus. molis molendinis rebus mobilibus et inmobilibus. ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius posumus (possumus) donamus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut dilectissimus Babenbergensis aecclesiae nepos noster eberhardus episcopus suique successores liberam dehinc habeant potestatem eundem locum Eringun dictum cum omnibus appenditiis suis tenendi possidendi commutandi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum predictae sancti stephani aecclesiae inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare presumet in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat. sed haec traditio nostra ab omnibus perpetualiter inuiolabilis permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntherus cancellarius uice uuilligisi archicapellani recognoui.

L. S.

Digitized by Google

Data IIII. Kal. Nouembris Indictione VII. Anno dominicae incarnationis M. VIIII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis VII. Actum Strazburc feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio currens et annus regni ante 4 menses et 22 dies completus respondent an. chr. notato 1009.

c) Editum ab Heyberger in Cod. Probat. ad deduct. furth. num. 14. et ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven I. Jahrg. II. Bd. 375. Beil. II.

d) Nomina propria pagi et comitis pagensis ommissa sunt, relicto illis spatio vacuo.

CCLXII.

Anno 1010. 16. April. Regenesburg.

Heinricus II. rex Monasterio S. Salvatoris Pollingae, sito in pago Housi, in comitatu Adalberonis comitis, praedium in villis octo nominatis, quod prius eidem monasterio pertinebat, et postea multis in beneficium datum fuit, cum decimationibus in villis Ubingun et Asskyringun, reddit.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronolog. concordant.

c) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Mon. 113. edit. Rat. 78. Meichelbeck Hist. Fris. I. II. 486. Mon. Boic. X. 37. ubi ead. pag. lin. 12. leg. Wilhaim; lin. 13. Ascheringun; lin. 16. Housi; pag. 38. lin. 1. Asskyringun; in lin. 18. Regenesburg.

Digitized by Google

CCLXIII.

Anno 1010. 17. April. Regenesburg.

Heinricus II. rex monasterio sanctimonialium in Obermünster, a se fundato et in praesentia sua consecrato, curtem Salaht, in pago Duonochgowe, in comitatu Ruotperti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae Trinitatis. Heinricus. diuina fauente Clementia rex. Si ecclesiarum dei loca alicuius doni incremento sublimare. vel meliorare studuerimus. nobis nostrique regni statui. id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium praesentium scilicet ac futurorum agnoscat industria. qualiter nos diuini amoris instinctu. pro remedio animae nostrae. ac senioris nostri. uidelicet. Ottonis. imperatoris. dilectaeque coniugis nostrae. Chunigundae reginae. seu parentum nostrorum. necnon et pro regni nostri statu. monasterio rattisponensi. quod ibi uocatur oberenmunester. in honore sanctae dei genitricis semperque uirginis. MARIAE dedicato. ipsa die quo illud per nos a fundamento perfectum. in presentia nostri. xv. kalendas. May. consecrari fecimus. quandam nostri iuris curtem nomine. Salaht. In comitatu. Ruotperti comitis. In pago Duonochgowe cum omnibus suis pertinentiis. seu appendiciis. uillis. uicis. cum familiis utriusque sexus. areis. aedificiis. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. exitibus et reditibus. uiis. vel inuiis. quesitis. siue inquirendis. cum omnibus quae quolibet modo dici. Aut nominari possunt utilitatibus. per hanc nostram regalem paginam eidem monasterio. Ad usum et stipendia sanctimonialium inibi deo famulantium integre concessimus. atque tradidimus. et de nostro iure ac dominio. in eius ius et dominium omnino tranfundimus. ea quippe ratione. ut Abba-

Digitized by Google

tissa Wicpurg quae nunc praefato monasterio praeesse uidetur. eique succedentes Abbatissae de eadem proprietate. ad usum tamen monasterii. et sanctimonialium ibidem deo seruientium dehinc liberam habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi. omnium hominum contradictione. siue inquietudine remota. Et ut haec nostrae donationis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc praeceptum inde conscriptum. manu propria corroborantes atque confirmantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis Inuictissimi.

Guntharius Cancellarius uice uuilligisi archicappellani notauit.

L. S.

Data. xv. kalendas May. Indictione viij. Anno dominicae incarnationis millesimo. x. Anno vero domni secundi. HEINRICI. regnantis. viij. Actum Regenesburg Feliciter Amen.

a) Sigillum impressum in quatuor partes fractum, quarum pars exhibens caput cum pectore et dextra imperatoris adhaeret chartae, duae adiacent, 4ta minima perdita est.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Hund. metrop. III. Edit. Mon. 2. edit. Rat. 2. Lünig spicileg. eccles. III. Theil. abtissinen 179. Paricii Nachrichten von der Stadt Regensp. et Ried. Cod. dipl. Rat. I. 130. num. 131.

Digitized by Google

CCLXIV.

Anno 1010. 19. April. Regenesburg.

Heinricus II. rex abbatissae Eilikae eiusque monasterio in urbe Pataviensi (Niedernburg) partem thelonei in eadem civitate, cum toto Boemiensi theloneo, insuper bannum macelli in proprietate eiusdem monasterii cum omni theloneo, ad hoc districtum vel placitum super liberos et servos, in eiusdem abbatiae terra residentes, concedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Si aecclesiarum dei loca alicuius doni incremento meliorare vel sublimare studuerimus. nobis tam animae quam Corpori id profuturum esse minime titubamus. Quapropter omnibus Christi praesentibus scilicet ac futuris fidelibus Notum esse uolumus. qualiter nos diuini amoris instinctu. atque ob remedium animae nostrae parentumque nostrorum. nec non interuentu Chunigundae dilectae coniugis nostrae atque Eilikae Carae abbatissae petitione. sibi suaeque abbatiae in honore domini Saluatoris nostri ac sanctae genitricis suae Mariae dedicatae. atque in patauiensi vrbe constructae. partem thelonei quam in eadem videmur Ciuitate habere. Cum toto tamen Boemiensi theloneo. eiusque vtilitate. in integrum regali potestate concedimus. et corroborramus. insuper etiam bannum Macelli. in proprietate eiusdem monasterii facti. cum omni theloneo sibi similiter largimur. ad hoc quoque districtum vel placitum. seu cunctam publicam functionem. super liberos et seruos in prefatae abbatiae terra residentes. in eadem scilicet Ciuitate. sibi simili modo donamus. Ea quippe ratione. vt nullus dux. Marchio. episcopus. comes. vicecomes. vel aliqua regni nostri magna paruave per-

sona deinceps se inde intromittere absque consensu et uoluntate Abbatissae eiusdem monasterii caeterarumque sororum inibi deo famulantium audeat. Siquis autem quod absit contra huius nostrae traditionis paginam et iussum. aliquo ingenio facere tempt tauerit. inimicus dei et regis a cunctis habeatur. et cum iuda Christi traditore infernalibus incendiis cruciandus tradatur. Volumus quoque firmiterque iubemus. vt praescripta Eilika seque subsequentes abbatissae. de praenominata nostra donatione eiusque vtilitate. dehinc liberam habeant potestatem quicquid sibi ad vtilitatem tamen aecclesiae placuerit faciendi. omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc praeceptum inde conscriptum. manu propria corroborantes. sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

Guntherius Cancellarius uice uuilligisi archicappellani recognouit.

L. S.

Data XIII. Kal. Mai. indict. VIII. Anno dominicae incarnat. Mill. X. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis VIII. Actum Regenesburg. feliciter Amen.

a) Sigillum impressum destructum, scilicet exustum penitus, remanentibus exustionis vestigiis praecipue in membrana circa partes sigillo proximiores pustulis referta.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

Digitized by Google

CCLXV.

Anno 1010. 19. April. Regenesburg.

Henricus II. rex Monasterio Sanctimonialium Patauiae (Kl. Niedernburg) praedium in villa Winidorf, in pago Sweinigowe, in comitatu Adalberti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina fauente clementia rex. Si ecclesias dei eisque famulantes aliquo munere ditauerimus, nobis id quam maxime proficere credimus. Quapropter omnium Christi fidelium tam praesentium quam futurorum nouerit uniuersitas, qualiter nos ob diuinum amorem nostraeque animae remedium. necnon interuentum. Eilikae. dilectae abbatissae sibi. suoque monasterio in honore domini Saluatoris nostri ac sanctae genitricis suae. Mariae. constructo. atque in patauiense ciuitate fundato. omne illud praedium quod nostrae regiae potestati secundum judicum iudicium. et manifestationem legaliter successit. cum omnibus eius pertinentiis. siue appendiciis. situm in uilla, Winidorf, In comitatu Adalberti comitis. in pago Sweinigowe dicto. per hanc nostram praeceptalem paginam concedimus. atque largimur. Et de nostro iure ac dominio in eius ius et dominium omnino transfundimus. Ea quippe ratione. ut praedicta abbatissa. seque subsequentes abbatissae. de praenominato praedio eiusque utilitatibus dehinc liberam habeant potestatem. quicquid eis placuerit faciendi. omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes. sigillo nostro insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici regis (*Monogramma*) inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice Uuilligisi archicappellani notauit.

L. S.

Digitized by Google

Data XIII. Kal. Maii Indictione VIII. Anno dominicae Incarnationis millesimo X. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VIII.

Actum Regenesburc. Feliciter Amen.

a) Sigillum impressum laesum et valde detritum.

b) Notae chronologicae concordant.

c) Ineditum.

CCLXVI.

Anno 1010. 28. April. Regenesburc.

*Hein*ricus II. rex Eilikae, abbatissae eiusque monasterio Pataviae (Kl. Niedernburg) portionem silvae Nordwald, in comitatu Adalberonis, terminis designatam, donat.

(Chrismon.) In nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Rex. Siquid nos aecclesias dei uel in eisdem seruientes de nostris ditare studuerimus. procul dubio inmarcescibile premium in futuro capescere credimus. Qua de re cunctis fidelibus nostris presentibus scilicet atque futuris notum esse uolumus. qualiter nos aeternae uitae desiderio inflammati. tam pro remedio animae nostrae. quam parentum nostrorum. necnon et interuentu dilectae contectalis nostrae Chunigundae. et fideli rogatu dilectissimi ducis Hezilini. et deuoto obsequio Eilikae. eidem aecclesiae sanctae dei genitricis Mariae cui ipsa praeesse uidetur. in usum sanctimonialium inibi deo famulantium portionem siluae quae uocatur Nortuualt. in comitatu Adalberonis. in longitudine a fonte fluminis quod dicitur Ilzisa sursum usque ad terminum predictae silvae qui separat duas terras Baioariam videlicet et Boemiam. et ita usque ad fontem fluuii qui

Digitized by Google

dicitur Rotala. in latitudine uero per decursus eorundem fluminum scilicet Ilzisae. et Rotilae. usque ad fluuium danubii quicquid eiusdem siluae his finibus inclusum est. per hanc regalis praecepti nostri paginam concedimus atque largimur. cum omnibus appendiciis ad eosdem terminos pertinentibus. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. et pratis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. uenationibus. siluis. exstirpatis. uel adhuc stirpandis. seu cum omnibus quae dici vel nominari possunt. vtensilibus. Et de nostro iure ac dominio in eius ius ac dominium omnino transfundimus. ea quippe ratione. ut predicta abbatissa suique successores exinde liberam habeant potestatem. tenendi. commutandi. vel quicquid eis in usum praedictarum sororum agere libuerit. Et ut haec nostrae donationis auctoritas omnium hominum contradictione remota stabilis et firma constet. hanc cartam ex nostra iussione conscriptam ac firmatam propria manu signauimus. Si quis autem quod absit hanc tradicionem uiolare aut minuere praesumat. aeternas paenas cum iuda traditore luat.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

Guntherius cancellarius uice Uuilligisi archicappellani recognoui.

L. S.

Data IIII. Kal. Maii Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis Millesimo X. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis VIII.

Actum Regenesburc.

a) Sigilli impressi sed penitus fracti nonnisi minutissima fragmenta remansere, quae, excepto uno ex interiori parte adhuc chartae adhaerente fragmento, adiacent quidem, ast vix quicquam, quod pertineat ad sigilli formam, cognoscendum praebent.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Buchinger Gesch. v. Passau 498; memoratum ab Hansizio in germania Sacra I. 241. et extractum, licet erronee sub dato XIII. Kal. May, nimirum Codice III, dicto Lonstorfiano. Editum etiam in L. B. ab Hormayr Taschenbuch 1813.

d) Differre hic tempus, quo datum est instrumentum, ab illo, quo res acta est, videre est ex alio instrumento eiusdem anni et diei, cum nota: actum Bavenberc.

CCLXVII.

Anno 1010. 28. April. Bavenberg.

Heinricus II. rex Eberhardo Babenbergensi episcopo, eiusque monasterio Sctae Mariae, Scti Petri Sctorumque Georgii et Kyliani praedium Scerstedde, in comitatu geronis, in pagis Swaua et Hassega donat, quod Bernhardus marchio regi legali traditione dedit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina fauente clementia rex. Si ecclesiarum dei loca alicuius doni incremento sublimare vel meliorare studuerimus. nobis nostrique regni statui id proficere minime diffidimus. Quapropter omnium Christi fidelium. praesentium scilicet ac futurorum agnoscat industria. qualiter nos diuini amoris instinctu. pro remedio animae nostrae. seu parentum nostrorum. ob interuentum et petitionem. Eborhardi. sanctae bauenbergensis ecclesiae episcopi. sibi. suoque monasterio. In honore sanctae Mariae semper uirginis. et sancti Petri. apostolorum principis. sanctorumque martyrum. Georgii. et Kyliani. consecrato. tale praedium. quale Bernhardus. marchio nobis legali traditione dedit in

Digitized by Google

scerstedde. in comitatu. Geronis. In pagis Swaua. et Hassega. cum omnibus eius appenditiis. cum familia utriusque sexus. areis. aedificiis. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus aquis. aquarumue decursibus piscationibus molendinis. exitibus et reditibus quaesitis seu inquirendis. siue cum omnibus quae *quolibet* modo dici aut scribi possunt utilitatibus. per hanc nostram paginam. potenti manu concessimus atque tradidimus. et de nostro iure ac dominio. in eius ius ac dominium omnino transfudimus. eo uidelicet rationis tenore. vt iam dictae ecclesiae episcopus. suique successores. de praenominato praedio. potestatem habeant exinde quicquid eis placuerit faciendi. ad utilitatem praefatae aecclesiae omnium hominum contradictione siue inquietudine remota. Et ut haec nostrae traditionis seu confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria corroborantes atque confirmantes. sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice uuilligisi archicappellani notauit.

Data IIII. Kal. Maii Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis millesimo X. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis VIII. Actum Bavenberg feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Exhibetur ceu formula epistolaris absque nominibus loci ac pagorum, comitis etiam nomine omisso ac ducis initiali solum litera B. indicato in Codice bamberg. dicto udalriciano ap. Eccard. corp. hist. II. 64. num. 61. Copiose extraxit Heyberger in sua Ichno-

Digitized by Google

graphia 92, ubi etiam pagi Suvava sive Sueve et Hassega explicantur, sicuti in laudato ibi chron. Gottw. II. 789 cum ipso loco Scerstete. Edidit Oesterreicher: Beyträge IV. Heft. S. 84. Beil. I.

CCLXVIII.

Anno 1010. 1. Junii. Moguntiae.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, locum Tareisa, ab antiquioribus Sintherishusun *dictum*, in pago Volcfelt et in comitatu Tietmari comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina ordinante prouidentia rex. Notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus scilicet ac futuris. quia postquam nos diuina inspirante gratia. et romana auctorante potentia. omniumque nostri fidelium in medium consulente concordisentia (concordi sententia). nostrae proprietatis locum. Bauenberc. dictum in sedem et culmen episcopatus prouexímus. consensu et petitione nobis dilectissimae coniugis. Cunigundae uidelicet reginae quoddam praedium quod a modernis. Tareisa. ab antiquioribus uero. Sintherishusun est nuncupatum. in pago. Volcfelt. et in comitatu. Tietmari. comitis situm. ad eandem supradictam episcopalem sedem. Bauenberc. cum omnibus eorum appertinentiis. videlicet villis. vicis. aecclesiis. capellis. seruis. et ancillis. areis. aedificiis. terris cultis et incultis. uiis. inuiis. exitibus et reditibus quesitis vel inquirendis. siluis. saginis. venationibus aquis. piscationibus molis. molendinis. rebus mobilibus et immobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possu-

Digitized by Google

mus donamus. atque omnium contradictione remota proprietamus. precipientes. vt in deo dilectus nobis sepe dictae sedis. Eberhardus. primus episcopus. liberam dehinc habeat potestatem. suique successores idem supradictum praedium cum omnibus suis appendiciis. tenendi. possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit hujus nostrae donationis munificentiam destruere seu uiolare praesumit. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod ne fiat. sed haec nostra traditio perpetualiter inuiolabilis permaneat. hanc cartam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice uice (sic abque obelo) uuilligisi archicappellani notaui.

Data Kal. Junii Indictione VIII. Anno dominicae incarnationis millesimo X. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis VIII. Actum Moguntiae Feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Heyberger Cod. Probat. ad Deduct. bamb. super Fürth num. 15. et ex eo ap. Ussermann. Hist. Episc. Bamb. cod. prob. 20. n. 16. copiose etiam extractum in Heyberger Ichnographia 93.

Digitized by Google

CCLXIX.

Anno 1010. 1. Junii. Magontiae.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, duo praedia Egininhusa et Strewe, in pago Grapfelt et in comitatu Gebehardi comitis sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus dei gratia rex notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus scilicet ac futuris. quia postquam nos diuina inspirante gratia et romana auctorante potentia omniumque nostri fidelium in medium consulente concordi sententia. nostrae proprietatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus proueximus. consensu et petitione nobis dilectissimae coniugis Cunigundae uidelicet reginae duo predia. Egininhusa. et Strewe. in pago Grapfelt. et in comitatu Gebehardi comitis situm ad eandem supradictam episcopalem sedem. Babenberc. cum omnibus eorum appenditiis. videlicet uillis vicis aecclesiis capellis. seruis et ancillis areis aedificiis terris cultis et incultis uiis inuiis exitibus et reditibus quesitis uel inquirendis siluis saginis venationibus aquis piscationibus molis molendinis rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi aut appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus absque omnium contradictione proprietamus. precipientes ut in deo dilectus nobis sepedictae sedis Eberhardus primus episcopus liberam dehinc habeat potestatem suique successores eadem supradicta predia cum omnibus eorum appenditiis. Tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus. Inde faciendi. Siquis igitur quod absit. huius nostrae donationis munificentiam destruere seu uiolare praesumit in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod ne fiat sed haec nostra tra-

Digitized by Google

ditio perpetualiter inuiolabilis permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice uice (sic absque obelo) uuiligisi archicappellani notaui.

Data Kal. Junii Indict. VIII. Anno dominicae Incarnationis M.X. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis VIII. Actum Magontiae. Feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.
b) Notae chronologicae inter se conveniunt.
c) Omisso nomine comitis, erroneeque lectis locis ac mense dati, episcopo autem ac regina solum initialibus literis notatis, impressum habetur in Codice bamberg. ap. Eccard corp. hist. II. 65. num. 62: copiose etiam extractum in Heyberger Ichnographia 94. num. 108. cum explicatione locorum.

CCLXX.

Anno 1011. 18. Junii. Randesbure.

Heinricus II. rex monasterio S. Quirini ad Degerense (Tegernsee), receptis concambio quibusdam praediis in Francia et Turingia, partem silvae Enisiwalt, hobas regales LX., iuxta praedium eiusdem monasterii, Crebezbah, in comitatu Heinrici marchionis, tradit.

a) Sigillum impressum illaesum.

Digitized by Google

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Pezii Cod. Epistol. I. 149 Oefele Script. b. r. II. 81 et Mon. Boic. VI. 158. ubi lin. 17. legatur: Anisim; lin. 21. Degerense.

CCLXXI.

Anno 1011 potius, quam 1010. 2. Julii. Mogontiae.

Heinricus II rex ecclesiae Babenbergensi a se fundatae loca Furihinebach, Haderichesprucga, Forehun, Crumbunbach, Sneitaha, Ristilibach, Vtilingun, in pago Nortgovuue et in comitatu Heinrici comitis sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus. diuina praeordinante clementia rex. saluberimis (saluberrimis) igitur sacri eloquii Institutionibus erudimur et admonemur. ut temporalia relinquentes bona et terrena postponentes commoda aeterna et sine fine mensura (mansura) In celis studeamus adipisci consistoria. Quapropter nos dominicis non surdum auditum praebentes praeceptis et deificis obtemperando intendentes suasionibus quaendam (quendam) nostrae paternae hereditatis locum Babenberc dictum in sedem et culmem episcopetus sublimando proueximus et romana auctoritate ac venerabilis Heinrici wirciburgensis episcopi consensu. ac pari communique omnium nostri fidelium tam archiepiscoporum quam episcoporum appatumque (abbatumque) necnon ducum et comitum consultu decreptoque (decretoque) in honore sanctae dei genitricis Mariae sanctorum apostolorum Petri et pauli nec non martirum Kiliani atque Georii stabiliuimus. vt et inibi nostrum parentumque nostrorum et Ottonis tercii uidelicet imperatoris antecessoris ac senioris nostri celebre haberetur memoriale et iugis pro omnibus

Digitized by Google

ortodoxis hostia mactaretur salutaris. Proinde nouerit omnium nostri fidelium tam praesens etas quam et successura posteritas quia nos peticionae (petitione) est (et) consensu dilectissimae coniugis nostrae Kunigundae videlicet reginae quaedam nostrae proprietatis loca Furihinebach. Haderichesprucga. Forehun. Crumbunbach. Sneitaha. Ristilibach. Vtilingun dicta. in pago Nortgovuue et in comitatu Heinrici comitis sita ad eandem supradicta (supradictam) episcopalem sedem vna cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis videlicet vicis villis aecclesiis seruis et ancillis de quocunque alio nostri iuris loco oriundis et inibi modo habitantibus ac areis aedifficiis (aedificiis). terris. cultis. et incultis. viis. et inuis. exitibus et reditibus quaesitis. uel inquirendis. siluis. saginis. venationibus aquis. piscationibus molis molendinis rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae scribi aut appellari possunt quoquolibet modo vtilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donamus atque proprietamus omnium contradictione remota praecipientes igitur vt dilectissimus nobis in christo Eberhardus episcopus suique successores ex nostro iure liberam debinc habeant potestatem eadem loca cum omnibus appendiciis suis tenendi possidendi seu quicquid illos libeat modi (modis) omnibus inde faciendi. siquis igitur quod absit huius nostrae donationis minificentiam (munificentiam) destruer (destruere) siue violare praesumat. in die iudicii coram oculis dei tormento inextinguuibili aeternaliter luat. Quod ne eueniat sed haec tradicio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Signum domni secundi Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice Erkanpaldi archicappellani recognoui.

Digitized by Google

Data VI. Non. Julii Indictione XI. Anno dominice incarnationis MX. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis X. Actum Mogontiae feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, nihilominus pro sua conservatione fascia membranacea cinctum et munitum.

b) Indictio erronea pro anno 1010 et 1011, annus tamen regni et Erkanbaldus moguni. episcopus et Archicapell., qui Willigiso 23. Febr. 1011. defuncto successit, conveniunt anno 1011 saltem dati instrumenti, licet actum pertinere ad an. 1010 in urbe Mogontina videatur.

c) Editum ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 464. n. 13 et Waldau Gesch. von Hersbruck append. I.; copiose autem extractum ap. Heyberger Ichnographia 94.

CCLXXII.

Anno 1011. 1. Novembr. Franchonafurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, quaedam suae paternae haereditatis loca, Enninchovun, Luzzilun, Chirichun, Geigingun, Pah, Phistarheim, Satalarun, Punnaha, Tantunispah, Hasulpach, Zigiriuti, Chirihsteti, in pago Spehtreino et in comitatu Oudalrici comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et (indiuiduae trinitatis) Heinricus dei gratia rex. nouerit omnium nostri fidelium tam presens aetas quam et successura posteritas qualiter nos diuina insirante (inspirante) clementia quendam nostrae proprietatis locum. Babenberc dictum in sedem et culmem episcopatus sublimando

proueximus. consensu / et petitione dilectissimae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae. Necnon et heinrici Uuirzburgensis episcopi consensu ac pari communique omnium nostri fidelium In medium consulente sententia quaedam nostrae paternae hereditatis loca. Enninchouun. Luzzilun chirichun. Geigingun. Pah. Phistarheim. Satalarun. Punnaha. Tuntunispah. Hasalpah. *Zigi*riuti. Chirihsteti. In pago Spehtreino. et in comitatu Ovdalrici comitis ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenperc cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis cultis et incultis. quesitis et inquirentis mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel apellari (appellari) possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae actoritatis (auctoritatis) praeceptali pagina prout firmius possumus donauimus atque proprietamus omnium contradictione remota Praecipientes igitur ut in deo dilectus eiusdem sepedictae sedis episcopus Eberhardus. atque successores sui. liberam dehinc habeant potestatem eadem supradicta loca ad nostram cameram pertinentia. in uillis supra nominatis iacentia. cum omnibus appenditiis eorum tenendi possidendi siue commutandi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Si quis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. in die nouissimo tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. Sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Guntharius cancellarius ad uicem erchanbaldi archicappellani notaui.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* regis inuictissimi.

L. S.

Data Kal. Nouembris. Indictione VI., anno domin. incarna-

Digitized by Google

tionis M. XI. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XI. Actum Franchonafurt.

a) Sigillum impressum illaesum, collocatum autem cum monogrammate post cancellarium et archicapellanum.
b) Indictio erronea loco currentis IX. aut caesareae X., nec annus regni nisi per anticipationem 7 mensium et 6 dierum anno chr. 1011 respondet.
c) Editum in den geöffneten Archiven III. Jahrg. S. 375.

CCLXXII.

Anno 1011. 1. Novembr. Franchonafurt.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, quaedam loca ad cameram suam pertinentia, Apinheim, Meiarespah, Habuhpab, Hamuntespah, Tiufstat, Zilitun, Buttingan, Duriugrasmarasaha, item Grasmarasaha et octo alia nominata, ín pago Rottgouui et in comitatu Chadalhohi comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Noverint omnes nostri fideles presentes scilicet atque futuri qualiter nos diuina inspirante gratia quendam nostrae proprietatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando prouximus consensu et petitione dilectissimae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae quedam nostrae paternae hereditatis loca. ad nostram cameram pertinentia. In uillis hic subnotatis iacentia Apinheim. Meiarespah. Habuhpah. Hamuntespah. Tiufstat. Zilitun. Buttingan. Duriugrasmarasaha. Item Grasmarasaha. Holzheim. Riscah. Gol-

Digitized by Google

daraperc. Uuisagartadorf. Lanzinperc. Uzhouara. Pahmannun. Elsanpah. In pago Rottgouui et in comitatu Chadalhohi comitis ad eandem supradictam episcopalem sedem Babenberc. cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis cultis et incultis. quesitis uel inquirendis rebus mobilibus ac inmobilibus ac ceteris omnibus que rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donauimus atque proprietamus omnium contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus eiusdem sepedictae sedis episcopus eberhardus atque successores sui liberam dehinc habeant potestatem eadem supradicta loca cum omnibus appenditiis eorum tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet In die nouissimo tormento inextinguibili coram occulis (oculis) dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Guntherius cancellarius uice erchanbaldi archicappellani notaui.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Data Kal. Nouembris Indict. VI. Anno dominicae Incarnationis M.XI. Anno vero domni heinrici secundi regnantis XI. Actum Franchonafurt.

a) Sigillum impressum et bene expressum illaesum, collocatum autem cum monogrammate post cancellarium et achicap.

b) Indictio erronea loco currentis IXnae aut caesareae Xmae, nec annus regni nisi per anticipationem 7 mensinm et 6 dierum anno chr. 1011 respondet.

c) Editum in den geöffn. Archiv. III. Jahrg. S. 376.

Digitized by Google

CCLXXIV.

Anno 1011. 1. Novembr. Franchonofort.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, quaedam proprietatis suae loca, Dingolvingam superiorem, goldarun, frovchilinchovun, Tagaprehtasdorf, Tuchilingun, Pilifritinchovun, Hugiprehtinchovun, Piriheim, Mammingun, et alia viginti novem nominata, in pago Isinincgouua et in comitatu Geroldi comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus scilicet atque futuris qualiter nos diuina inspirante gratia quendam nostrae proprietatis locum Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus consensu et petitione dilectissimae coniugis nostrae Cunigundae uidelicet reginae quaedam nostrae proprietatis loca ad nostram cameram pertinentia in uillis hic subnotatis iacentia. dingoluinga superior. Goldarun. frovchilinchouun. Tagaprehtasdorf. Tuchilingun. Pilifritinchouun. Hugiprehtinchouun. Piriheim. Mammingun. Pahhusun. Paldacharesperc. Chuppinchouun. Smidilinchouun. adaloltinchouun. Herinchouun. Grauilinchouun. Nantirinchouun. Griezpah. Gapilinchouun. Gunzinchouun. Richerisdorf. Vfangiscetta. Hohgozzinchouun valchonaperc. Hefta Phistarhim. volchinisdorf. Husiprehtinchouun. vuisantesdorf. Eigilaspah. Murzilasaha. Geginincho uun. Punnahah. Chazapah. Pahheim. Tuparadorf. Zichorbheim hobas VI. et semis. In pago Isinincgouua. et in comitatu Geroldi comitis ad eandem supradictam episcopalem sedem. Babenperc cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis quesitis uel inquirendis cultis et incultis rebus mobilibus et inmobilibus ac ce-

Digitized by Google

teris omnibus que rite scribi uel appellari possunt. quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina prout firmius possumus donauimus atque proprietamus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus eiusdem supradictae sedis episcopus Eberhardus atque successores eius liberam dehinc habeant potestatem eadem supranominata loca cum omnibus appendiciis eorum tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Si quis igitur quod absit hujus nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet in die nouissimo coram oculis dei tormento inextinguibili luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Guntharius cancellarius uice Erchanbaldi archicappellani notaui.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Data Kal. Nouembris Indictione VI. anno dominicae Incarnat. M.X. Anno vero domni heinrici secundi regnantis XI. Actum Franchonofurt.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio erronea loco currentis IX^{nae} aut caesareae X^{mae}, nec annus regni nisi per anticipationem 7 mensium et 6 dierum anno chr. 1011 respondet.

c) Editum ab Oesterreicher neue Beyträge IV. Heft S. 31. Beyl. I.

Digitized by Google

CCLXXV.

Anno 1012. 10. Septembr. Franchonevord.

Heinricus II. rex privilegium immunitatis Ecclesiae Würceburgensis, ei a praedecessoribus suis, regibus et imperatoribus concessum, iterum confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina ordinante prouidentia rex. Si petitionibus sacerdotum dei de his quae ad loca sanctorum iuste pertinent nostris auribus prolatis adquiescimus. regiam consuetudinem exercemus. et hoc nobis ad laudem et stabilitatem regni nostri in dei nomine pertinere confidimus. Quocirca omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum industriae pateat. quod nos Heinricus sanctae wirceburgensis aeclesiae uenerabilis episcopus humiliter adiens. claementiae (clementiae) nostrae dominationis innotuit. quod praedecessores nostri reges et imperatores diuae memoriae karolus. ludowicus. arnolfus. tresque Ottones. omnes curtes. uillas. terras. terrarumque cultores. seu quicquid in cunctis rebus ad aeclesiam sancti saluatoris in qua praeciosus Christi martyr kilianus sociique ejus corporaliter requiescunt. pertinere dinoscitur. seu quod inantea ad ea sancta loca legitime traditum fuisset per uniuersos comitatus. pagos. ac territoria. sub integrae defensionis immunitate permanere suaeque tuitionis clipeo muniri concessissent. hoc etiam quod in eisdem praeceptis ueraciter scriptum continetur. nostris conspectibus praesentans. praedictos reges seu imperatores per suae auctoritatis praedictae aeclesiae praecepta concessisse. et confirmasse. quatinus nullus iudex publicus. seruos. sclauos. siue accolas. pro liberis hominibus in aeclesiae praediis manentibus. ad causas audiendum. et fredas exigendum. et mansiones aut paratas faciendum. et fideiussores tollen-

dum. et homines ipsius aeclesiae. tam francos quam seruos et sclauos distringendum. et ullam redibitionem requirendum. aut aliquid de his exactitare. per aliquam iudiciariam potestatem ullo unquam tempore praesumat. vnde etiam idem uenerabilis episcopus Heinricus nostram petiit maiestatem. ut eandem defensionem per nostrae auctoritatis immunitatem circa ipsa bona uel homines praefatae aeclesiae confirmaremus. Cuius petitioni quoniam rationabilis videbatur hoc denegare noluimus. ac per hoc omnia quae superius continentur per hanc nostri praecepti paginam confirmare studuimus. Idcirco etiam praecipientes sanctimus. ut quicquid ad ipsam praenominatam aeclesiam tam in seruis. sclauis et accolis quam aliis rebus iuste et legaliter hactenus pertinere uisum est. sicut in antecessorum nostrorum ita etiam sub nostrae immunitatis nomine in modo datis rebus et adhuc dandis tutum et defensum permaneat. nec quisquam de fidelibus nostris siue comes. siue iudex publicus. in parte aliqua aut ullo umquam tempore praefatae aeclesiae res inquietare audeat. quatinus rectores ipsius aeclesiae pro incolomitate nostra regnique nostri stabilitate iugiter diuinam claementiam (clementiam) studeant exorare. Si quis uero quod futurum non credimus. huius nostrae immunitatis praeceptum aliquando infringere temptauerit. nouerit se componere auri optimi libras C. medietatem camerae nostrae. et ad praefatam aeclesiam partem alteram. Quod ut uaerius (uerius) credatur. diligentiusque obseruetur. hoc praeceptum inde conscriptum manu propria roborantes. sigilli nostri inpressione iussimus assignari.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Guntherius cancellarius uice erchanbaldi archicapellani recognoui.

Data IIII. idus septembris. Anno dominicae incarnationis millesimo XII. Indictione X. Anno uero domni secundi heinrici regnantis. XI. Actum franchonevord regio palatio feliciter amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum et bene expressum, illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in N. Ant. Seiz analysi libri: brevis notitia Ebracensis. 176., memoratum etiam in Grebner histor. univers. 423. 424.

CCLXXVI.

Anno 1012. 17. Septembr. Gruona.

Heinricus II. rex Heinrico episcopo Wirziburgensi eiusque ecclesiae servum, nomine Gonzo, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia rex. Nostrorum precedentium patrum deuote imitantes exempla largitatis nostrae gratiam seruitoribus nostris impendimus. et nequid incommoditatis inposterum subrepat. hanc firmissimo iure stabilem permanere uolumus. Unde ad fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum perueniat noticiam. qualiter nos interuentu dilectissimae conjugis nostrae Cunigundae reginae sanctae Wirziburgensis aeclesiae. uenerabilis episcopi Heinrici. peticionibus piam aurem prebemus. et sibi suaeque aeclesiae in hononore (honore) martyrum kyliani et sociorum eius constructae et consecratae quendam nostri iuris seruum nomine. Gonzo. tradimus. eo uidelicet rationis tenore. ut hoc debito et hac lege qua parentes sui uel ipse nobiscum hactenus uixerat. eadem etiam lege ipse uel posteri sui apud uos et uestris successoribus hinc inantea permaneat. Et ut haec nostrae traditionis carta stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hanc paginam inde conscriptam manu nostra firmantes sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Digitized by Google

Guntherius cancellarius uice Erchambaldi archicappellani recognoui.

Data XV. Kal. Octobris. Indictione XI. Anno dominicae incarnationis millesimo XII. Anno vero domni secundi Heinrici regnantis XI.

Actum Gruona regia uilla in dei nomine amen.

a) Sigillum impressum periit, remanente cerae macula illi congrua, circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Indictio caesarea et annus regni currens respondent anno chr. notato.

c) Ineditum.

CCLXXVII.

Anno 1013. 21. Junii. Franchonevvrt.

Heinricus II. rex Heinrico Episcopo Wirciburgensi, eiusque ecclesiae comitatum in Bezzingun, ad curtem Geraha respicientem, cum banno et districtu ac pertinentiis, tradit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae st indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina fauente clementia rex. Si fideliter et deuote nobis seruientium laborem recompensare studuerimus. eos procul dubio et alios plures fide firmiores nobis credimus et deuotiores. Quapropter omnium tam praesentium quam et futurorum noscat uniuersitas. quod nos non inmemores fidei et seruitii. Heinrici. wirciburgensis aecclesiae praesulis uenerandi sepissime nobis fideliter inpendentis. comitatum in bezzingun ad curtem geraha respicientem

Digitized by Google

cum banno. et districtu. et omnibus pertinentiis. in ius atque dominium. ad aecclesiam et honorem saluatoris mundi. et egregii martiris Christi Kiliani sociorumque eius firmissime tradidimus. ita ut praedictus pontifex heinricus omnesque eius successores. eundem comitatum potestatiue possideant. teneant. et quicquid eis placuerit ad utilitatem scilicet suae aecclesiae inde faciant. nostra nostrorumque successorum et omnium mortalium contradictione in perpetuum longe remota. et ut haec traditio omni tempore stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborauimus nostrique sigilli inpressione insigniri praecaepimus. (praecepimus.)

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Gundharius Cancellarius uice erchanbaldi archicapellani recognoui.

Data XI. Kal. Julii. Indictione XI. Anno incarnationis dominicae Mill. XIII. anno uero domni heinrici secundi regnantis XII. Actum franchonevvrt. feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum, partes tamen, excepta una modica, quae periit et initium inscriptionis exhibuit, adhuc chartae adhaerent.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Wenk in der Hess. Landesgesch. I. Urkundenb. 5. 1.; edita etiam germanica versio a Frisio ap. Ludewig Gesch. v. Würzb. 457 et in Lünig spicileg. eccles. II. Theil. 938.

Digitized by Google

CCLXXVIII.

Anno 1013. 21. Junii. Franchonevvrt.

Heinricus II. rex Heinrico episcopo Wirciburgensi eiusque ecclesiae cedit curtem Geraha in pago superiore Riniggowo, in comitatu Adelberti comitis sitam, recipitque vicissim ecclesiam in Halstatt nec non alias duas ecclesias in Amelungestat et Siuselingen, cum decimationibus, quas, exceptis duabus capellis, in Druondestat et Biscoffesberge, sedi Babenbergensi tradit ac subiicit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus. diuina fauente clementia rex. Omnium sanctae dei ecclesiae fidelium tam praesentium quam et futurorum nouerit industria. qualiter nos pro remedio et aeterna remuneratione animarum. primo nostri senioris beatae memoriae tercii Ottonis imperatoris augusti. et nostrae uero animae parentumque nostrorum. tum etiam propter peticionem chunigundae reginae. sed et domni Erchanbaldi mogontinae sedis archipraesulis. nec non et domni Eberhardi babenbergensis aecclesiae uenerandi pontificis. domnique burchardi wormatiensis aecclesiae episcopi gloriosi. cum Heinrico wirziburgensium uenerabili episcopo quoddam concambium fecimus. scilicet sui iuris aecclesiam in uilla quae halstat dicitur sitam. cum terris. mancipiis. et decimationibus. exceptis duabus capellis. altera in druondestat. altera in biscoffesberge. cum decimationibus earundem. nec non alias duas aecclesias. unam in amelungestat alteram in siuselingun. cum suis decimationibus. et sex regalibus mansis. et mancipiis ad easdem aecclesias pertinentibus. sanctae sedi babenbergensi in posterum subiectas propriasque firmiter statuentes. mutuo autem nostri iuris curtem geraha

Digitized by Google

dictam. sanctae aecclesiae cui praefatus uenerabilis antistes heinricus uidelicet decenter praeesse dinoscitur. ad honorem saluatoris mundi preciosissimorumque martyrum. Kiliani. Colonati. Totnani. in ciuitate wirziburc constructae. atque dedicatae. dantes. largientes. firmissimaque traditione donantes. Memoratam itaque curtem geraha. in pago superiore riniggowo. in comitatu adelberti comitis sitam. proprietario iure cum omnibus suis pertinentiis. aecclesiis. decimationibus. uillis. uicis. areis. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumue decursibus. piscationibus. molendinis. cum familia utriusque sexus. cultis et incultis. exitibus et reditibus. quaesitis siue inquirendis. caeterisque omnibus quae adhuc scribi aut inueniri possunt utilitatibus. de nostro iure in ius atque dominium ad aecclesiam et ad honorem saluatoris mundi. et egregii martyris Christi Kiliani. sociorumque eius. omnino transfudimus. et alienauimus. ita ut praedictus pontifex heinricus. omnesque sui successores eandem proprietatem in perpetuum potestatiue possideant. teneant. et quicquid eis placuerit ad utilitatem scilicet suae aecclesiae inde faciant. nostra nostrorumque successorum et omnium mortalium contradictione in perpetuum longe remota. et ut haec traditio omni tempore stabilis et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria corroborauimus. nostrique sigilli inpressione insigniri praecaepimus (praecepimus).

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Gundharius cancellarius uice Erchanbaldi archicappellani recognoui.

Data XI. Kal. Julii. Indictione XI. Anno dominicae incarnationis millesimo XIII. Anno uero domni heinrici secundi regnantis XII.

Actum franchonevvrt. feliciter. amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum fractum in plures partes, quarum duae, exhibentes totam fere imaginem regis, cum initio inscriptionis chartae adhuc adhaerent, reliquae partes perierunt.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Wenk in Historia Hassiae I. probat 4. et seq. germanice autem a Frisio ap. Ludewig Geschichtschr. von Würzb. 456. et in Lünig spicileg. eccl. II. Theil 938.

CCLXXIX.

Anno 1013. 1. Decembr. Actum Merseburc.

Heinricus II. rex ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, loca Emminchouun et Walahanaspah, in comitatu Ebbonis comitis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus dei gratia rex. (nouerit) etiam omnium fidelium nostrorum tam praesens auctoritas quam et successura posteritas qualiter nos quendam nostrae paternae hereditatis locum. Babeberc. dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus quaedam nostrae proprietatis loca ad nostram cameram pertinentia. In uillis hic subscriptis iacentia. Emminchouun. et Walahanaspah. In pago et in comitatu ebbonis cum omnibus eorum pertinentiis siue adherentiis rebus mobilibus et inmobilibus ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus hac nostrae Avctoritatis praeceptali pagina ad eundem supradictum locum. Babenberc. prout firmius possumus donauimus atque proprietamus. omni contradictione remota. Precipientes igitur ut in deo dilectus sepe dictus episcopus eberhardus atque successores sui. liberam dehinc habeant potestatem eadem loca. Emminchouun. et Walanaspah. cum omnibus appenditiis eo-

Digitized by Google

rum tenendi possidendi seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet tormento inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione insigniri iussimus.

Guntherius cancellarius uice erchanbaldi archicappellani notaui.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) regis inuictissimi.

L. S.

Data Kal. Decembris. Indictione VI. Anno dominicae Incarnationis M.XIII. Anno vero domni heinrici secundi regnantis XII.

Actum Merseburc feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio aperte erronea loco ordinariae XI. aut caesareae XII. Annus autem regni convenit anno Ch. 1013. Locus denique, in quo negotium peractum est, huic anno eatenus favet, si actum ad festum Pentecostes *i. e.* 24. Maii retrahamus, nam hoc festum rex Merseburgae celebravit maxime occupatus in praeparatione ad expeditionem, vix illo anno illuc reversus.

c) Editum ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 466. n. 14; copiose etiam extractum ap. Heyberger Ichnographia 97.

d) Nomen pagi ommissum est, relicto illi spatio vacuo.

CCLXXX.

Anno 1014. nobis, Romanis autem 1013. 15. Februar. Romae.

Heinricus II. Romanorum imperator ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, loca Cocoleu, Niuzellici et Liubrodici, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator Augustus. Ad hoc nos diuinae dispositionis prouidentia gratia et honore imperatoriae dignitatis sublimauit. vt quanto erga nos sua exuberant beneficia. tanto ei gratius nostra servitus sit deuota. Haec nos sollicita consideratione intuentes de bonis suis quae nobis gratuita pietate contulit sanctae suae aecclesiae quam ad gratiam et honorem nominis sui sub honore sancti petri apostolorum principis ex nostra hereditate in babenberc ad episcopatum prouexi-mus. volumus esse munifici. ne beneficiis eius umquam appareamus ingrati. Quocirca omnium sanctae dei aecclesiae fidelium nostrorumque praesentium scilicet ac futurorum uolumus uniuersitati pateat. qualiter nos intuitu pietatis et spe aeternae remunerationis. Interuentu quoque Cvnigundae dilectissimae coniugis nostrae uidelicet imperatricis augustae. per hanc nostri imperialis praecepti paginam praenominatae babergensi aecclesiae cui venerabilis praesul. Eberhàrdus. praeesse videtvr. quaedam nostrae proprietatis loca. Nomine Cocoleu. Niuzellici. Liubrodici. sitas in pago et in comitatu concedimus atque largimur cum omnibus appenditiis eorum terris. cultis et incultis. familiis utriusque sexvs. aquis. aquarumue decursibus piscationibus. molendinis. exitibus. et reditibus viis et inuiis. quesitis vel inquirendis. omnibusque quae quolibet modo nominari possunt utilitatibus ad eadem loca pertinentibus Eo tenore vt praedictus episco-

Digitized by Google

pus eberhardus suique successores liberam dehinc habeant potestatem. quicquid eis placuerit de eisdem locis in usum aecclesiae faciendi. omnium hominum regni nostri contradictione remota. Qvod vt verius credatur diligentiusque obseruetur ab omnibus hoc praeceptum inde conscriptvm manu propria confirmantes sigilli nostri Inpressione iussimus insigniri.

Heinricus cancellarius ad uicem eberhardi archicappellani notaui.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* serenissimi Imperatoris augusti.

Data XV. Kal. Martii Indictione XII. Anno dominicae Incarnationis M.XIII. Anno autem domni heinrici secundi regnantis XII. Imperii vero I.

Actum Rome feliciter amen.

a) Sigilli appensi, potius bullae appensae, quae periit, remansit unum foramen, et inserta pars chordulae ex filis sericis, albi, flavi et nigri coloris contextae, ex qua bullam auream dependisse adhuc an. 1774 testatur Heyberger in sua Ichnographia 102., adumbrata eius magnitudine.

b) Annus Chr. hic stylo romano notatus nobis est annus 1014, cui omnes reliquae chronologicae notae respondent.

c) Ineditum, attamen ab Heyberger l. c. 99 — 102. descriptum et copiose extractum.

d) Nomina pagi et comitis pagensis ommissa sunt, relicto illis spatio vacuo.

Digitized by Google

CCLXXXI.

Anno 1014. 21. Junii. Radasponae.

Heinricus II. R. imperator ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, quaedam loca in pago Matihgowe, in comitatu Piligrimi, quae Gebehardus comes in beneficium habuit, excepto uno manso praeconali, Scherinhoba, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesens aetas quam et successura posteritas qualiter nos quendam nostrae paternae hereditatis locum. Babenberc dictum in sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus quaedam nostrae proprietatis loca quae Gebehardus comes in beneficium habuit. In comitatu Piligrimi. et in pago Matihgowe sita. ad eundem comitatvm pertinentia. excepto vno praeconali manso. quod nos scherinhoba vocamus. cum omnibus eorum pertinentiis. siue adherentiis. rebus mobilibus et inmobilibus. Ac ceteris omnibus quae rite scribi uel appellari possunt quoquolibet modo utilitatibus. hac nostrae Auctoritatis praeceptali pagina Ad eundem supradictum locum Babenberc prout firmius possumus donamus atque proprietamus. omni contradictione remota. Praecipientes igitur ut in deo dilectus episcopus eberhardus atque successores sui liberam dehinc habeant potestatem eadem loca cum omnibus appendiciis eorum. Tenendi. possidendi. seu quicquid sibi libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Si quis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere siue uiolare praesumet. tormento Inextinguibili coram oculis dei luat. Quod ne fiat. Sed haec traditio nostra ab omnibus incorrupta permaneat. Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Digitized by Google

Guntherius cancellarius ad uicem erchanbaldi archicappellani recognoui.

Signum domni Heinrìci *(Monogramma)* Imperatoris inuictissimi.

Data XI. Kal. Iulii. Indict. XI. anno dominicae incarnationis MXIIII. anno vero domni heinrici secundi regnantis XII. Imperii vero I. Actum Radaspone.

a) Loco bullae nunc dependet numisma plumbeum ex chordula serica flavi coloris, cui inepte insertum esse noviori tempore videtur; nam ipsum numisma pessimae notae et ad hunc finem perforatum, ut chordulae aptaretur, hac ipsa perforatione male tractatum, fractionis suae damnum non effugit.

b) Indictio uno anno decurtata est, loco XII., annus autem regni ante 15 dies completus et currens annus imperii respondent anno ch. 1014.

c) Ineditum, copiose autem extractum est ab Heyberger in Ichnographia 103.

CCLXXXII.

Anno 1014. 5. Julii. Bavenberch.

Heinricus II. R. imperator Pataviensi ecclesiae proprietates determinatas in orientali regno, in comitatu Heinrici marchionis, in locis Herzogenburch, Chremasa, Sigemaresweret, Tulna et Ovtcinesseuue, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus.

Sic quisque proximorum suorum necessitatibus debet compati ut per compassionem uim recte intentionis studeat implere et ad implenda necessaria eorum non dilectio carnalis sed amor semper intendatur spiritualis. hoc discretionis moderamine temperati non solum praesentia cogitamus sed que (quae) nos sequantur post hanc uitam attendimus et continua intentione quicquid corporaliter operamur ad utilitatem referimus animae juxta quod deus nobis donauerit posse ut transseunte (transeunte) opere operis causa non transeat quae praemia uitae post uitam praesentem nobis ualeat parare. Inde notum sit omnibus fidelibus nostris praesentibus atque futuris qualiter nos pro petione (petitione) Berengarii uenerabilis episcopi Patauiensi sanctae dei ecclesiae predium quoddam concessimus in orientali regno in comitatu Heinrici marchionis in his locis Herzogenburch locum ad ecclesiam construendam. et ubi presbiter (presbyter) manssionem (mansionem) facere possit. et I. regalem mansum. in cremasa autem et Sigemaresweret. et tulna extra ciuitatem et outcinesseuue similiter in singulis locis singulos regales mansos et in unoquoque locum oportunum ad ecclesiam aedificandam et e uicino ecclesiae ad edificia presbiteri (presbyteri) construenda. in cremasa autem quia aratum praedium non habetur ubicunque in proximo nostrae proprietatis sit pro subplemento asscriptum eodem modo concedatur. Haec quidem sancte dei ecclesiae Patauiensi pia deuotione offerimus atque in proprium tradimus cum omnibus appertinentiis adquisitis uel adquirendis. et ut haec nostrae traditionis imperialis auctoritas per successiones temporum stabilis et inconuulsa permaneat. Hanc imperialis praecepti paginam inde conscribi ac manu propria confirmantes sigillo nostro precepimus insigniri.

Signum Domni Heinrici (*Monogramma*) imperatoris inuictissimi.

L. S.

Guntheri cancellarius uice erchanbaldi archicappellani notaui.

Digitized by Google

Data III NONAS Jvl. Jndictione XII. Anno dominice incarnationis MXIIII. Anno domni heinrici secundi regnantis XIII. imperii uero I. Actum Bavenberch.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Memoratum absque anno ap. Hund. metrop. I. Edit Monac. 304 ed. Rat. 202. et apud Hansiz germ. Sacr. I. 242.; novissime editum in Bar. de Hormayr Jahrbüchern XL. Anzeigsbl. 35. num. 18.

CCLXXXIII.

Anno 1014. potius, quam 1012. 1. Novemb. Merseburc.

Heinricus II. R. Imperator Ecclesiae Babenbergensi locum Eringesingun, in pago Kelescouue et in comitatu Ottonis comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus (diuina) fauente clementia romanorum Imperator augustus. Omnium Christi nostrique fidelium nouerit industria qualiter nos ob remedium animae et per interuentum nostrae dilectissimae coniugis Chunigundae imperatricis augustae quendam nostri iuris locum Eringesingun dictum in pago Kelescoue et in comitatu Ottonis comitis situm. sanctae Babenbergensi aecclesiae in honorem Beati Petri principis apostolorum. et sancti Georgii martiris constructae et consecratae. cum omnibus appendiciis scilicet terris cultis et incultis. uillis. uineis. agris. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. areis. edificiis. utriusque sexus mancipiis. exitibus. et reditibus. et cum omnibus utilitatibus quae uel scribi uel nominari possunt. summo et liberali deuotionis studio

Digitized by Google

in proprium concedimus et donamus. Ea uidelicet condicione. quatenus eiusdem supradictae sanctae Babenbergensis aecclesiae uenerabilis episcopus Eberhardus suique successores deinceps liberam exinde habeant potestatem tenendi. possidendi. et quic*quid* ad usum praedictae aecclesiae pertineat faciendi omnium *remoto* contradictionis obstaculo. Siquis igitur quod absit huius nostrae donationis munificentiam destruere praesumat. inextinguibili tormento in die iudicii luat. Quod ne fiat sed ut huius nostrae donationis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) inuictissimi romanorum Imperatoris.

L. S.

Cunterius cancellarius uice erkanbaldi archicappellani recognoui.

Data Kal. Nouembris Indictione III. Anno dominicae incarnationis Mill. XII. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XII. *imperantis* autem I.

Actum Merseburc feliciter amen.

a) Sigillum imperiale impressum illaesum.

b) Indictio et annus christi certo erronei; nec enim inter se nec cum annis regni aut imperii ullo modo conveniunt. Annus autem imperii cum ipso sigillo et titulo imperiali figunt annum chr. 1014., cui annus regni, ast iam ante 4 menses et 25 dies completus, respondet.

c) Edidit Ried. cod. dipl. Ratisb. I. 131. num. 139. denique Oesterreicher in d. geöff. Archiven III. Jahrg. I. B. 468. n. 15. 1. copiose autem extraxit Heyberger Ichnographia 105. correctis tamen notis chronologicis quasi ex alio instrumento, quale nunquam Archivum episcopale habuit.

d) Lacuna quaedam exesa ad finem ex contextu suppleta est.

Digitized by Google

CCLXXXIV.

Anno 1014. nobis, antiquis autem 1015. 29. Decembr. Pholide.

Heinricus II. R. Imperator Heinrico episcopo Wirceburgensi eiusque ecclesiae bannum super feras in quodam silvarum ambitu, terminis designato, iam antea possessum, confirmat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerint omnes christi fideles praesentes scilicet et futuri. qualiter nos ob interuentum dilectissimae coniugis nostrae imperatricis chunigundae. sanctae wirciburgensi aecclesiae pro fideli seruitute nostri fidelis Heinrici eiusdem scilicet sedis uenerandi pastoris. bannum nostrum super feras diuersi generis in siluis et subscripto ambitu quo etiam hugo eiusdem sedis episcopus et praecessor in eodem biuangio feras forestatas habuit. ex loco uidelicet hartbahc iusum (deorsum) per moyn usque dum charbahc cadit in moyn. et per aquam charbahc susum (sursum) usque uillam charbahc. et inde usque gruonuelt. et inde usque duodenbrunnon. inde prope uillam cellingun iusum (deorsum) iuxta eandem uillam ultra moyn. et inde susum (sursum) iuxta moyn per conterminales siluulas et lucos usque wirciburg. et inde per conterminales siluulas et lucos usque uuerinam prope uillam mulinhusum. et inde iusum (deorsum) usque dum werina cadit in moyn. concessimus et firmiter donauimus. Eo uidelicet tenore. quatinus praenominata sancta uuirciburgensis aecclesia et noster fidelis heinricus eiusdem aecclesiae prouisor. et in posterum quilibet suus successor. in feris praescripto ambitu forestandis. hanc pacem et securitatem de caeteris conterminalibus et circumsidentibus hac hora et deinceps nostra imperatoria traditione et concessu obtineat. qua haec eadem caeteraeque aecclesiae hactenus usi sunt. quae nostra praecessorumque nostrorum imperatorum uidelicet et re-

Digitized by Google

gum de huiusmodi forestandis siluis uel siluulis praecepta susceperunt. Et ut haec banni nostri concessio stabilis firma et inconuulsa permaneat. hoc praeceptum inde conscriptum sigilli nostri inpressione insigniri et confirmari iussimus. et hoc propriae manus subscriptione corroborauimus.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* romanorum Imperatoris Augusti inuictissimi.

L. S.

Gundharius cancellarius uice erchanbaldi archiepiscopi et archicapellani recognoui.

Data Anno dominicae incarnation s millessimo XV. regni uero domni heinrici imperatoris augusti XIII. imperii eius I. Indictione XII. IIII. Kal. Januarii. actum pholide feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum, attamen non imperatoris sed regis; nam inscriptio est: Heinrichus Dei gratia Rex; aliquae nihilominus in ipsa imagine a reliquis huius Heinrici sigillis differentiae observari possunt.

b) Annus Ch., hic more communi illum a 25. Decemb. incipiendi notatus, omnesque reliquae notae chronologicae respondent anno chr. 1014.

c) Ineditum, memoratum tamen a Frisio apud Ludewig Gesch. v. W, 457.

d) De sensu vocabulorum: iusum, susum, conferatur Ekkardus IV. de casibus S. Galli in Tom. II. Monum. Germ. hist. 103. et in Gerberti Tom. II. de cantu et musica sacra. 53. et 58.

Digitized by Google

CCLXXXV.

Anno 1015. 17. April. Merseburc.

Heinricus II. R. Imperator Ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, loca Suarzinvelt et Weilindorf, in pago Nortgowa et in comitatu Heinrici comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Si uenerabilia aecclesiarum dei loca alicuius doni commodo ditare siue meliorare studuerimus nobis id regnique nostri statui proficere minime dubitamus. Quapropter omnium Christi nostrorumque fidelium nouerit uniuers tas qualiter nos pro remedio animae nostrae parentumque nostrorum babenbergensi aecclesiae quam in episcopatus sedem sub honore beatae dei genitricis mariae sanctiqve Petri apostolorum principis ex nostra hereditate sublimando prouexímus. interuentv et petitione Eberhardi. eiusdem aecclesiae venerabilis praesulis Quedam nostrae proprietatis loca. nomine Suarzinvelt. weilindorf. In pago. Nortgowa. et in comitatu Heinrici comitis. Cum omnibus pertinentiis eorum. terris. cultis et incultis mancipiis utriusque sexus aedificiis. areis. siluis. uenationibus. aquis aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. pascuis. bratis. (pratis) exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis ceterisque omnibus quae quolibet modo nominari possunt utilitatibus *Suarzinvelt* pertinentibus per hanc nostram praeceptalem paginam concedimus atque largimur. et de nostro jure ac dominio in eius ius atque dominium transfundimus. Ea videlicet racione ut idem iam dictus Eberhardus suique successores dehinc liberam babeant potestatem ad usum *ecclesiae* Babinperc quicquid eis libverit faciendvm omnium hominum regni nostri contradictione remota. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas per futuras suc-

Digitized by Google

cessiones temporum stabilis et inconuulsa permaneat hanc nostri praecepti paginam manu propria corroborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Guntherius cancellarius ad uicem erchanbaldi archic*appellani* recognoui.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) serenissimi atque inuictissimi romanorum imperatoris augusti.

L. S.

Data XV. Kal. Maii Ao. dom. incarn. MXV. Indict. XIIII. anno vero domni Heinrici *secundi* regnantis XIIII. Imperii autem ipsius secundo.

Actum Merseburc Feliciter.

a) Sigillum imperiale impressum, illaesum.

b) Indictio abundat unitate loco XIII.; annus regni duobus mensibus et 11 diebus anticipatur; annus imperii currens respondet anno chr. notato 1015. Huic anno favet etiam locus Merseburg, ubi an. 1015. imperator pascha celebravit ex Ditmaro.

c) Edidit Ried. in Cod. dipl. Rat. I. 132 num. 140. dein Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 469. n. 16. copiose extraxit Heyberger in Ichnographia 107. absque necessitate ad an. 1016.

d) Paucae lacunae locorum exesorum ex libro copiali suppletae sunt.

Digitized by Google

CCLXXXVI.

Anno 1015. 5. Julii. Radisbonae.

Heinricus II. R. Imperator Popponi, praeposito ecclesiae Babenbergensis, XXX. regales mansos in loco Godtinesfeld, in pago Osterriche, in comitatu Heinrici comitis, donat, ad usum canonicorum eiusdem ecclesiae.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Quocienscumque uenerabilibus personis diuino mancipatis obsequio pro ecclesiastica utilitate rationabilia querentibus facilem praebemus assensum debitum pro indebito reddimus filargitori sua non denegemus Ideo nouerit uniuersitas fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum qualiter domnus poppo sanctae babenbergensis aecclesiae praepositus nuper constitutus nostram clementiam adiit deuote supplicando quatinus eadem aecclesia inprimitus ministerii sui nostrae benignitatis aliquod reciperet emolumentum Nos autem quia eum humilem ad obaedientiam et ad iniunctum ministerium bonam habentem gratiam cognouimus ad quod benignitas nostrae mentis semper prona extitit etiam respectus sue deuocionis benigniorem effecit ut gratuito iam petita concederemus et inantea de nobis maiora sperandi solatium exhiberemus Quapropter praedictae aecclesiae ad seruicium confratrum ibi sub canonica institutione deseruientium XXX. regales mansos nostrae proprietatis in loco qui dicitur godtinesfeld in pago osterriche in comitatu Heinrici comitis cum omnibus appendiciis eius uidelicet seruis ancillis areis terris cultis et incultis molis molendinis aquis aquarumque decursibus pascuis siluis uenationibus viis inuiis exitibus et reditibus et omnino cunctis utensilibus quae uel scribi uel quoquo modo nominari possunt. de nostro iure in eorum ius tradimus. ea ratione quatinus idem dilectus noster poppo praepositus et sui in perpetuum successores

Digitized by Google

liberam potestatem habeant augmentandi conmutandi et ad usum et utilitatem fratrum quoquomodo redigendi. Et ut haec nostra traditio firma et inconuulsa permaneat hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes sigilli nostri inpreşsione *iussimus* insigniri.

Signum domni Heinrici romanorum Imperatoris inuictissimi *(Monogramma)*.

L. S.

Guntherius cancellarius uice erkanbaldi archicapellani recognoui.

Anno dom. incarnationis MXV. anno vero domno heinrico secundo regnante XIIII. imperii II. indictione XIII. Data III. Non. Julii. Actum Radisbone Feliciter amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Edidit Schuberth. Nachträge p. 109. Num 14. et copiose extraxit Heyberger in Ichnographia 106.

CCLXXXVII.

Anno 1016. 18. Maii. Mersevelt.

Heinricus II. R. Imperator Babenbergensi ecclesiae praedium Ostheim, in pago Wedereiba, in comitatu Ottonis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Quicquid sanctae dei aecclesiae pia deuotione offerimus nobis in posterum cum ipsius adiutorio reseruabimus profuturum. Quapropter uniuersitati fidelium nostrorum tam presentium quam

Digitized by Google

futurorum patere uolumus. qualiter nos pro remedio animae nostrae et dilectissimae coniugis nostrae cunigundae atque omnium parentum quorum commemorationi debitores existimus. sanctae babenbergensi aecclesiae in honore dei sanctique petri principis apostolorum constructae predium quoddam nostrae proprietatis tradimus. Ostheim dictum in pago Wedereiba in comitatu Ottonis situm. cum omnibus appertinentiis. quae nominari possunt. siluis. pascuis. pratis. campis. aquis. uineis. mancipiis utriusque sexus. molis. molendinis. ceterisque utensilibus tam quesitis quam inquirendis. Ea ratione vt ad eandem aecclesiam amodo tocius seruitutis debito proprietario iure quicquid ibi habemus pertingat. Et ut haec nostrae tradicionis auctoritas per successiones temporum stabilis et inconuulsa permaneat. hanc imperialis precepti paginam inde conscribi ac manu propria confirmantes sigillo nostro precepimus insigniri.

Signum domni Heinrici romanorum inuictissimi (*Monogramma*) Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius cancellarius uice ercanbaldi archicappellani recognoui.

Data XV. Kal. Junii Indictione XIIII. Anno dominicae incarnationis MXVI. anno uero domni heinrici secundi regnantis XIIII. Imperii autem III.

Actum Mersevelt.

a) Sigillum impresum illaesum.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Ineditum, copiose autem extractum in Heybergeri Ichnographia 108, cum declaratione pagi Wedereiba, sive Wetteravia, memorato desuper J. Georgio Estor elect. Jur. publ. Hassiae. pag. 43. cap. III.

Digitized by Google

CCLXXXVIII.

Anno 1016 potius, quam 1017. 11. Octobr. Franchonefurt.

Heinricus II. R. imperator episcopatui Babenbergensi a se fundato, abbatiam Teggingen, in Rhaetia, in comitatu Sigehardi comitis, tradit ac subiicit, simul tamen locum ipsum, abbatiam Teggingen, liberum esse decernit, advocatiam quoque illius instituens, iura advocati determinat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Redemptoris nostri salutaris doctrina nos admonet. ut thesauros nostros reponamus in caelo. ubi non timetur nec fur. nec tinea. nec erugo. S. Paulus affirmat haec esse in futuro metenda. quae in hoc mundo fuerint seminata. Quapropter omnibus Christi nostrique fidelibus innotescat. quia cum haberent parentes nostri abbatiam in Rhecia in comitatu Sigehardi comitis Teggingen dictam. in honore domni et beatissimi Martini constructam. nos ipsam abbatiam hereditario iure nobis propriam. tam pro eiusdem sanctissimi confessoris amore quam nostra ac eorundem parentum nostrorum perpetua salute. praediorum largitione ditare curauimus. eamque nostro babenbergensi episcopatui in honore beati Petri apostoli sanctique Georgii martyris constructo. imperiali munificentia contradidimus. quatinus uni familiare preberet obsequium. nec alteri deesset piae defensionis maternale solatium. Dedimus autem ipsum locum praefatae aecclesiae cum omni legalitate ad eundem locum pertinente. uidelicet utriusque sexus mancipiis. aecclesiis. edificiis. areis. exitibus et reditibus. agris cultis et incultis. quaesitis et inquirendis. pratis. pascuis. uiis et inuiis. aquis. aquarumque decursibus. molis. molendinis. rebus mobilibus uel immobilibus. et cum omnibus uel quae in

Digitized by Google

hoc tempore habet. uel postmodum habiturus est. Porro locum ipsum ab omni oppressione liberum fore censemus. statuentes. ut quascunque possessiones. quaecunque praedia vel a parentibus nostris. vel a nobis. aut a quocunque hominum iuste ac legaliter sint vel fuerint eidem loco delegata. sine omni grauamine. sine molestia. sine inquietudine seruientes inibi deo possideant. Sane aduocatiam supradicti loci sub tali conditione instituimus. ut aduocatus per semetipsum eam sine subaduocato administret. placitum uero cum colonis bis in anno. hoc est ante festum sancti Michahelis et ante quadragesimam habeat. et tunc detur ei seruitium duo modii tritici. modius siliginis. porcus inductilis. porcus lateralis. et porcellus. VI. casei. centum ova. VIII. pulli gallorum. urna uini vel medonis. et urna constet ex XXX. pecariis. duae urnae ceruisiae. duo acerui auenae. modius auenae vel ordei. Haec iusticia aduocati. Precipiendo itaque iubemus. ut nullus archiepiscopus. episcopus. dux. marchio. comes. nulla denique magna paruaque persona hanc nostrae institutionis auctoritatem aliquo conatu infringere praesumat. Siquis autem temerariae (temere) contra hanc uenire praesumpserit. se ipse coram summo iudice dampnabit. et iram sibi in die furoris domni thesaurizabit. De quarum rerum ueritate ut per succedentia tempora nullus reddatur ambiguus. hoc imperiale preceptum inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) inuictissimi romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice Erkanbaldi archicapellani recognoui.

Data V. Idus Octobris. Indictione XV. Anno dominicae Incarnationis MXVII. Anno uero domni Heinrici secundi. Regnantis XV. Imperantis autem III. Actum Franchonefurt feliciter. Amen.

a) Sigilli impressi adhaeret quidem massa a parte exteriori fere tota, sed a parte interiori sic detrita, destructa, et quoad maximam orae

partem deperdita, ut vestigium aliquod imaginis vix agnoscendum, inscriptionis autem nullum omnino appareat.

b) Indictio, caesarea dicta, annusque regni ac imperii, uterque currens, respondent anno chr. 1016, cui anno, licet in instrumento legatur 1017, favere illud videtur, quod ex Ditmaro hoc anno tempore notato in partibus Rheni, sequenti vero anno 1017. Merseburgi in Saxonia fuerit imperator.

c) Editum a Schuberth Nachträge 94. num. 7. et copiose extractum ab Heyberger in Ichnographia 113. et sq. memoratum etiam ab Ussermann in Episcop. Bamb. hist. p. 5., ubi provocat ad cod. Probat. quasi impressum, sed in eius cod. prob. non invenitur.

d) Locus Teggingen Ecclesiae Babenberg. iam donatus fuit 1. Nov. 1007, sed absque abbatia.

CCLXXXIX.

Anno 1017. 28. April. Ingelenheim.

Heinricus II. R. imperator episcopatui Babenbergensi, a se fundato, loca Siukınriut, Retsiz, Tenindorf, Zigovtilinlant et Zihullisteti, in pago Nortgowe et in comitatu Heinrici sita, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus. ac nostris praesentibus scilicet atque futuris. qualiter nos diuina auctorante clementia ob remedium animae nostrae parentumque nostrorum quendam nostrae paternae hereditatis locum Babenperc. dictvm. In sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. Atque ad eandem episcopalem sedem quaedam nostrae proprietatis loca. dicta. Siukinriut et retsiz Inferior. quod propior Nivvnburg ha-

Digitized by Google

betur. Tenindorf. Zigovtilinlant. Zihullissteti. sita In pago nortgowe. et In comitatu heinrici. hac nostrae auctoritatis praeceptali pagina In proprium donando tradidimus. Cum omnibus pertinentiis siue adherentiis eorum. Areis. aedificiis. Terris. cultis et incultis. quesitis uel inquirendis. viis et inuiis. exitibus et reditibus. pratis. pascuis. conpascuis. uel apum pascuis. siluis. piscationibus. aquis aquarumue decursibus. molis. Molendinis. et omnibus quae quolibet modo utilitatibus scribi uel appellari possunt. Ea uidelicet racione ut in deo nobis dilectvs eiusdem sedis episcopus Eberhardus suique successores liberam dehinc habeant potestatem. de eisdem supra nominatis locis tenendi. possidendi. commutandi. uel quicquid sibi libeat in usum episcopatus modis omnibus inde faciendi. Et ut haec nostrae auctoritatis traditio stabilis et inconuulsa permaneat hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri Inpressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici Inuictissimi *(Monogramma)* romanorum Imperatoris augusti.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice ercanbaldi archicappellani notaui.

Data IIII. Kal. Maii. Indictione XII. Anno dominicae Incarnationis MXVII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis XVI. Imperii vero III. Actum Ingeleheim.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio errore calami posita est pro XV. Annus regni uno mense ac 8 diebus anticipatus, aut ab obitu Ottonis III. inceptus, nunc currens, annus vero imperii ante duos menses et 14 dies completus respondent anno chr. notato 1017, cui potissimum favet locus peracti negotii, nam ex Ditmaro h. a. imperator festa paschalia, 21—28. April. Ingelenheim celebravit. Notandum insuper

in alio instrumento eiusdem anni et diei recte annum imperii IIII. notatum esse.

c) Copiose extractum apud Heyberger Ichnographia 111.; editum autem ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. *I. B.* 472. n. 18.

CCLXXXX.

Anno 1017. 28. April. Ingelenheim.

Heinricus II. R. imperator Episcopatui Babenbergensi, a se fundato, praedium Vfchiricha, de Ratpotone lege iudiciali camerae suae acquisitum, in comitatu Arnoldi situm donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus dei gratia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium fidelium nostrorum tam praesens aetas quam et successura posteritas. Qualiter nos diuina auctorante clementia quendam nostrae paternia. hereditatis locum. nomine babenberc. Cum consensu et petitione dilectissimae conjugis nostrae Chunigundae uidelicet Imperaterce In sedem et culmen episcopatus sublimando proueximus. atque ad eandem episcopalem sedem dilectissimo nobis in deo praesuli Eherhardo. Quoddam nostri iuris praedium nomine vfchiricha. De ratpotone lege iudiciali ad nostram cameram acquisitum. de nostro iure atque dominio. In suum et aecclesiae suae ius atque dominium. Hac nostra praeceptali pagina proprietando transfundimus. situm In pago et In comitatu Arnoldi. Cum omnibus pertinentiis eius siue adherentiis. Areis. edificiis. Aecclesia cum decimis ad eam pertinentibus. Terris cultis. et incultis. quesitis uel inquirendis. viis et inuiis. exitibus et reditibus. pratis. pascuis. conpascuis. siluis. piscationibus. aquis aquarumue decursibus molis. molendinis. ac ceteris omnibus mobilibus et im-

Digitized by Google

mobilibus. quae quolibet modo utilitatibus uel scribi uel appellari possunt. Ea uidelicet racione ut idem supra nominatus episcopus Eberhardus suique successores liberam dehinc habeant potestatem de eodem praedio tenendi. possidendi. commutandi seu quicquid illis libeat modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Et ut haec nostrae traditionis Auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat Hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes Sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* Inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice erchanbaldi archicappellani notaui.

Actum Ingeleheim.

Data IIII. Kal. Maii. Indictione XII. Anno dominicae Incarnationis MXVII. Anno uero domni heinrici secundi regnantis XVI. Imperii IIII.

a) Sigillum impressum periit, remanente loco illius macula cerae sive massae sigilli circa foramen crucis decussatae et in membrana superincumbente.

b) Indictio errore calami posita est loco XVtae forsitan lecto V. pro II. Annus regni aut uno mense ac 8 diebus anticipatus, aut ab obitu Ottonis III. inceptus, ac annus imperii currens respondent anno chr. notato 1017, cui etiam favet locus peracti negotii, nam ex Ditmaro h. a. imperator festa paschalia 21 — 28. April. Ingelenheim celebravit

c) Editum ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 471. n. 17, copiose etiam extractum in Heybergeri Ichnographia 110 sq.

d) Nomen pagi omissum est, relicto illi spatio vacuo.

Digitized by Google

CCLXXXXI.

Anno 1018. potius, quam 1015. 5. Febr. Francovorde.

Heinricus II. R. imperator, acquisitis per concambium ab Arnoldo Hersfeldensi abbate quatuor curtibus, Rodheim, Wallibehusen, Weritha, Vufordi, vicissim eidem abbatiae tradit praedia tria, quae sequuntur: Vuunifredun, in comitatu Hemizonis comitis, Lutfrideshusen, in pago Vuestergowe, in comitatu eiusdem Hemizonis, Globoco, in pago Hassegouue, in comitatu Burkardi comitis.

(*Chrismon.*) In Nomine sanctae et indiuidue trinitatis Heinricus Diuina fauente Clementia Romanornm Imperator Augustus. Omnium sanctae dei ecclesiae nostrorumque fidelium praesentium scilicet et futurorum uniuersitati notum esse uolumus *qualiter nos pro* remedio animae nostrae utriusque ecclesiae babenbergensis scilicet *atque Hersfeldensis com*moda considerantes quatuor curtes Rodeheim vuallibehusen. Vueritha. Vufordi cum mancipiis utriusque sexus *cum omni decimatione* cum terris cultis et incultis siluil uenationibus *aquis aquarum decursibus* piscationibus molendinis pratis pascuis exitibus et reditibus uiis et inuiis quesitis et inquirendis. seu cvm omnibus quae quomodocumque *nominari possunt* utilitatibus ad praescripta praedia pertinent*ibus hersueldensi abbatie* (ab hersfeldensi abbatia) *conlau*datione Arnoldi eiusdem ecclesiae uenerandi Abbatis et sui aduocati Bernhardi necnon monachorum militumque suorum *consensu per* concambium acquisiuimus ac ei contra tale praedium *cum mancipiis utriusque sexus et* cum ceteris omnibus eius pertinentiis quale Siefridus filius. Siefridi *nobis in* Vuunifredun dedit. sitvm in comitatu Hemizonis *comitis* et tale quale alter Siefriedus nobis

Digitized by Google

in Lutfrideshusen *cum servis et ancillis ceterisque* eius pertinentiis situm in pago Vuestergowe *in comitatu vero eiusdem* Hemizonis contulit et tale etiam praedium quale in Globoco habere uid*emur situm in pago Hassegouue in comitatu vero burkardi comitis* cum omnibus eorum pertinentiis *per hoc nostrum imperiale praeceptum concedimus atque largimur* et de nostro iure et dominio in eius *ius ac* dominium transfund*imus ea videlicet ratione ut iam dictus Arnoldus* Hersueldensis abbas *suique successores de praenominatis praediis eorumque pertinentis liberam habeant* ad usus eiusdem ecclesiae *faciendi* potestatem. *Et ut haec nostrae donationis* auctoritas stabilis et inconvulsa omni permaneat tempore hoc imperiale praeceptum inde conscriptum manu propria confirmantes sigilli nostri impressione praecepimus insigniri.

Signum *domni Heinrici* (*Monogramma*) *inuictissimi* Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius Cancellarius uice erchanbaldi archicapellani notavit.

Data Nonas (Nonis) Februarij Indictione xij. Anno dominice incarnationis M.xv. Anno domni Heinrici secundi regnantis xvi. Imperii uero iiij. Actum Francovorde. Feliciter.

a) Sigilli fracti impressi maior pars adhaeret chartae, alia pars adiacet, paucis fragmentis deperditis; in residuis tamen partibus tota imperatoris imago cum integra fere inscriptione optimâ caelaturâ exhibetur.

b) Indictio et annus chr., prout notantur, fallunt; annus tamen regni et annus imperii, uterque currens, anno chr. 1018. respondent, cui locus, ubi negotium peractum scribitur, non obstat; in his enim locis tunc imperator degebat vg. Moguntiae 30. Januarii iterumque mense martio. vid. Ditmarus et diplomata Moguntiae data h. a.

Digitized by Google

c) Edidit Schultes: hist. Schriften II. 338. haud dubio ex copia sive diplomatario babenbergensi: diversas enim non raro affert lectiones.

d) Instrumentum originale praeter fractum sigillum superius *memoratum* etiam in contextu multis lacunis locisque nimium *detritis* refertum conspicitur, quod litteris cursivis indicatum est. Lacunae, ex copia saeculi XV. expletae sunt.

CCLXXXXII.

Anno 1018. 8. Februar. Mogontiae.

Heinricus II. R. imperator Canonicis in coenobio S. Petri sanctique Georii Babenbergae degentibus donat praedium in Winiheringun, in pago Hisiniggouue et in comitatu Chadalhohi comitis, cum locis, Antisna et Wovlinbah, quae ipse concambio acquisivit a Benedicto VIII. pontifice, tradito Romanae ecclesiae praedio Terma, in ducatu Spoletano et in comitatu Narnensi sito.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium sanctae dei aecclesiae fidelium. tam praesens aetas. quam et successura posteritas. qualiter nos apostolici patris ordinatorisque nostri Benedicti peticione in ipsa ordinationis nostrae die. quoddam concambium apud suam sanctam romanam aecclesiam pari consilio utrobique conlaudauimus. Donantes igitur sanctae praefatae aecclesiae in honore apostolorum petri et pauli constructae. quoddam nostri iuris praedium Terma dictum. in ducatu spoletano. et in comitatu narnensi situm. contra tale praedium. quale sanctus petrus habuit in loco Winiheringun. dicto

Digitized by Google

in pago hisiniggouue. et in comitatu Chadalhohi comitis. cum his locis Antisna. et Wovlinbah dictis. et cum omnibus eorum pertinentiis. et utilitatibus Eo uidelicet commutationis tenore. quatinus idem praescriptus sancti petri uicarius. eiusque successores idem predium Terma dictum habeant. teneant. et ad usum sanctae romanae aecclesiae firmiter possideant. De contra uero datis prediis Winiheringvn. Antisna. et Wolinbah. se ulterius non intromittant. Igitur fidelium nostrorum communi consensu firmato concambio. nouerit omnium dei fidelium uniuersitas. qualiter tam pro senioris et antecessoris nostri Ottonis tercii imperatoris. quam pro nostro parentumque nostrorum remedio. eadem sepe dicta loca. ad stipendium canonicorum in caenobio sancti petri sanctique georii degentium. per hanc imperialem nostrae traditionis paginam concedimus. donamus. atque proprietamus. cum omnibus eorum pertinentiis. et utilitatibus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut neque imperator neque dux neque episcopus neque comes neque magna vel parua persona caros in Christo babenbergenses fratres nostros in praefatis prediis inquietare molestare disuestire siue eadem loca commutare. nisi communi fratrum consilio presumat. Si quis uero hanc nostrae donationis paginam uiolare quod absit presumat. cum iuda traditore indigestibilis buccellae gustum sumat. Quod ne fiat sed haec tradicio nostra stabilis et inconuulsa permaneat. hanc cartam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici romanorum (*Monogramma*) inuictissimi Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius cancellarius uice ercanbaldi archicappellani recognovit.

Data VI. Id. Februarii. Indict. I. Anno dominicae incarnationis Mill.XVIII. Anno vero domni heinrici secundi regnantis XVII. Imperii autem III.

Actum Mogonciae. feliciter feliciter feliciter. Amen.

Digitized by Google

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Annus regni tribus mensibus et 29 diebus anticipatus sive potius ab obitu Ottonis tertii inceptus, ac reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum a Schubert Nachträge zum hist. Versuch. pag. 111. num. 15. Ussermann Episcop. Bamberg. Cod. Prob. 26. num. 23. Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jah. I. B. 499. n. II Copiose etiam extractum ab Heyberger in Ichnographia 115 sq.

d) Conferendum cum alio exemplari edito a Nagel in Notitiis: Origines domus boicae et laudatis ibid. p. 278—283, quod tamen speciale instrumentum est super Antisina.

CCLXXXXIII.

Anno 1018. 8. Februar. Mogontiae.

Heinricus II. R. imperator canonicis coenobii cathedralis ecclesie Babenbergensis donat praedium in Antisina, in comitatu Arnolfi comitis, quod ipse concambio acquisit a Benedicto VIII. pontifice, tradito Romanae ecclesiae praedio Terma, in ducatu Spoletano et in comitatu Narnensi sito.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente Clementia romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium sanctae dei aecclesiae nostrique fidelium tam praesens aetas quam successura posteritas. qualiter nos apostolici patris ordinatorisque nostri Benedicti peticione in ipsa ordinationis nostrae die quoddam concambium apud suam sanctam romanam aecclesiam pari consilio utrobique collaudauimus. Donantes igitur sanctae praefatae aecclesiae in honore apostolorum Petri et Pavli constructae quoddam nostri iuris praedium Terma dictum.

Digitized by Google

in ducatu spoletano. et in Comitatu narnensi situm. contra tale predium quale sanctus Petrus habuit in loco Antisina dicto. in pago et in comitatu Arnolfi comitis. cum omnibus eius pertinentiis. videlicet seruis. et ancillis. terris cultis et incultis. campis. siluis. uenationibus. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molendinis. pascuis. uiis. inuiis. exitibus et reditibus. quaesitis uel inquirendis rebus mobilibus et immobilibus et omnibus quae quoquo modo iure nominari aut scribi possunt utilitatibus. eo videlicet tenore commutationis. quatinus idem praescriptus sancti Petri uicarius. eiusque successores. idem praedium Terma dictum habeant. teneant. et ad usum sanctae romanae aecclesiae firmiter possideant. De contra uero dato predio Antisina et eius pertinentiis se ulterius non intermittant (intromittant). Igitur fidelium nostrorum communi consensu. firmato concambio. nouerit omnium dei nostrique fidelium uniuersitas. qualiter tam pro senioris et antecessoris nostri Ottonis scilicet tercii imperatoris. quam pro nostro parentumque nostrorum. remedio. eundem sepe dictum locum. ad stipendium canonicorum in coenobio sancti Petri. sanctique Georgii. Babenberc degentium per hanc imperialem nostrae traditionis paginam concedimus. donamus. atque proprietamus. cum omnibus eius pertinentiis et utilitatibus omnium contradictione remota. Precipientes igitur ut neque imperator. neque dux. neque episcopus neque comes. neque magna uel parua persona. Caros in Christo Babenbergenses fratres nostros in praefato predio. inquietare. molestare. disuestire. siue eundem locum commutare nisi communi fratrum consilio praesumat. Siquis uero hanc nostrae dominationis paginam uiolare quod absit presumat. Cum iuda traditore indigestibilis buccellae gustum sumat. Atque tormento inextinguibili poenas perpetualiter luat. Quod ne fiat. sed haec nostra traditio stabilis et inconuulsa nunc et in futurum permaneat. hanc paginam inde conscriptam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum Domni Heinrici romanorum inuictissimi *(Monogramma)* imperatoris Augusti.

L. S.

Digitized by Google

Guntherius Cancellarius uice ercanbaldi archicappellani recognouit.

Data Indictione I. Anno dominicae incarnationis Mill. xviii. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis xvij. Imperii autem iiij. Actum

a) Sigillum impressum et bene expressum illaesum.

b) Dies ac mensis non sunt expressi, neque locus peracti negotii notatus est. Ast cum in omnibus hoc instrumentum respondeat alteri eiusdem tenoris dato VI. Idus Febr. cum clausula: actum Mogontiae, idem dies idemque locus illi tribuendus erit. Anno quidem chr. notato 1018 convenit indictio et annus imperii, immo etiam regni ab obitu Ottonis tertii inceptus.

c) Edidit Nagel in Notitiis: Origines domus boicis cum notis pag. 278—283., et quidem ex originali, ut ipse fatetur p. 278. et innuit delineato sigillo ex adverso tituli exhibito. Ipsum etiam instrumentum originale post auctoris obitum inter Manuscripta eius inventum atque ad archivum regium monacense transmissum fuit an. 1812. Edidit etiam Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 501. n. III.

d) Revera prima charta videtur esse super concambio praedicto, sed instrumento speciali unum ex tribus praediis exhibens, nimirum Antisina iacens in comitatu Arnolfi, cum alterum praedium, et quidem principale Winiheringun iaceret in comitatu Chadalhohi. Super tertio quoque praedio nimirum Woulinbah pariforme instrumentum produxit Schuberth, Nachträge zum historischen Versuche pag. 113. num. 16. et subiunxit principali instrumento omnia tria praedia simul ad unum Winiheringun pertinentia continenti, a quo non differt nisi quod nomen pagi et nomen comitis relicto illis spatio, cum locis Winiheringen et Antisina, omiserit, maledictionis tamen ultimam partem cum instrumento super Antisina communem habet. Tertium istud instrumentum, sive singulare super Woulinbach edidit etiam Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 503. n. IV.

e) Nomen pagi ommissum est relicto illi spatio vacuo.

Digitized by Google

CCLXXXXIV.

Anno 1018. potius, quam 1015. 8. Maii. Francouorde.

Heinricus II. R. imperator monasterio montis angelorum Babenbergae, a se constructo et dotato, plura praedia illuc collata, nominibus expressa, corroborat, indicatis etiam pagis et comitibus pagensibus, v. g. Vuedereiba in comitatu Bruningi comitis etc.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Duo sunt quibus sancta dei aeclesia specialiter regitur. Imperialis potestas. et pontificalis auctoritas. Hac igitur auctoritate nouerit omnium dei nostrorumque fidelium uniuersitas. qualiter fidelissimus noster Eberardus. sacrae babenbergensis aecclesie primus episcopus. et Rado montis angelorum primus abbas. nostram imperialem potestatem adierunt. attentissime deprecantes. ut predia ad monasterium. S. Michahelis archangeli. quod nos in praedicto babenbergensi monte construximus. a nobis liberaliter collata per nostra quoque imperialia corroborarentur praecepta. Quorum uidelicet nomina hic subscripta sunt. In pago Vuedereiba. in comitatu Bruningi comitis. Buodenesheim. Vuanebach. In pago Logenahi. in comitatu Gerlai. Lantsuuindenhuson. Gundissa. Roda. In pago Cuningessundra. in comitatu Reginardi. Shertistein. In banzgovue. in comitatu Gebeardi comitis Radolfesdorf. In Radanzgovue in comitatu Adalberti. Ezzilinchircha. In Gollogovue in comitatu Gumperti. Vuallibehuson et Rodeheim. In vueringouue. vuerda. In volcuelde vufordi. In Badengouue Budenbrunnon. Horum radolfesdorf. et ezzilinchircha. a fuldensi abbacia. rodeheim uero vualibehuson. vuerda et vufordi. ab Heresueldensi. legitimo et sufficienti concambio acquisiuimus. cum omni iusticia qua praefatae aecclesiae ea possidebant. cum decimis uidelicet et

Digitized by Google

omnibus eorundem pertinentiis. humanis usibus quoquo modo oportunis. Nos igitur praefato monasterio nostro in futurum consulentes. hec eadem donaria nostra more regum atque imperatorum plenissime confirmauimus. Fratribus uero ibidem deo seruientibus regulariter sibi eligendi abbatem liberam dedimus potestatem. Et ut haec nostrae confirmationis pagina omni aeuo firma et inconuulsa permaneat. manu propria corroborantes. sigilli et imaginis nostrae impressione. eandem subterbullari iussimus.

Signum Domni Heinrici Romanorum Imperatoris (*Monogramma*) Augusti.

Guntherius Cancellarius uice Erchinbaldi Archicapellani notauit.

Data. VIII. Idus Maii. Anno dominicae Incarnationis. M XV. Indictione xij. Anno domni Heinrici secundi regnantis. xvj. Imperij vero iiij. Actum Francouorde. feliciter Amen.

a) Bulla plumbea appendet ex segmento coriaceo ad extremam chartae oram.

b) Monogramma completum et subscriptiones cancellarii ac archicapellani primum latus inferius occupant, alterum e regione istorum notae chronologicae et locus acti negotii. In notis tamen chronologicis hic repetitur iam aliquoties observata confusio, quod inter se nullatenus conveniant; nam indictio XII. quadraret anno Ch. 1014, annus regni anno chr. 1018 et annus imperii anno Chr. 1017. Cum vero annus imperii ante tres menses completus coincidat cum anno regni currente, hinc standum erit in anno Chr. 1018, maxime quod hoc instrumentum ad aliud eiusdem anni 6. Febr. se referat.

c) Editum a Spiess Aufklärung 218. et ab Ussermann Hist. Episcop. Bamb. Cod. prob. 24. num. 21.

Digitized by Google

CCLXXXXV.

Anno 1018. potius, quam 1015. 11. Maii. Wormatiae.

Heinricus II. R. imperator, facto cum Boppone fuldensi abbate concambio, ab eo duas curtes Radolfestorf et Ezzilinkirchen et villas cum ecclesiis earum recepit, quas monasterio S. Michahelis Babenbergae, a se constructo, donavit; vicissim abbatiae fuldensi suae proprietatis curtes, Vuaraha et Bereschiez, cum earum ecclesiis et pertinentiis, tradidit.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Omnium fidelium nostrorum praesentium scilicet ac futurorum uniuersitati pateat. qualiter nobis quoddam concambium cum Boppone fuldensi abbate facere placuit. consensu ac collaudatione Bernhardi aduocati sui. nec non monachorum. militumque suorum. accipientes ab eo duas curtes. Radolfestorf et Ezzilinkirchen. et villas earum in quibus site sunt. cum omnibus pertinentiis suis. duabus videlicet baptismalibus ecclesiis. et hominibus praedictas uillas inhabitantibus. ac diuina a sacerdote qui deo ibidem seruit accipientibus. debitamque ei justiciam persoluentibus. ceteris quoque uillis ad ipsas curtes pertinentibus cum decimis. utriusque sexus mancipiis. agris. campis. pratis. pascuis. siluis. uenationibus. aquis. aquarum decursibus. molendinis. piscationibus uiis uel inuiis. exitibus et reditibus. cultis et incultis. quesitis et inquirendis. siue cum omnibus que quolibet modo dici uel nominari possunt utilitatibus. Predictas ergo curtes uel curtimarchias. cum his que praescripta sunt. monasterio sancti Michahelis. quod nos in monte bavenbergensi construximus. nostra imperiali donatione contulimus. Econtra praedicto abbati sueque fuldensi abbatie. duas similiter nostre proprietatis curtes. quarum una vua-

raha. altera uero Bereschicz nuncupatur. cum cunctis earum pertinentiis. et uniuersis utilitatibus que quolibet modo dici uel nominari possunt. ecclesiis quoque et earum iusticiis. per nostram imperialem munificentiam donauimus. et de nostro jure ac dominio. in eius ius et dominium plenarie tradidimus. vt uero nostro bavenbergensi monasterio. hec nostra imperialis donatio stabilis et inconuulsa omni permaneat tempore. hoc nostre liberalitatis priuilegium manu propria corroborantes. Sigilli nostri inpressione iussimus insigniri.

Data v. Idus Maj. Anno dominice Incarnationis m.xv. Indictione xij. Anno domni Heinrici secundi. xvi. Imperij. iiij. Actum et confirmatum Warmatie.

Signum Domni Heinrici Romanorum *(Monogramma)* Imperator augusti.

Gunterius Cancellarius uice Erchanbaldi archicapellani notauit. Feliciter Amen.

L. S.

a) Sigilli ad infimam marginem, intervallo post subscriptionem cancellarii, praeter morem impressi non restat, nisi massa quaedam modica materiae interna et pars maxima eiusdem massae exterior, sigillo penitus destructo vel avulso.

b) Notae chronologicae, contextui immediate subiunctae, miro quodam modo inter se discrepant, ita, ut indictio annum Chr. 1014, contextus annum Chr. 1015, annus imperii annum Chr. 1017 et annus regni annum chr. 1018 indicent. Cum vero annus imperii saltem completus ante 3 menses et 4 dies coincidat cum anno regni currente, standum erit in anno 1018, maxime, quod hoc instrumentum nominetur confirmatorium et ad aliud eiusdem anni 5. Febr. se referat. Ex quo etiam solvi poterit quaedam difficultas inde orta, quod Schannat in tradit. fuld. p. 246. num. 596. alias eiusdem concambii litteras ex autographo fuldensi afferat, eodem die 11. Maii anno 1015, sed diverso loco, nimirum

Digitized by Google

Chufunga inscriptas, diversis etiam annis regni et imperii, qui tamen recte pro anno 1015 supputantur; nam in fuldensi instrumento nulla fit mentio monasterii Scti. Michahelis babenb., quod instrumentum alteri huius ultimi monasterii instrumento pluribus annis praecedere potuit, cum praecedere necessario debuit, ut donatio rerum concambio acquisitarum locum haberet.

c) Editum a Schannat in Vindem. litter. I. 41. num. 1. Transsumtum eius extat in libr. cop. S. Michaelis circ. 1515. conscripto Tom. IV.

CCLXXXXVI.

Anno 1018. potius, quam 1017. (inter 12 — 14. Maii.) Aquisgrani.

Heinricus II. R. imperator Henrico Episcopo eiusque ecclesiae Wirceburgensi immunitatem plenissimam in toto ducatuv el comeciis orientalis Franciae confirmat, solos parochos, quos Bargildon vocant, comitibus subiiciens.

(*Chrismon.*) In nomine. sanctae. et. indiuiduae. trinitatis. Heinricus. diuina. ordinante. prouidentia. Romanorum. Imperator. Augustus. Si. petitionibus. Sacerdotum. Dei. de his quae ad loca sanctorum iuste pertinent. nostris auribus prolatis acquiescimus. regiam consuetudinem exercemus. hincque etiam temporalem regni nostri prosperitatem stabiliri aeternaeque uitae ianuam nobis credimus aperiri. Quapropter omnium fidelium nostrorum praesentis uel futurae aetatis pateat notitiae. quod henricus sacrosanctae wirziburgensis aecclesiae praesul moribus et uita probatissimus. nobisque ob sua merita carissimus. quasdam cartulas nostris obtulit conspectibus. in quibus continebatur quod gloriosissimi antecessores nostri tam reges quam imperatores. Karolus Luodewicus. Arnolfus. Cuonradus. Heinricus. tresque Ottones. di-

Digitized by Google

uae memoriae imperatores. cunctas res tam mobiles quam immobiles. ad aecclesiam sancti saluatoris in qua preciosus Christi martyr Kilianus sociique ejus corporaliter requieseunt. iuste et legaliter pertinentes sub immunitatis suae clipeo semper tuerentur. Ad hoc etiam in eisdem cartulis scriptum habebatur. quod praedicti reges seu imperatores auctoritatis suae praeceptis praefatae aecclesiae praesulibus concessissent. et confirmassent. ut nullus comes. vel publicus iudex eiusdem aecclesiae seruos uel sclauos. siue parrochos. quos bargildon dicunt. seu saxones quos nordelbinga uocant. siue caeteros accolas pro liberis hominibus in eiusdem aecclesiae prediis manentes qui se uel sua noualia ex uiridi silua facta. in ius et dicionem praedictae aecclesiae tradidissent uel adhuc tradere uellent. ad causas audiendum. uel freda exigendum. aut mansiones uel paratas faciendum. uel ab eis ullam redibitionem requirendum. uel ad aliquod opus omnino. destrigendum. ullo umquam loco. uel tempore audeat praesumere. vnde etiam idem uenerabilis pontifex Henricus. nostrae dominationi supplicauit. quatinus et nos praedictarum rerum defensionem sub nostrae immunitatis susciperemus tuitionem. Cuius peticionem nostrae serenitatis aure libenter percepimus. hancque nostram immunitatem circa ipsam sedem eiusque praelatos conscribi mandauimus. in qua praecipimus firmissimaeque (firmissimeque) iubemus. quatinus cuncta ad praefatam aecclesiam pertinentia in agris. pascuis. aedificiis terris cultis et incultis. seu in hominibus seruis. sclauis. saxonibus parochis. uel caeteris accolis. qui se uel suas res eidem aecclesiae aliquomodo manciparunt. uel adhuc mancipare uolunt. cuiuscumque sint nationis. cuiusue conditionis quocumque iure debeant uiuere. tuta et indefensa sub nostra immunitate liceat sine omni inquietudine permanere. nec quisquam comes uel aliquis publicus iudex noster in ulla penitus re praefatae aecclesiae homines vel res audeat ullo umquam tempore uel loco destringere uel inquietare. uel aliquam potestatem vel iurisdictionem in toto ducatu vel comeciis orientalis franciae. nisi super parochos quos bargildon uocant exercere. quod ad honorem preciosissimi martyris Kyliani sociorumque eius nostra auctoritate dignae (digne) superaddere decreuimus. Et ut hoc firmum. inconuulsumque omni tempore perseueret. manu propria signum

Digitized by Google

in hac quam inde iussimus conscribi cartam fecimus. sigilloque nostro signare et confirmare praecepimus.

Signum domni Heinrici Inuictissimi et Serenissimi Imperatoris Augusti.

L. S.

Gunterius cancellarius (*Monogramma*) uice Erchenbaldi Episcopi et Archicancellarii recognoui.

Datum anno dominicae incarnationis M.XVII. Indictione I. Anno domni heinrici regnantis XVI. imperii uero eius V. Actum aquisgrani palacii feliciter Amen.

a) Sigilli fracti et valde detriti maior pars adhaeret chartae, attamen loco insolito vel qui raro occurrat, nimirum ante monogramma, praecedentem eius annuntiationem et ante cancellarii et archicancellarii nomina ex utroque latere monogrammatis posita.

b) Dies et mensis non sunt expressi nec est relictus eis locus vacuus. Indictio et anni regni ac imperii inter se comparati coincidunt in tempus inter 14. Febr. usque 5. Jun. 1018. inclusive, quocirca anno Chr. 1017. unitas addenda fuit. Accuratius ex ipso loco Aquisgrano tempus acti negotii ideoque verosomiliter etiam dati diplomatis infertur; nam dies rogationum i. e. 12 — 14. May hoc anno 1018. imperator Aquisgrani celebravit. vid. Ditmar p. 423. apud Mascov Comment. de rebus imp. sub Conrado I. usque ad Henrici III. obitum p. 242. not. 1.

c) Ad insolita sive etiam menda iam notata illud quoque pertinet, quod Erchanbaldo tribuatur titulus duplex, uterque erroneus aut certe insolitus; dicitur enim episcopus, cum tamen fuerit Archiepiscopus Moguntinus; vocatur archicancellarius, cum alias archicappellanus vocari consueverit.

d) Editum ap. Leukfeld antiq. Pöldenses 251. Lünig Reichsarch. Parte special. contin. I. Fortsetzung III. 324.

e) Cnfr. priora desuper diplomata 918. 4. Jul. 923. 8. April.

Digitized by Google

CCLXXXXVII.

Anno 1018. potius, quam 1017. (inter 12. Maii — 5. Junii.)
Aquisgrani.

Heinricus II. R. imperator monasterio S. Michaelis, sub territorio Babenbergensis civitatis sito, praedium Gimmasehim, in pago Wormazvelt, in comitatu Zeizolfi comitis, sibi a Rothardo capellano suo collatum, donat et confirmat.

(*Chrismon*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina prouidente clementia Romanorum Imperator Augustus. Si pro deo nostraeque animae uel nostrorum parentum remedio aecclesias dei ditare. et exaltare studuerimus. ipsum nobis propicium fore non dubitamus. Quocirca omnium sanctae dei aecclesiae nostrorumque praesentium scilicet fidelium ac futurorum nouerit industria. qualiter nos pro deo nostraeque animae seu nostrorum parentum remedio. ac interuentu et petitione nostrae dilectae atque contubernialis coniugis cunigundae. per hanc nostram praeceptalem paginam. monasterio sancti michaelis archangeli. et sancti benedicti abbatis. quod est situm sub territorio bauenbergensis ciuitatis. concedimus omne illud praedium quod dicitur gimmasehim cum omnibus sibi adiacentibus. quod est in comitatu zeizolfi comitis. in pago quae uocatur Wormazuelt quod rothardus noster dilectus capellanus nobis contulit et donauit. ac in nostrum ius et dominium. de suo iure et dominio penitus transfudit et condonauit in integrum. Cuius uero dignas petitiones nos libentissime amplectentes id fieri annuimus. hanc nostrae donationis paginam scribi iubentes. per quam supra nominatum predium deinceps in proprium usum fratrum supradicti monasterii. transfundimus. et donamus in integrum. sicut praedictus rothardus nostrae imperiali substituit potestati. Vnde praecipientes iubemus. ut nulli abbati supradicti monasterii liceat

Digitized by Google

praetaxatum praedium alicui donare. uel commutare. seu pro beneficio dare. nisi nostra imperiali licentia. sed pro deo sicut supra diximus et nostrae animae remedio. seu nostrorum parentum. ad proprium usum fratrum omni tempore libere *possidendum* prelibato monasterio in integrum seruetur. Insuper etiam ex parte dei omnipotentis. et sancti archangeli michaelis. et sancti petri apostoli. ac sancti benedicti abbatis. atque omnium simul sanctorum male*dicimus et anathematiza*mus. ut sit anathema maranatha. et participetur cum iuda qui crepuit medius. illum ipsum. qui iam praefatum monasterium de praescripto praedio disuestieri umquam. uel molestare. aut inquietare conatus fuerit. et fiat e quemadmodum de iuda dampnato scriptum est. fiant filii eius orphani et uxor eius uidua. et fiat habitatio eius deserta nec sit qui habitet in ea. Statuentes itaque praecipimus. ut nullus dux episcopus. marchio. comes. uicecomes. uel aliqua nostri regni seu imperii magna paruaque persona. praelibatum monasterium de praedicto praedio disuestire. inquietare. uel molestare praesumat. omnium hominum contradictione remota. Si quis uero huius nostri praecepti quod minime credimus uiolator extiterit. sciat se daturum auri purissimi. libras Mille medietatem Kamerae nostrae. et medietatem praenuntiato monasterio ad opus fratrum. Quod ut uerius credatur. diligentiusque ab omnibus obseruetur. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici inuictissimi (*Monogramma*) et serenissimi Imperatoris Augusti.

L. S.

Gunterius cancellarius uice erchembaldi archiepiscopi et archicapellani recognouit.

Datum anno dominicae Incarnationis MXVII. Indict. I. Anno domni heinrici regnantis XVI. Imperii uero eius V.

Actum aquisgrani palacii feliciter Amen;

Digitized by Google

a) Sigilli impressi restat chartaeque adhaeret pars modica interior, optimâ caelaturâ exhibens brachia, pectus et reliquas inferiores partes sedentis imperatoris cum parte maxima ipsius sedilis, circumferentia sive ora tamen omnino deperdita.

b) In breve illud intervallum, 12. May, qua imperator Aquisgrani diem primam Rogationum peregit teste Dietmaro anno 1018. et 5. Juny, qua annus regni XVI. finiebatur, omnes notae chronologicae conveniunt, quo docemunr, annum chr. notatum errore calami unitate esse decurtatum.

c) Editum ap. Spiess Aufklärung 219. et Ussermann Episcop. Bamb. cod. Probat. 27. num. 24., qui super praedio Gimmaseheim sive Gimsheim laudat acta Theodoro Palat. sive Manheimensia I. 265.

d) Lacunae quaedam locorum instrumenti putredine exesorum ex contexto suppletae sunt.

CCLXXXXVIII.

Anno 1019. 9. Januar. Chuofungae.

Heinricus II. imperator monasterio S. Quirini in Tegrinse duos regales mansos, in loco Liupana, inter lapides, Watstein et Holinstein sitos, donat.

a) Sigilli impressi pars exigua, nimirum superior, fracta et avulsa est, adiacet tamen, et cum adhaerente maxima parte totam imaginem imperatoris cum inscriptione exhibet.

b) Notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum in Gretseri Divis. Bamberg. ap. Ludewig Script. rer. Bamb. I. 336. Pez. cod. epist. I. 150. et Mon. Boic. VI. 159. ubi linea 9. ab infra legatur: Holinstein.

Digitized by Google

CCLXXXXIX.

Anno 1019. 10. Maii. Altsteti.

Heinricus II. R. imperator episcopatui Babenbergensi, a se fundato locum Berga, in pago Tuonocgovve et in comitatu Adalberti comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus gratia dei romanorum Imperator augustus. Gloria praesens fugitiua et inanis est dum possidetur. nisi aliquid in ea de caelesti aeternitate cogitetur. Sed dei miseratio humano generi utile prouidit remedium. quando partem caelestis patriae terrenae substantiae fecit esse precium. Huius ergo nos clementiae memores. quendam hereditatis nostrae locum Babenberc dictum. Auctoritate Apostolica firmatum. nec non dilectae contectalis nostrae Chunigundae. et venerabilis. Heinrici wirciburgensis episcopi. Ac omnium fidelium nostrorum episcoporum. abbatum totiusque regni nostri principum concordi deuotione collaudatum. in culmen et sedem episcopatus proueximus. Ad honorem uidelicet omnipotentis dei. et beatae Mariae semper virginis. sanctorumque Apostolorum Petri. et Pauli. nec non sanctorum martyrum Kiliani. atque Georgii. et omnium sanctorum pia ueneratione fundauimus. ut inibi tam pro Antecessoris nostri. tercii uidelicet Ottonis imperatoris. quam pro omnium fidelium uiuorum Atque defunctorum memoria. iugiter hostia mactaretur. salutaris. Proinde nouerit omnium dei nostrique fidelium tam presens aetas quam successura posteritas. qualiter nos pro dei amore nostraeque salutis acquisitione. praefatae sedi tot uenerabilium uirorum Attestatione fundatae. quendam nostri iuris locum. Berga dictum. in pago Tuonocgovve. dicto. et in comitatu adalberti comitis situm. qui a quibusdam abbatia nuncupatur. hac imperiali et praeceptali pagina siue abbatia siue alio quolibet modo praedium sit. cum omnibus rebus ibidem pertinentibus. mobilibus uel immobilibus. cul-

tis uel incultis. et cunctis quae ullo modo scribi Aut nominari possunt. utilitatibus prout firmius possumus concedimus. donamus. et proprietamus. omnium contradictione remota. Precipimus igitur. ut nobis in deo dilectus. Eberhardus. eiusdem sedis primus episcopus. eiusque successores liberam dehinc habeant potestatem de praedicta seu abbatia seu praedio. tenendi. possidendi. commutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus faciendi. Ut autem haec nostrae ingenuitatis traditio stabilis et inconuulsa permaneat. nunc et in futurum. hanc paginam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione insigniri iussimus.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) inuictissimi imperatoris augusti.

L. S.

Gunthericus Cancellarius uice Erchambaldi Archicappellani recognovit.

Data VI. Id. Maii. Anno dominicae incarnat. M.XVIIII. Indict. II. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis XVII. Imperii autem V.

Actum Altsteti Feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio, annusque regni currentes, annus vero imperii ante duos menses et 24 dies completus respondent anno chr. notato 1019.

c) Editum in Cod. Probat. zur Bamberg. Deduction auctore Lorber, num. 18. in Ried. Cod. dipl. rat. 133. num. 141. ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 531. n. III. et copiose extractum ap. Heyberger in Ichnographia 119 sq.

Digitized by Google

CCC.

Anno 1019. 12. Maii. Gutistat.

Heinricus II. R. imperator episcopatui Babenbergensi, a se fundato, curtem Schersteti et villam Scakental, in pago Sueve, in comitatu Tietmari comitis sitam, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator Augustus. Quum gratuito diuinae miserationis respectu imperiali dignitate nos sublimatos esse cognoscimus congruum esse ducimus. non solum aecclesias ab antecessoribus nostris constructas ampliare sed ad maiorem domini gloriam nouas aedificare. easque deuotionis nostrae donis gratissimis exaltare. Proinde omnium Christi nostrique fidelium Nouerit uniuersitas. qualiter nos per interuentum dilectae coniugis nostrae Chunigundae imperatricis augustae sanctae Babinbergensi ecclesiae quam propitia diuinitate in sedem episcopalem de paterna hereditate ordinauimus. cui etiam uenerabilem Eberhardum episcopum praefecimus. quandam nostri iuris curtem Schersteti dictam. et uillam quae dicitur Scakental in pago sueue in comitatu Tietmari comitis sitam cum omnibus pertinentiis suis areis. edificis agris pratis pascuis aquis aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. siluis. uenationibus terris cultis et incultis. exitibus et reditibus. uiis. et inuiis. quesitis et inquirendis omnibusque quae quocumque modo nominari ac scribi possunt utilitatibus in proprium largimur atque concedimus. Ea scilicet ratione ut praedictus Eberhardus episcopus suique successores liberam exinde habeant potestatem tenendi commutandi precaricandi. vel quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem ecclesiae suae. Et ut haec nostrae auctoritatis Karta stabilis et inconuulsa

Digitized by

omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri ¨;

Signum domni Heinrici inuictissimi romanorum (*Monogramma*) Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius Cancellarius Ad uicem erkinbaldi Archicapellani recognoui.

Data IIII. Id. Mai Indictione II. Anno incarnationis domini Mill. XVIIII. Anno uero domni Heinrici imperatoris augusti regnantis XVII. Imperii uero V. Actum gutistat feliciter amen ¨,

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio et annus regni currentes, annus autem imperii ante duos menses et 28 dies completus respondent anno chr. notato 1019.

c) Copiose extractum ab Heyberger in Ichnographia 120 sq. Editum vero ab Oesterreicher Beyträge IV. Heft S. 85. Beilage II.

CCCI.

Anno 1019. 10. Junii. Dripurc.

Heinricus II. R. imperator ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, praedium Dietpirgeriut, in pago Tuonehgouua, in comitatu Roudperti comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus dei clementia Romanorum Imperator Augustus. Quicquid sanctae dei aecclesiae pia deuotione offerimus nobis in posterum cum ipsius adiutorio reseruabimus profuturum. Quapropter uniuersi-

Digitized by Google

tati fidelium nostrorum tam praesentium quam futurorum patere volumus. qualiter nos pro remedio animae nostrae. et dilectissimae coniugis nostrae Cunigundae atque omnium parentum quorum commemorationi debitores existimus. sanctae babenbergensi aecclesiae in honore dei sanctique petri principis apostolorum constructae praedium quoddam nostrae proprietatis tradimus. Dietpirgeriut dictvm. In pago Tovnehgouua sitvm. In comitatu Rovdperti comitis. cum omnibus appendiciis que quolibet modo utilitatibus scribi uel appellari possunt. siluis. pascuis. pratis campis. aquis. et ceteris utensilibus tam quesitis quam inquirendis. Ea uidelicet racione. vt ad eandem supra scriptam aecclesiam. amodo totius seruitutis debito proprietario iure. quicquid ibi habemus pertingat. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas per successiones temporum stabilis et inconuulsa permaneat. hanc Imperialis praecepti paginam Inde conscribi. ac manu propria confirmantes sigillo nostro praecepimus insigniri.

Signum domni Heinrici inuictissimi (*Monogramma*) romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius cancellarius ad uicem erchanbaldi archicappellani recognoui.

Data IIII. Id. Junii. Indictione VI. Anno dominicae Incarnationis M.XVIIII. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis XI. Imperii autem VII.

Actum Dripure.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Cum reliqua authentici instrumenti signa non desint, mirum, quod notae chronologicae minime inter se conveniant, immo multo temporis intervallo a se distent; nam annus regni annum chr. 1012. annus imperii annum chr. 1020. et Indictio annum chr.

1023. indigitarent. Interim cum saltem annus imperii proxime anno chr. notato 1019 accedat, standum utique pro eodem erit.

c) Editum ab Oesterreicher in d. geöffn. Archiven III. Jahrg. I. B. 503. n. V., copiose etiam extractum ab Heyberger in *Ichnographia* 121 sq. mutatis tamen, qua licentia author in aliis etiam extractis uti solet, notis chronologicis falsis, verisque substitutis.

CCCII.

Anno 1020. 29. Maii. Altsteti.

Heinricus II. R. imperator monasterio S. Quirini in Tegrinse V. regales mansos, inter fluvios, Pistnicha et Tristnicha, in marchia Adelberti marchionis sitos, donat.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Annus regni ab obitu Ottonis III. inceptus ac reliquae notae chronologicae ordinariae inter se conveniunt.

c) Editum Oefele Scr. r. B. II. 81. et Mon. Boic. VI. 160. ubi p. 161. lin. 3. et 4. legatur: Cuntherius.

Digitized by Google

CCCIII.

Anno 1021. 3. Julii. Coloniae.

Heinricus II. R. imperator monasterio S. Emmerammi Ratisponae omnia generatim bona confirmat, et solius abbatis dispositioni subdit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente Clementia romanorum imperator augustus. Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere, immo ad statum regni et ad salutem animae nostrae multum proficere, quosque diuini seruitii amatores, ut sine querela in dei persistant laude, liberalitatis nostrae sustentaculo confortare, maxime autem eos quorum laboris deuotio diuino prae caeteris inuigilat obsequio. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium uniuersitas, qualiter nos diuinae remunerationis spe incitati interuentu etiam dilectae coniugis nostrae Chunigundae imperatricis augustae et uenerandi Richolfi abbatis commoniti, cuidam aecclesiae dei infra ciuitatem ratesponensem in honorem preciosi dei martyris Heimmerammi constructae ubi uenerabile corpus eius miraculis declarantibus requiescere comprobatur, omnia quae ab antecessoribus nostris regibus uel imperatoribus omnibusque Christi fidelibus uel infra ipsam ratesponensem ciuitatem, uel in suburbio eius, uel ubicumque locorum actenus tradita sunt et collata, per hanc imperialem paginam in perpetuum confirmamus et absque omnium hominum contradictione in proprium largimur. Ea uidelicet ratione, ut nec episcopus eiusdem loci nullaque iudiciaria uel ecclesiastica potestas, aliquam habeat potestatem praenominata bona, praefatae aecclesiae auferre uel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione deo seruientium abalienare sed praedictus Richolfus eiusdem loci abbas suique successores liberam exinde habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantummodo fratrum ibidem sub regula sancti Be-

Digitized by Google

nedicti deo sanctoque Heimmerammo famulantium. Et ut haec nostrae confirmationis et largitionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aevo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione *iussimus* insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) inuictissimi romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Cuntherius Cancellarius ad uicem Erkenbaldi Archicapellani recognovi.

Data V. Non. Jul. Indictione III. Anno dominicae incarnat. Mill. XXI. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XX. imperantis VIII. Actum Colonie feliciter amen,

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Excepta indictione unitate truncata, cum debeat esse IIIIta, reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund, metr. II. Edit Mon. 374 edit. Rat. 260. Pez thes. I. III, 66. Lünig. spicileg. eccles. III. Th. 651. Libr. Probat. S. Emmer. 128. Rted. Cod. Rat. I. 135. num. 143.

Digitized by Google

CCCIV.

Anno 1021. 3. Julii. Coloniae.

Heinricus II. R. imperator monasterio S. Emmerammi Ratisponae curtem Eitterhof, in pago Tunnecgouue, in comitatu Adalberti marchionis sitam, a duce Heinrico, avo imperatoris, eidem coenobio collatam, confirmat, soliusque abbatis dispositioni subdit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum imperator augustus. Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere immo ad statum regni et ad salutem animae nostrae multum proficere. quosque diuini seruitii amatores. ut sine querela in dei persistant laude. liberalitatis nostrae sustentaculo confortare. maxime autem eos quorum laboris deuotio. diuino prae caeteris inuigilat obsequio. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium universitas. qualiter nos diuinae remunerationis spe incitati. interuentu etiam dilectae coniugis nostaae CHUNIGUNDAE imperatricis augustae et uenerandi Richolfi abbatis commoniti. cuidam ecclesiae dei infra ciuitatem ratesponensem in honorem preciosi dei martiris Heimmerammi constructae. ubi uenerabile corpus eius miraculis declarantibus requiescere conprobatur. quandam nostri iuris curtem Eitterhof dictam in pago Tunecgouue. in comitatu Adalberti marchionis sitam. quam auus noster piae recordationis dux Heinricus eidem coenobio antea contulit. cum omnibus appendiciis. uillis scilicet. areis. agris. pratis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. quesitis et inquirendis. siluis uenationibus. familiis etiam utriusque sexus. ceterisque quae quolibet modo dici aut scribi possunt utilitatibus ad eandem curtem iure et legaliter pertinentibus. per hanc imperialem paginam in proprium largimur. concedimus. ac perpetualiter confirmamus. Ea uidelicet ratione. ut nec episco-

Digitized by Google

puseiusdem loci. nullaque ecclesiastica vel iudiciaria posetas aliquam habeat potestatem praenominatam curtem ecclesiae praefate auferre. uel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione deo seruientium abalienare. Sed praedictus Richolfus eiusdem loci abbas. suique successores. liberam exinde habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi. ad utilitatem tantummodo fratrum ibidem sub regula sancti Benedicti deo sanctoque Heimmerammo famulantium. omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae largitionis. concessionis. et confirmationis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri [a],

Signum Domni Heinrici inuictissimi romanorum *(Monogramma)* imperatoris Augusti.

L. S.

Cuntherius Cancellarius ad uicem erkenbaldi archicappellani recognoui.

Data V. Non. ivl. indictione III. anno dominicae incarnat. Mill. XXI Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XX. Imperantis autem VIII. Actum Colonie. feliciter amen [b],

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Excepta indictione unitate truncata, cum debeat esse IIIIta, reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Pez. Thes. I. III. 63. Libr. Probat. S. Emmer. 130. et Ried. Cod. Rat. I. 137. num. 145.

Digitized by Google

CCCV.

Anno 1021. 3. Julii. Coloniae.

Heinricus II. R. Imperator monasterio S. Emmerammi Ratisponae curtem Ruite (Vogtareut), in pago chimengouue, in comitatu Paponis comitis sitam, a Warmundo comite eidem coenobio collatam, confirmat, soliusque abbatis dispositioni subdit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus, Imperialem nostri nominis excellentiam hoc scimus exigere. immo ad statum regni et ad salutem animae nostrae multum proficere. quosque diuini seruitii amatores. ut sine querela in dei persistant laude. liberalitatis nostrae sustentaculo confortare. maxime autem eos. quorum laboris deuotio. diuino prae ceteris inuigilat obsequio. Proinde nouerit omnium Christi nostrique fidelium uniuersitas. qualiter nos diuinae remunerationis spe incitati. interuentu etiam dilectae conjugis nostrae Chvnigvndae imperatricis augustae. et uenerandi Richolfi abbatis commoniti. cuidam aecclesiae dei infra ciuitatem ratesponensem inhonorem preciosi dei martiris Heimmerammi constructae. ubi uenerabile corpus eius miraculis declarantibus requiescere comprobatur. quandam nostri iuris curtem Ruitte dictam in pago Chimengouue. in comitatu Paponis comitis sitam. quam quidam nobilis homo Warmundus comes eidem coenobio antea contulit. cum omnibus appenditiis. uillis scilicet. areis. agris. pratis. pascuis. aquis. aquarumue decursibus. uado. molendinis. piscationibus. exitibus et reditibus. uiis et inuiis. quesitis et inquirendis. siluis. uenationibus. familiis etiam utriusque sexus. ceterisque quae quolibet modo dici aut scribi possunt utilitatibus ad eandem curtem iure et legaliter pertinentibus per hanc imperialem paginam in proprium largimur. eiusdemque Warmundi comitis traditionem perpetuo iure predictae

Digitized by Google

ecclesie confirmamus. Ea uidelicet ratione. ut nec episcopus eiusdem loci. nullaque ecclesiastica uel judiciaria potestas. aliquam habeat potestatem praenominatam curtem praefatae ecclesiae auferre. uel usibus fratrum ibidem sub monachica institutione deo seruientium abalienare. sed praedictus Richolfus eiusdem loci abbas. suique successores liberam exinde habeant potestatem quicquid eis placuerit faciendi ad utilitatem tantummodo fratrum ibidem sub regula sancti benedicti deo sanctoque Heimmerammo famulantium. omnium hominum contradictione remota. Et ut haec nostrae largitionis et confirmationis auctoritas. stabilis et inconuulsa omni permaneat aevo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corrobantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici *(Monogramma)* inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti[a]

L. S.

Cuntherius Cancellarius ad uicem Erkenbaldi Archicappellani recognovi[a]

Data v. Nonas July indictione iij. Anno dominicae incarnationis Mill. xxj. Anno vero domni Heinrici secundi regnantis xx. Imperantis viii. Actum Colonie feliciter amen.

a) Sigillum impressum in dextra parte fractum, fragmento deperdito, dimidiam tamen inscriptionem, totamque fere imaginem sedentis imperatoris exhibet.

b) Excepta indictione, quae unitate truncata est, cum debeat esse IIIIta, reliquae notae chronologicae inter se conveniunt.

c) Editum ap. Hund. metr. II. edit. Monac. 374. edit. Rat. 260. Pez. thesaur. I. III. 64. Lunig. Spicileg. eccl. III Th. 651. Libro Probat. S. Emmerammi 133. Ried. cod. Rat. I. 136. num. 144.

Digitized by Google

CCCVI.

Anno 1021. (circa 3. Julii.) Coloniae.

Heinricus II. R. imperator colonos, incolentes praedium in Pochpartun, a Paldrico comite sibi traditum, a se vero ecclesiae Babenbergensi concessum, ab omnis debiti, fisco suo hucusque persolvendi, iugo liberos declarat, quos advocato vel ministeriali ecclesiae Babenbergensis, ab episcopo electis vel constitutis, subdit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et Indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanornm Imperator augustus¨, Nouerit omnium Christi nostrique fidelium uniuersitas. qualiter nos pro spe eternae remunerationis interuentu etiam Chunigundae dilectae coniugis nostrae scilicet imperatricis augustae ac uenerabilis uiri Eberhardi sancti Babenberchensis ecclesiae episcopi. colonis qui inhabitant uel posthac inhabitabunt praedium quod Paldricus comes in Pochpartun nobis tradidit. et nos praefatae babenberchensi ecclesiae per praeceptum concessimus. omne debitum quod hucusque curti nostrae persoluebant. araturam scilicet et si quae alia de fisco ab eis exigebantur per hanc imperialem paginam omnimodis perdonamus. et ab huiusmodi debiti iugo absoluimus. Precipientes etiam praecipimus ut nullus comes nullaque iudicialia (judiciaria) potestas magna uel parua de eisdem colonis in aliqua re se intromittat. nihilque ab eis posthac exigat. nisi aduocatus uel ministerialis ecclesiae quem episcopus sibi elegerit. aut constituerit. Et ut haec nostrae perdonationis et absolutionis auctoritas stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu corrobantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri¨,

Signum domni Heinrici inuictissimi (*Monogramma*) romanorum Imperatoris Augusti¨,

L. S.

Digitized by Google

Cuntherius cancellarius ad uicem erkenbaldi Archicapellani recognovi ¨,

Data Indictione III. Anno dominicae incarnationis *Mill.* XXI. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XV*IIII.* *Imperantis* autem VII. Actum Colonie feliciter amen ¨,

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Praeter Indictionem unitate decurtatam reliquae notae chronologicae conveniunt anno chr. 1021, sed tantum ab initio Januarii usque ad 13. Febr. inclusive, quo die finitur annus imperii VII. Interim dies et mensis in diplomate non sunt expressi, sed relictum est illis spatium vacuum, et si uterque annus regni et imperii accipiatur ceu paulo antea completus, habebitur tempus intra 3tiam et 6. July, quibus diebus iuxta alia diplomata, imperator Coloniae fuit, et negotia imperialia ibi tractavit.

c) Edidit Schuberth. Nachtrag zum hist. Versuch 92. num 6. dein Oesterreicher n. Beyträge IV. Heft. 63. Beilage I.; copiose autem extraxit Heyberger in Ichnographia 126.

CCCVII.

Anno 1021. 12. Novembr. Augustae.

Exemplar minus correctum.

Heinricus II. R. imperator ecclesiae, in honorem S. Virg. Mariae infra Ratisponensem civitatem constructae, vulgo Obrenmunster, quandam terram infra et extra meridianum murum civitatis praedictae iacentem, longitudine ac latitudine descriptam, in comitatu Ruodperti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis diuina gratia Heinricus romanorum imperator augustus. Si Christianae

Digitized by Google

religionis et angelicae conuersationis amatores nostrae liberalitatis beneficio quo securius deo seruire possint consolari studuerimus aeternorum praemiorum unacum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus Christi nostrique fidelibus innotescat. qualiter nos per interuentum Henrici ducis bauuariae cuidam aecclesiae in honorem sanctae dei genitricis semperque uirginis mariae infra ratisponensem ciuitatem constructae. quae uulgo obrenmunsture dicitur. ubi uenerabilis abbatissa Wichpurh uirginibus sub regula monachica deo seruientibus praeesse uidetur. quandam terram extra meridianum murum ciuitatis et infra plateam quae a parte orientali tendit per portam ciuitatis que nominatur sancti hemmeramini porta. monasterio proxime adiacentem. In longitudine habentem perticas xx. et in latitudine viij. Aliam uero intra ciuitatem. et infra plateam iacentem. quae a porta praedicta ducit ad aecclesiam quae uulgariter achachiricha dicitur. iuxta atrium praelibati monasterij. in longitudine similiter perticas xx. habentem. et in latitudine. x. In comitatu Ruodperti comitis. per hanc imperialem paginam cum omni legalitate in proprium largimur atque concedimus. Ea scilicet ratione ut praedicta abbatissa et omnes quae sibi in loco eodem ordine et dignitate succedunt. liberam exinde habeant potestatem quicquid eis libuerit faciendi ad utilitatem praenominati monasterii ac sororum ibidem monastice conuersantium. Et ut haec nostrae auctoritatis karta stabilis et inconuulsa omni permanaeat (permaneat) aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri;

Signum domni Heinrici inuictissimi romanorum (*Monogramma*) imperatoris Augusti.

Guntherius Cancellarius ad uicem Arbonis Archicappellani recognouit.

L. S.

Digitized by Google

Data ii. Idus. Nouembris Indictione ii. Anno dominicae Incarnationis. Mill. xxi. Anno domni Heinrici imperatoris xvii. regnantis. Imperii uero vi. Actum Augusta (Augustae) feliciter Amen ;

a) Sigillum impresum illaesum.

b) Tres notae chronologicae erronese inveniuntur, ac indictio et annus imperii duabus, et annus regni tribus unitatibus multati. Attamen notatus Archicappellanus Arbo, moguntinus Archiepiscopus, nonnisi hoc anno 1021. praedecessori Erkanbaldo 18. Augusti mortuo successit, aliasque constat, imperatorem 12. et 13. Novembris 1021. Augustae fuisse, indeque expeditionem Italicam suscepisse.

c) Editum ex hoc exemplari a Zirngibl in den Beyträgen zur Gesch. des Kais. Heinrich d. Heiligen hist. Abh. der k. b. Akademie d. W. 1807. S. 417. 418. not. * *; nam extat etiam exemplar alterum eiusdem tenoris, hoc solum discrimine, quod ibi terra intra civitatem donata praecedat terrae extra murum civitatis, et quod in hocce nunc descripto exemplari aliquae emendationes mendorum a Notario in contextu commissorum necessariae essent.

CCCVIII.

Anno 1021. 12. Novmbr. Augustae.

Fxemplar correctius.

Heinricus II. R. imperator monasterio Sanctimonialium Ratisponae Obrenmunsture, quandam terram, infra et extra murum praedictae civitatis iacentem, longitudine ac latitudine descriptam, in comitatu Ruodperti comitis, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis diuina gratia Heinricus romanorum Imperator augustus Si christianae

Digitized by Google

religionis et angelicae conversationis amatores nostrae liberalitatis beneficio quo securius deo seruire possint consolari studuerimus aeternorum praemiorum unacum illis nos participes fieri spe certa confidimus. Proinde omnibus Christi nostrique fidelibus innotescat. qualiter nos per interuentum Henrici ducis bauuariae cuidam aecclesiae in honorem sanctae dei genitricis semperque uirginis mariae infra ratisponensem ciuitatem constructae. quae uulgo Obrenmunsture dicitur ubi uenerabilis abbatissa Wichpurh virginibus sub regula monachica deo seruientibus praeesse uidetur. quandam infra praedictum monasterium terram confinalem atrio eius et infra puplicam (publicam) plateam iacentem. quae de porta sancti hemmerammi ducit ad ecclesiam quae uulgariter ahachiricha dicitur intra ciuitatem in longitudine habentem perticas. xx. et in latitudine x. Aliam uero foras murum proxime adiacentem in longitudine similiter habentem perticas xx. et in latitudine. viij. in comitatu Ruodperti comitis per hanc imperialem paginam cum omni legalitate in proprium largimur atque concedimus. Ea scilicet ratione ut praedicta abbatissa et omnes quae sibi in loco. eodem ordine et dignitate succedunt. liberam exinde habeant potestatem quicquid eis libuerit faciendi ad utilitatem praenominati monasterii ac sororum ibidem monastice conuersantium. Et ut haec nostrae auctoritatis karta stabilis et inconuulsa omni permaneat aeuo. hoc praeceptum inde conscriptum propria manu confirmantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri;

Signum domni Heinrici inuictissimi romanorum *(Monogramma)* imperatoris Augusti.

Guntherius Cancellarius ad uicem Arbonis Archicappellani recognoui;

L. S.

Data. ij. Idus Nouembris Indictione. ij. Anno dominicae incarnationis Mill. xxj. Anno domni Heinrici imperatoris. xvij. regnantis. Imperij uero vj. Actum Augusta (Augustae) feliciter amen

Digitized by Google

a) Sigilli impressi, sed penitus avulsi, pars dimidia inferior chartae adiacet papyro involuta, reliqua pars periit; conspiciuntur etiam foramen et macula cerae sigillo congrua.

b) Tres notae chronologicae erroneae inveniuntur, ita ut *indictio* et annus imperii duabus, et annus regni tribus unitatibus sint decurtati. Attamen notatus Archicappellanus Arbo, moguntinus Archiepiscopus, nonnisi anno 1021 praedecessori Erkanbaldo 18. Augusti ej. an. mortuo successit, aliasque constat, imperatorem 12. et 13. Nov, 1021. Augustae fuisse indeque expeditionem Italicam suscepisse.

c) Editum ex hoc exemplari a Ried in Cod. dipl. Rat. I. 138. num. 146. Hoc ipsum tamen exemplar alteri, inverso ordine terram utramque donatam enarranti praelatum a cancellaria caesarea fuisse oportet, cum nulla duplicis diplomatis ratio appareat, nisi emendatio illius praeposteri ordinis, et quorundam mendorum in contextu alterius exemplaris à notario commissorum.

CCCIX.

Anno 1021. 13. Novembr. Augustae.

Heinricus II. R. imperator ecclesiae Babenbergensi, a se fundatae, praedium Uraha, in pago Rangowe et in comitatu Albvini comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina clementia Romanorum imperator augustus. Notum sit omnibus sanctae dei Aecclesiae fidelibus. praesentibus scilicet atque futuris. qualiter nos diuinae retributionis spe quendam nostrae proprietatis locum Bavenberc dictum ad honorem dei omnipotentis et sanctae MARIAE matris domini nostri Iesu Christi. sanctorumque apostolorum PETRI et PAULI. et omnium sanctorum. consentiente dilectissima nostra CHUNIGUNDA. et omnium regni

Digitized by Google

nostri principum. in culmen et sedem episcopatus proueximus. ut et ibi iugiter hostia deo mactaretur salutaris. et nostra nostrorumque antecessorum salus haberetur memorialis. Ad cuius episcopatus augmentum. pia largitione quoddam nostrae dominationis contulimus predium. VRAHA dictum. in pago RANGOWE situm et in comitatu ALBVINI comitis. cum omnibus eius adiacentibus. uicis. uillis. seruis. ancillis. rebus mobilibns uel immobilibus. terris cultis uel incultis. exitibus et reditibus. et omnibus quae ullo modo scribi aut nominari possunt utilitatibus. ea in hac donatione usi potestate. qua nostri antecessores reges uidelicet et imperatores antehac sunt usi. in sanctarum aecclesiarum ditatione. Quapropter per nostram imperialem inuiolabiliter precipimus potentiam. ut nobis in deo dilectus EBERHARDUS primus praedictae sedis episcopus. liberam dehinc habeat potestatem eiusque successores. prefatum predium tenendi. possidendi. commutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Vt igitur haec nostrae donationis munificentia nunc et in posterum stabilis et inconuulsa permaneat. hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes. sigilli nostri iussimus impressione insigniri.

Signum Inuictissimi Heinrici *(Monogramma)* romanorum imperatoris augusti.

Guntherius cancellarius ad uicem aribonis archicappellani recognovit.

L. S.

Data Idus (Idibus) Novembris Indictione v. Anno dominicae incarnationis M. xxi. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis xx. Imperij autem vij. Actum Augustae feliciter Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio, dicta caesarea, annus regni currens et annus imperii completus respondent anno Chr. notato 1021, cui favet locus Augusta, unde tunc imperator Italiam cum exercitu petiit.

Digitized by Google

c) Editum in Deductione Bamberg. super Fürth. Cod. Probat. num. 19. copiose extractum ab Heyberger in Ichnographia 127. 128.

CCCX.

Anno 1021. 13. Novembr. Augustae.

Heinricus II. R. imperator episcopatui Babenbergensi, a se fundato, praedium Cenna, in pago Rangowe et in comitatu Albvini comitis situm, donat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina clementia Romanorum Imperator Augustus. Notum sit omnibus sanctae dei aecclesiae fidelibus praesentibus scilicet atque futuris. qualiter nos diuinae retributionis spe quendam nostrae proprietatis locum Bavenberc dictum ad honorem dei omnipotentis et sanctae Mariae matris domini nostri Jhesu Christi. sanctorumque apostolorum Petri et Pauli. et omnium sanctorum. consentiente dilectissima conguge (coniuge) nostra Chunigunda. et omnium regni nostri principum. in culmen et sedem episcopatus proueximus. ut et ibi iugiter hostia deo mactaretur salutaris. et nostra nostrorumque antecessorum salus haberetur memorialis. Ad cujus episcopatus augmentum. pia largitione quoddam nostrae dominationis contulimus praedium Cenna dictum. in pago Rangowe situm. et in comitatu Albvini comitis. cum omnibus eius adiacentibus. uicis. uillis. seruis. ancillis. rebus mobilibus uel immobilibus. terris cultis uel incultis. exitibus et reditibus. et omnibus quae ullomodo scribi uel nominari possunt utilitatibus. ea in hac donatione usi potestate. qua nostri antecessores reges uidelicet et imperatores antehac sunt usi. in sanctarum aecclesiarum ditatione. Quapropter per nostram imperialem inuiolabiliter precipimus potentiam ut nobis in deo dilectus Eberhardus primus praedictae sedis episcopus liberam dehinc habeat potestatem eiusque successores praefatum praedium. tenendi. possidendi. com-

Digitized by Google

mutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus inde faciendi. Vt igitur haec nostrae donationis munificentia nunc et in posterum stabilis et inconuulsa permaneat. hoc preceptum inde conscriptum manu propria corroborantes. sigilli nostri iussimus impressione insigniri;

Signum inuictissimi Heinrici (*Monogramma*) Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius cancellarius ad uicem Aribonis archicappellani recognouit:,

Data Id. (Idibus) Nouembris. Indictione V. anno dominicae incarnationis MXXI. Anno uero domni Heinrici secundi regnantis XX. Imperii autem VII.

Actum Augustae feliciter. Amen.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Indictio, dicta caesarea, annus regni currens et annus imperii, ante novem menses completus, respondent anno Chr. notato 1021., cui favet locus peracti negotii, Augusta, unde tunc imperator Italiam cum exercitu petiit.

c) Editum in Deductione Bamberg. super Fürth Cod. Probat. num. 21. copiose extractum ab Heyberger in Ichnographia 130. 131.

CCCXI.

Anno 1021. 13. Novembr. Augustae.

Heinricus II. R. imperator Babenbergensi ecclesiae, in usum episcopatus, omnia praedia ad curtem Uraha pertinentia, legibus Bauuaricis subdita, forestem scilicet inter Suuabaha et Pagenza fluvios, et villas Crintilaha, Vualtgeresbrunnun, Altrihesdorf, Heribrehtesdorf, in pago Nortgouue et in comitatu Heinrici comitis sitas, proprietat.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuiduae trinitatis Heinricus dei gratia Romanorum Imperator Augustus. Nostri antecessores reges uidelicet et imperatores bonorum suorum incrementis aecclesias dei ditantes nobis exempla prebuerunt. quibus si obtemperamus. participes regni caelestis effici speramus. Proinde nouerit dei nostrique fidelium tam praesens aetas. quam successura posteritas. qualiter nos pro animae nostrae remedio omnia praedia ad curtem VRAHA pertinentia atque seruientia. bauuaricis legibus subdita. forestem scilicet inter suabaha. et pagenza fluuios sitam. et uillas. crintilaha. uualtgeresbrunnun. altrihesdorf. heribrehtesdorf. nominatas. ac innominatas. terras. cultas et incultas. ceteraque omnia. quibuscumque usibus ad praefatam curtem respicientia. in pago nortgouue. et in comitatu HEINRICI comitis constituta. sanctae babenbergensi aecclesiae proprietauimus. ea uidelicet conditione. quatinus eiusdem aecclesiae uenerabilis episcopus EBERHARDUS. successoresque sui liberam dehinc exinde habeant potestatem. tenendi. possidendi. commutandi. seu quicquid sibi libet modis omnibus in usum episcopatus faciendi. omnium remoto contradictionis obstaculo. Et ut huius nostrae

Digitized by Google

imperialis traditionis auctoritas stabilis et inconuulsa permaneat. hanc praeceptalem paginam inde conscriptam. manu propria corroborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum Heinrici romanorum (*Monogramma*) imperatoris augusti.

Guntherius[a] cancellarius ad uicem aribonis archicappelani recognouit.

L. S.

Data Idus (Idibus) Novembris. Indictione. v. Anno dominicae incarnationis. M xxi. Anno uero domni Henrici secundi regnantis. xx. Imperii autem vij. Actum Augustae feliciter amen.

a) Sigillum impressum fractum, totum tamen ac segmento membranacea circumdatum adhaeret.

b) Indictio, dicta caesarea, annùs regni currens et annus imperii ante novem menses completus, respondent anno Chr. notato 1021., cui etiam favet locus peracti negotii, Augusta, unde tunc imperator Italiam cum exercitu petiit.

c) Editum in Deductione Bamberg. super Fürth, Cod. Probat. num. 20. ap. Schulthes hist. Schriften I. 27.; copiose etiam extractum ab Heyberger in Ichnographia 129. seq.

Digitized by Google

CCCXII.

Anno 1021. 14. Novembr. Moringa.

Heinricus II. imperator monasterio S. Stephani, ab Egilberto episcopo Frisingensi constructo, partem insulae Sahsonaganc, in provincia orientali iuxta Danubium et in marchia Adalberti sitam terminisque designatam, donat.

a) Sigillum impressum valde laesum, maximam tamen partem tam ipsius imaginis, quam inscriptionis exhibet.

b) Indictio ordinaria, annus regni currens et annus imperii ante novem menses completus respondent an. Chr. notato 1021.

c) Editum in Hund. metrop. I. Edit. Monac. 143. edit. Rat. 97. Meichelbeck Hist. Fris. I. I. 212. Lünig spicileg. eccl. II. Thl. 222. Mon. Boic. IX. 497; memoratum etiam in codice trad. S. Stephani ibid. 359., ubi p. 497. lin. 17. et p. 498. lin. 2. legatur: Sahsonaganc; eadem p. lin. 14. Guntherius, lin. 14. Moringa.

d) Charta membranacea multis in locis putredine corrupta foraminibusque referta est; inde tamen ortae lacunae suppletae sunt ab editoribus ex apographis antiquis in codicibus Fris. copiarum I. f. 60. II. f. 109. III. 102. b.

Digitized by Google

CCCXIII.

Anno 1021. 15. Novembr. Uningen.

Heinricus II. R. imperator monasterio S. Mariae Niederenmünster in Radesponensi civitate ecclesiam Cheskingen, iam diu beneficiorum occasione illi subtractam, cum decimatione et duobus clericis nominatis, restituit, nullique deinceps in beneficium tradendum statuit.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum imperator augustus. Omnium Christi nostrorumque fidelium uniuersitati notum esse uolumus qualiter domna ovta in radesponensi ciuitate abbatissa ad monasterium sanctae Mariae quod dicitur niderenmunster nos pro quadam aecclesia interpellauit. eiusdem monasterii cui praesidet propria. sed iam div beneficiorum occasione inde abalienata. vt uidelicet detrimento suo consulentes sibi eam remitteremus. atque per imperialem nostri nominis auctoritatem perpetno confirmaremus. Cuius peticioni pivm ac benignum praebentes auditum potestati suae eandem aecclesiam scilicet Cheskingen dictam. dehinc prorsus nulli in beneficium tradendam. cum decimatione *forestis* cum areis. aedificiis. agris. pratis. pascuis. cum clericis duobus. azilino et rudichone. caeterisque mancipiis utriusque sexus. piscationibus, molendinis. scarewerch. et utilitate que vel scribi aut nominari possit remittimus. atque perpetualiter concedimus. Et ut haec nostrae auctoritatis pagina stabilis permaneat. eam manu propria roborantes. sigilli nostri impressione iussimus insigniri;

Signum Domni Heinrici *(Monogramma)* Romanorum Inuictissimi Imperatoris Augusti;

L. S.

Digitized by Google

Guntherius cancellarius uice aribonis archiepiscopi recognouit;

Data anno ab incarnatione domini millesimo. xx.i. Indictione iiij. Anno vero domni Heinrici romanorum imperatoris augusti secundi regnantis. xx.j. Imperantis autem viij.

Actvm xvij. kalendas Decembris Vningen feliciter amen;

a) Sigilli impressi superest foramen cum macula cerae, adiacent etiam minutissima frustula, ex quibus unum exhibet litteras inscriptionis: EIN, et reliquiae omnes in pulverem redactae, papyro inclusae.

b) Indictio ordinaria, annusque imperii currens, annus demum regni aliquibus mensibus anticipatus, respondent anno Chr. notato 1021.

c) Editum in Paricii hist. Nachrichten von den in Regensburg gelegenen Clöstern. 1753. 8°. S. 166. f.

d) Vocabulum litteris cursivis notatum alia manu alioque atramento, loco, uti videtur, non suo atque posteriori tempore insertum est.

CCCXIV.

Anno 1022. 11. Novembr. Actum Augustae.

Heinricus II. R. imperator ecclesiae Babenbergensi praedium in Hormunzi, in pago Moenivelt, in comitatu Pertolfi situm, imperatori autem a Poppone Treverensi archiepiscopo datum, in usum episcopi Babenbergensis donat.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia romanorum Imperator augustus. Quoniam temporalium amissione. bonorum sine fine manentium debemus sperare. remunerationem. notum sit omnibus in Christo

Digitized by Google

fidelibus. qualiter etiam nos pro remedio animae nostrae. nostrorumque anticessorum (antecessorum). necnon pro salute dilectissimae coniugis nostrae cunigundae. scilicet imperatricis augustae. tale praedium. quale poppo treuerensis archiepiscopus nobis dedit. in hormunzi. situm in pago moeniuelt. in comitatu pertolfi cum areis. aedificiis. agris. uineis. uinetis. pratis. siluis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. uiis inuiis. exitibus et reditibus. mancipiis utriusque sexus. quaesitis et inquirendis. cumque omnibus utensilibus. quae uel scribi. uel nominari possunt. ad altare sancti Petri apostolorum principis. in usum episcopi episcopalem. sedem. babenbergensis aecclesiae possidentis perpetualiter habendum donamus. et de nostro iure. in eius ius omnino transfundimus. vnde eadem imperiali potestate. qua ceteri ante nos reges. et imperatores hucusque sunt usi praecipimus. ne quis hanc nostram traditionem. audeat uiolare. Et ut haec nostra auctoritas stabilis. et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam. manu propria roborantes. sigilli nostri impressione. iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) Inuictissimi Romanorum Imperatoris Augusti.

L. S.

Guntherius cancellarius uice Arbonis archiepiscopi. et archicancellarii recognovit.

Data III. Id. Novembris Indictione V.

Anno dominicae incarnationis M.XX.II. Anno domni henrici secundi regnantis XX.I. Imperii uero eius VIIII. III. Id. Nouembris. Actum augusta feliciter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Notae chronologicae omnes inter se conveniunt. Advertendum tamen in anno incarn. unitatem rasam esse, cum antea lectus videatur annus 1023. Similis rasura conspicitur circa finem, post quam alio atramenso, coaeva autem manu, addita ultima verba:

»actum Augusta feliciter.« Quocirca tempus acti negotii non ad annum 1022., sed ad an. 1021. referendum erit, cum non constet, imperatorem post reditum ex Italia ullo unquam anno Augustae fuisse, illucque negotia imperialia tractasse. Dies et mensis *bis* notati ad errores calami pertinere videntur.

c) Ineditum, copiose tamen extractum ab Heyberger in Ichnographia 133 seq.

CCCXV.

Anno 1024. potius, quam 1023. 8. Mart. Babenberc.

Heinricus II. R. imperator ad altare S. Petri in ecclesia Babenbergensi, in usum canonicorum, donat et tradit praedium, quod Hicila, filia comitis Ottonis, habuit, in villa Slopece, in pago Ratenzgowe, et in comitatu Adalberti comitis.

(*Chrismon.*) In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Heinricus diuina fauente clementia Romanorum Imperator Augustus. Nouerit omnium Christi nostrique fidelivm universitas. qualiter nos pro remedio animae nostrae. et dilectae coniugis nostrae Cvnigvndae. imperatricis uidelicet augustae. tale praedium. quale Hicila filia comitis Ottonis in uilla Slopece. in pago Ratenzgowe. et in comitatu Adalberti comitis habuit. cum areis. aedificiis. terris cultis. et incultis. pratis. pascuis. aquis. aquarumque decursibus. piscationibus. molis. molendinis. siluis. venationibus. viis. inuiis. exitibus. et reditibus. quaesitis et inquirendis. mancipiis utriusque sexus, et insuper duobus. quorum nomina haec sunt
cumque omnibus vtensilibus. quae uel scribi. vel quoquo modo possunt nominari. ad altare sancti Petri apostolorum principis in babenbergensi aecclesia in usum fratrum ibidem deo famulantium perpetualiter habendum donamus. et de nostro iure in eorum

Digitized by Google

communem vtilitatem omnino transfundimus. Et ut haec nostrae traditionis auctoritas stabilis. et inconuulsa permaneat. hanc paginam inde conscriptam. manu propria roborantes sigilli nostri impressione iussimus insigniri.

Signum domni Heinrici (*Monogramma*) romanorum Imperatoris invictissimi.

L. S.

Ovdalricvs cancellarius uice Aribonis archicancellarii recognouit.

Data VIII. Id. Martii. Feria I. Indictione VII. Anno dominicae incarnationis M.XX.III. Anno domni Heinrici secundi regnantis XX.II. Imperii uero eius XI.

Actum Babenberc fideliter.

a) Sigillum impressum illaesum.

b) Feria I. sive dies dominica in 8vam Martii cadens, Indictio et anni tum regni tum imperii notati omnes respondent anno Chr. 1024., unde in expresso anno unitas errore calami excidit, sive potius adoptatus est stilus Romanus, annum incipiendi a 25. Martii.

c) Editum a Stumpf im Archiv für Franken. II. Heft 85, copiose autem extractum ab Heyberger in Ichnographia 135 sq.

d) Nomina duorum mancipiorum non sunt expressa, sed spatium vacuum illis est relictum.

Digitized by Google

Digitized by Google

Lectori.

Præfatio desiderata, finita Parte II. hujus Voluminis, Registrum autem ad finem horum Documentorum lucem aspicient; quod Lectorem benevolum hisce monere voluimus.

Digitized by Google

MONUMENTORUM BOICORUM

COLLECTIO NOVA.

VOLUMINIS XXVIII.

PARS ALTERA.

Digitized by Google

Digitized by Google

Codices Traditionum

Ecclesiae Pataviensis, olim Laureacensis.

Digitized by Google

I.

(Cod. antiquissimus.)

Cartae de traditionibus

ad

Stum Stephanum de Rotahkauue.

(*Titulus prioris manus.*)

Traditio Yrminsvinde ad eclesiam Sapienciae quod dicitur Chiripahc. et cum cunctis rebus ad Sanctum Stephanum. (*Titulus paulo recentioris copiae.*)

I.

Sub Walderico Episc. 774 — 800.

Nihil enim ut ait apostolus [1]) in hoc mundo intulimus nec quicquam ex eo nobiscum auferre poterimus. nisi quod ob animae salutem locis sanctorum vel in substantiis pauperum conferimus. Ideoque uuillihelm inprimis in uiride silva incipiens aedificare cellulam suam una cum sanctis monialibus *sub regula sancti Benedicti* et aedificavit ibi domum sanctae mariae et sancti Michaelis. et tradidit hereditatem suam ad cellulam illam cum consensu *huotilonis* ducis. et haec traditio ante fuit facta sub tempore *hucperti* ducis. sed postea adfirmabat traditionem illam cum

---

[1]) secunda manus: apostolo dicente.

Digitized by Google

consensu *hottilonis* et tradidit cellulam illam filiae suae nomine *Yrminsuind* cum illis sanctimonialibus ut suam oblationem deo offerret et locus ille ducitur *Chirihpah.*

Et ego *Yrminsuind Domine mi rex.* una ex ancillulis vestris incidi in languorem maximam [2]) metuensque diem extremam mortis meae, convocavi ad me virum venerabilem *uualtrihhun episcopum* pariterque viros consanguinitatis meae. Una cum consensu eorum tradidi cellulam meam quam mihi pater meus tradidit atque moriens dereliquid in manu sanctimoniali nomine *Sapientia* filia [3]) sororis meae et post obitum ejus tradidi sanctimoniali nomine *Ymma* et postea tradidi illas cum ipsa cellula una cum ipsis sanctis monialibus uualtrihho episcopo ut esset sub dominio et mundeburde [4]) protomartyris *Stephani* et statui ut Sapientia in loco uicis meae succederet. Si autem quod absit a rectitudine normae [5]) discrepare vellet. a jam dicto episcopo regulari vindictae subiacere deberet usque ad veram emendationem. Ipsaque Sapientia oblationem quam ego elymosina patris mei seu parentum meorum facere consueram [6]) in omnibus adimplere curaret. Insuper etiam petii a consanguineis meis ut verba mea seu voluntatem meam gloriosissimo *regi Carolo* indicarent. et cum illius jussione atque voluntate voluntas mea esset adimpleta in mercede ipsius. et si Domini pietas me ex infirmitate evadere concederet. ipsa vellem ad vestigia pedum ejus pervenire. Si quis vero quod fieri non credo si ego ipsa aut aliquis de viris parentulitatis meae contra hanc cartulam venire aut eam infrangere voluerit cum supra dicto martyre in die judicii deducat rationem et partibus regis componat aliud tantum et quod repetit vindicare non valeat. Sed haec traditio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. Actum est hoc in loco qui di-

---

2) secunda man. maximum.
3) sec. man. filiae.
4) sec. man. mundeburdio.
5) sec. man. norma rectitudinis.
6) sec. man. consueveram.

Digitized by Google

citur *Pazauua* [7]) sub die V. Id. Maii. Et haec sunt testes: Rihheri tes. Gotahelm tes. Davit tes. Rantolf tes. rihhelm tes. hrodperht [8]) tes. diac. [9]) walthelm tes. Pern tes. Ellinhelm test. Frehholf tes. Hunspoald tes. Romanus tes. Ego Ato indignus vocatus presbyter per jussionem Waltrichi episcopi et cum concensu Yrminsuuinde hanc cartulam scripsi et subscripsi et ipse sum testis [10]).

II.

Fragmentum cujus initium deest, manu priori. (Attingit tempora Romanorum, circa ann. 450 — 480.)

. . . . . Quantum praecium uinditoris. ad emtoris de presente. acceperunt. et rememoratum. runcum tradiderunt. emptori. demenio in perpetuo possidendi. emptor fidem quaerit uinditoris. fide spondiderunt. et sic dixerunt. sed de proximis. aut de extraneis. personis. contra hunc strumentum. refregare. uoluerit. tunc se spondiderunt. uinditores. emptori. dupla. pecunia. esse. reddituri. et pagina uero strumenti in suam permaneat. firmitatem. stipulatione. interposita. actum. in uico. *fonaluae* die consule. et testes. de presente. rogaverunt. sign. manus *mairani*. dominici. et dominicantes. qui strumentum fecerunt. sign. manus floriti. praepositi. testes sig. manus. uigili. militis testes. ego quartinus qui escripsi. [1])

---

[7]) sec. man. Pazouua.

[8]) sec. man. Ruodpert.

[9]) reliqua omnia ex copia secundae manus, quia prior mutila.

[10]) Notitia manus secundae prius notata est postrema ejusdem manus. Quae sequuntur, scripta sunt manu tertia et manibus coaevis fine saeculi X. aut initio XI.

[1]) Haec sane Romanos sapiunt: Romana nomina, Romanae formulae, Romana officia, Praepositi, scilicet legionis, milites. vid. Cassio-

III.

Tassilonis tempore 770 — 781.

In Christi nomine. haec sunt nomina. hominum. quos *machelmus* uir clarissimus. tradidit. ad aecclesiam. sci *Stephani* et ualentini. ad uicum qui dicitur. *eckiolfincus* et sunt liberi. numero. VIIII. hrodolf. uualto. hramnolf. perolf. zacco. horskeo. ekinolf. uuanolf. uuilleof. perahart. peracrim. duorum illorum terra est propria ad illam aecclesiam. ad *echiolfinicus*. peraharti et peracrim haec omnia quanta tradidit *Machelmus* ad ipsam aecclesiam. hi sunt omnes qui audierunt. et uiderunt. et toti sunt testes pauperes traditi [1]). Sign. manus hrodperti presbyteri tt. altman. tt. mekilo. test. Humpert. tt. alamannus tt. Titto tt. chuntilo. tt. into. tt. Snello tt. cundalpald. tes. Luitperht tt. cotadeo. tt. angilhart. tt. lantfrid. tt. mekinhelm. machelm. ulit tt. aso tt. uualthat tt. nendilo tt. heriprant tt. deotto tt. pero. adalpert. Kerpert. hrodart. ermanolt. reckeo. eparahar. rekinolf. deotuni tt. Epo uaato presbit. scripsi. jussus a *machelmo* comite et testes subscripsi.

IV.

circ. 788. cnfr. N. 6.

Clamat uox egregii praedicatoris omnibus pie uiuentibus. qui fideliter diuinam religionem cultu perpetuo coluntur his uerbis

---

dorum Variarum libr. VII. formula IV., quae praecipit, ut milites Duci Rhaetiarum commissi vivant cum provincialibus iure civili; confr. etiam Notitia imperii romani, ubi officia Praepositorum inter multa alia occurrunt.

[1]) Forte legendum: per aures tracti.

Digitized by Google

suis auditoribus adiunxit unusquisque propriam mercedem accipiet secundum suum laborem denique ego nomine *ratolf* cum diuinis oraculis animatis ob multorum dei cultorum inbutis. coepi deum colere cum moribus. atque hisdem opera adiunxi. tradidi atque transfundi propriam hereditatem meam dimissam mihi ab antecessoribus meis multis ad altarem beati stephani martyris Christi itidem confessore sancto ualentino in batabis ciuitate in tumulo quiescente cum . . . . . (*cetera deficiunt in hoc fragmento.*)

V.

Ann. 805.

In Christi nomine ego *uuerdni* cogitavi pro anima mea seu pro aeterna retributione. dono atque trado propriam causam meam quod mihi mari aqua qui dicitur *antesna* cum domibus aedificiis meis mancipiis terris ruris et pratis cultis et incultis aquarumque cursibus et omnia utensilia mea quod in isto loco habeo post obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum Stephanum et hoc addimus et annuntiamus quod ad missam sancti ualentini reddire debeo. unum solidum auri vel argenti per singulos annos. et haec sunt testes. rantolfus test. Ratolt test. Chuntilo test. cundraat test. adalhart test. odalrih test. adalhaoh test. pern test. ratheri test. actum est autem in ciuitate *pattauis* indictione XIII. in V. id. feb. in dominico die [1]) haec carta firma permaneat.

VI.

circ. 788. cnfr. No. 4.

In Christi nomine. et cum suo auxilio sancto. Ego nomine proprio *ratolt* tradidi omnes facultates meas ad altare sancti Ste-

[1]) Dies dominica Indictio XIII. et V. Id. febr.) 9. Febr. (conveniunt an. 805. et 850.

Digitized by Google

phani primi martyris cum campis et pratis cum culta terra atque inculta simulque et cum mancipiis et cum omnibus utensilibus eorum juxta aquam nuncup. *raota* pro remedio animarum genitorum meorum et pro absolutione delictorum meorum coram omnibus praesentibus nobilibus et ignobilibus qui tunc ibidem erant. et testibus confirmaui et firmatum est. De cetero notum sit omnibus deum timentibus et ejus praecepta seruantibus. quod in prestationem accipi ipsam terram ab ipso altare sancti stephani dum uitam meam finiam. Et post meum quoque discessum stet haec traditio firmata ad sanctum stephanum et ueris uinculis connexa et firmior sit ferro et insolubili uinculo ligata. et haec sunt nomina testium. rihari test. Kuntilo test. hugo test. herirat test. heinefrid test. pippi test. cumdakar test. cakanhart. tozi. ratolt. adalhart. hiltiker. adalperht. —

VII.

Sub Tassilone Duce 748 — 788.

In nomine domini dei salvatoris nostri lhesu Christi temporibus gloriosissimi ducis *tassillone* anno ducatui ejus nom. indictione illa ego *etpurc* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre trado itaque omnia quae in illo loco qui dicitur *mazzinpah* habui ex integro servos ancillas pratas rures campis silvis aquarumque decursus mobile vel inmobile cultum vel incultum ad basilicam sancti *Stephani* et sancti ualentini pro redemptione anime meae ut ibi sit firmum et stabilitum siquis autem contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimi sancti stephani et carta haec nihilominus firma permaneat et hii testes uuillihelm

Digitized by Google

presbyter test. Hato. diac. test. peto diac. test. anno diac. test. nazarius cler. test. into. t. rodker. scribsi autem ego petto hanc cartam traditionis jussus a summo principe tassilo. acta sunt autem haec in villa publica nuncupante pazauuua. regnante domino nostro Ihesu Christo in secula seculorum [1]).

VIII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In Christi nomine. ego *aarhart* trado hereditatem meam pro remedium animae meae apud pio domino veniam mereamur accipere. vel remissione peccatorum ad basilicam sancti Stephani atque valentini. constructam in civitate quae vocatur pazauue portionem meam in villa nuncupante *antesna*. in pago *rotahgauuae*. quicquid ibidem ad praesens tam de hereditate parentum uel de quocunque adtractu possidere videmur. totum et ad integrum ad praefatam basilicam uoluisse donatum. cum terris domibus mancipiis silvis campis pratis pascuis aquis aquarumque decursibus rem cultam et incultam ut quicquid jam dicte ecclesie episcopus pro oportunitate ipsius basilicae elegerit faciendi liberam in omnibus habeat potestatem. Si quis uero quod futurum esse non credimus quod absit aut aliquis de heredibus meis seu qualibet persona contra hanc donationem uenire aut eam infrangere uoluerit. inprimis cum sancto stephano habeat rationem. donatio haec omni tempore firma et stabilis permaneat. gloriosissimi regis Caroli. Isti sunt testes: Into. Rantolf. craos. poso. Cundhrat. —

IX.

Sub Carolo Imperatore et Waldrico Episcopo. 800 — 804.

Dum residissent missi serenissimi. imperatoris. *Karoli* in fisco publico ad *inzinga* adquirendas causas. *arn. archiepiscopus* et

---

[1]) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. Tom. I. pag. 245. No. VII.

uualdricus episcopus et predictus *abbas deotker.* seu iudex. *Kyslehart.* ibidem in loco. *rantolf comis* aderat et omnis turba qui ibidem aduenerat in presentia ipsorum exquirebat. uualdricus. episcopus istum hominem *eponem.* ad seruitium beati sancti stephani et sancti ualentini et ipse *epo* in presentia illorum tradidit se ipsum cum filiis et filiabus suis ad seruiendum deo et sancto stephano seu uualdrico episcopo et hoc fuit factum in XIII. Kal. Martii modo deo auxiliante uualdricns episcopus iussit scribere hanc paginolam ut sciretis dipsius femina nominae hroduuar quod ipsa fuit libera genita et modo petimus deum omnipotentem ut nullus episcoporum seu et aliorum quibuscumque beneficiatum fuerit hoc diocesses ut nullus ipsorum hanc libertatem inire seu frangere conauerit. ut ista femina habeat potestatem. ingrediendi ad uirum suum tam quam si ipse fuiset liber. Denique quanti post istam conuentionem nati fuerint ex ea femina liberi sint semper deo auxiliante. et ego uualdpertus iussus a uualdrico episcopo indicauit scribere hanc paginolam. —

X.

Sub Waldrico episcopo 774 — 804.

Ego in dei nomine *cundalpereth* presbyter et fratres mei et alii proximi mei *Herfirid hrodhelm husito* tradiderunt aeclesiam sancti *Georii* in manu mea et ego cum illis tradidi aecclesiam istam ad altare sancti *Stephani.* et sit in manu mea dum uixero. et post transitum meum sit donatio ista firma ad altare sancti stephani. et nos pro remedium anime nostre remissionem peccatorum nostrorum ut ueniam in futurum consequi mereamur que in perpetuum esse uolumus. et ideo nos tradidimus ecclesiam sancti *Georii* ad altare sancti stephani cum termine suo cum ad fetemuis [1]) adiunctis appendiciis acolabus mancipiis uiniis siluis

---

[1]) Fors. legend. adjacentiis.

Digitized by Google

pratis aquis aquarum uel decursibus cum pascuis gregibus peculium utrisque sexus majore vel minore mouilibus et inmouilibus quicquid dici aut nominare potest. Si quis vero facturum esse non credimus nos ipsi quod absit aut aliquis de heredibus nostris seu qualibet persona calliditate commotus aut cupiditate prouentus ullo unquam tempore contra presente epistula cessionis nostre quam propter sancti loci spontania uoluntate fieri decreuimus uenire aut aliquid agere uoluerit tergiversatur extiterit. anatheme sit et conponat sicut lex est auri liberas II. argenti pondora V. et haec testes tt. cundalpereth presbyter tt. hutto. tt. Kerfrid. tt. hrodhelm tt. agilperech tt. husito tt. ezino scripsi autem ego nidkerus domni episcopi *uualtrihi*.

XI.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego *rodheri* pro remedium anime meae seu pro retributione uite aeterne dono atque trado et transfundo de mea propria hereditate atque quaesitione terram cultam et incultam ad sanctum *Stephanum* iuxta aquam qui dicitur *rota* terram domoque et horreo cum curte cum casale cum horto et cum pomerio cum campibus et pratis cum seruis et ancillis et omnes facultates meas trado ad sanctum Stephanum et stet firmatum in sempiternum et ita oro omnipotentem dominum ut si quis de heredibus meis uel cujuslibet persona hanc traditionem inire seu frangere conauerit coram summo deo [1] reddat rationem et sancto stephano primo [2] martyre in fisco auri uncias XII coactus soluat domni regi quia contra legem egit [3]

---

[1]) Hic incipit fragmentum ejusdem notitiae manu secunda scriptum et insertum post Num. 27.

[2]) In fragmento: Protomartyre.

[3]) In fragmento: facit.

Digitized by Google

et haec traditio firma permaneat in omni tempore in cosmo preclara. et haec [4]) sunt testes. aospald [5]) presbyter. urolf diaconus. et esaias diaconus. rantolf comis. tozi [6]). adalhohc. adalhart. clauperht [7]). caganhart [8]). lantpald. helfrich. altrat. mindeo [9]). adalker. uuezzik. nito.

XII.

Ante tempora Vivilonis episcopi 600 — 737.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. ego *Ortuuic* de rebus meis quod possedeam notitiam uos faciamus quod ego tradam ad aecclesiam sancti *Laurenti* omnia quod possedeam nisi quod forniscam (lectio dubia) in uita mea post obitum meum omnia tradam ad ipsius ecclesiam S. *Laurentii* campis silvis pratis aquis vel decursibus aquarum. haec sunt testes aodolt tt. cundhari tt. uuilleolf tt. Oto tt. adalunc tt. rodhart.

XIII.

circ. 818.

In dei nomine Igitur etenim ego nomine *pozim* pro remedium anime meae. seu pro retributione uitae aeternae trado et transfundo ad sanctum *Stephanum* de mea propria hereditate dimi-

---

4) In fragmento: hi.
5) In fragmento: uuospald.
6) In fragmento deest.
7) In fragmento deest.
8) In fragmento: Gaganhart.
9) In fragmento deest.

Digitized by Google

diam partem tale sic ego contra frater meus in partem tulissem sitam in pago *rotahkauuue.* juxta aquam qui dicitur *ezizinpah* post obitum meum stet firmatum in sempiternum ad sanctum Stephanum et haec sunt testes nomina eorum. inprimis madalgoz Kaganhart engilfrid. adalhart. freso. Kundachar adalperht engilker.

XIV.

Ann. 788.

In nomine domini nostri Ihesu Christi ego *et purc* et filius meus *into* considerantes qua gravamur sarcina. peccatorum iterum (lectio verisimilior) reminiscentes bonitatis dei dicentis. Date elemosynam et omnia munda fiant uobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam aecclesiam construximus altarem ereximus episcopum inuitauimus. ut hunc altarem atque ecclesiam benedicere dignaretur quod ita factum est. hoc est dotum hujus ecclesiae. unum calicem et una patena de argentu. duas planetas. I alba VI manicias. II corporarios. liutfridus et uxor ejus et du infantes ejus et terra ejus et quicquid habere uideretur. et alia mancipia quorum nomina haec sunt selpuni. ualthilt. ruodpirin. et media pars de terra *etpurge.* et media pars. ratolfi I cauallu. et II boeues I uacca XII porcos et uiginti oues. Nunc quippe ego etpurc et filius meus into tradimus atque transfundimus ipsam aecclesiam cum ipsa substantia ad ecclesiam sancti *stephani* in urbe qui uocatur *bazzauuae* ubi praeest uenerabilis *uualtrihhus* episcopus. Isti sunt testes. arhart. angilperth. chintilo. snello. cundacchar. altman. alto presbyter. uualdman presbyter. Nunc igitur ego *uualtrihhus* episcopus concessimus atque prestauimus ipsam aecclesiam et substantiam ejus usque ad obitum etpurge et post haec stabilis et firma haec carta permaneat omni tempore ad aecclesiam sancti Stephani atque valentini. et ipsi sunt testes de hac re quod supra memorauimus. Acta est haec carta regnante domno *charlo* rege franchor. atque langu-

Digitized by Google

partorum et patricio romanorum in primo anno quando adquisiuit gentem bajuuuariorum.

XV.

ao. Tassil. VII. h. e. Christ. 754.

Domno sacrosancte basilice [1]) sancti *Stephani* que [2]) est constructa in pago *Rotahgouua* [3]) in castro qui dicitur *Bazauua* ubi *Sedonius* episcopus preesse videtur. Ego in dei nomine *Into* cogitans multitudinem peccatorum meorum vel pro relaxando ipsis peccatis atque pro aeterna retributione permittente *Tassilone Duci* dono ad jam dictum episcopatum a die presente villa que [4]) est in pago Rotahgouua, que [4]) dicitur *Sulzzipah* [5]) quem [6]) mihi *Otilo* dux presentibus bonis bajouuariis hominibus perdonavit. donatumque in perpetuum esse volo cum omne sua marca. mancipiis. campis. pratis. silvis. aquis. aquarumque decursibus vel quicquid ad ipsam villam pertinere videtur. totum ad integrum dono [7]) atque transfundo. ut quicquid jam dictus episcopus de ipsa facere voluerit liberam atque firmissimam in omnibus habeat potestatem. Si quis vero quod fieri non credo si ego aut ullus de heredibus meis aut quislibet opposita persona [8]) hanc donationem quam ego bona voluntate et cum commeatu Tassilone Duci fieri et firmare rogavi. venire aut frangere temptaverit in-

---

1) manus antiquior: Sanctae basilicae.
2) man. ant.: quod.
3) man. ant.: Rotahgauue.
4) man. ant.: quae.
5) man. ant.: Sulcipah.
6) man. ant.: quae.
7) man. recent. abhinc aliqua ommittit, textus sumtus ex man. ant.
8) man. antiq. supplendum: contra.

Digitized by Google

primis usque de hac causa ad veram emendationem venerit iram Dei et sanctorum ejus vel penas inferni experire pertimescat. et non valeat vindicare quod repetit et partibus duci componat argenti pondua V. argenti libras III. et haec donatio a me facta omni tempore firma permaneat. Actum *Bazauua* castro publici. Quod fecit Augusti dies octo agente Tassilone Duci anno VII [9] Sign: *Into* qui hanc donationem fieri rogavi. sign: Rantolf. Megilo [10]. Antrih. Ratolf. Aodolt. Dieothelm [11]. Bodalunc. Hildiperhtus [12] vocatus monachus rogitus hanc donationem scripsit [13]. — *)

XVI.

circ. 812.

In nomine dei summi saluatoris nostri Ihesu Christi Igitur etenim ego nomine *adalfrid* seruus seruorum dei in timore Christi et amore proximi tradidi tercia pars hereditatis me unum seruum cum uxore sua cum facultatibus suis et alias mancipias. VIII. nom. anzo. rathelm. reginhelm. alpurc deotpurc. heripold. uuillipurc. madalperht. ad aecclesiam beati stephani prima marthyris pro remedium anime meae et absolutione delictorum meorum III. Id. martii coram omnibus. qui tunc ibidem erant praestationem accepi ab ipso altare sancti stephani id ipsam terram dum uitam meam finiam et post obitum meum quoque discessum stet ad ipsam altare firman cum testibus. tt. ratolt. pero. pern, ratheri.

---

9) man. recent. supplet: et hi snnt testes.
10) man. antiq.: Magilo.
11) man. ant.: Theothelm.
12) man. ant.: Hiltibertus.
13) man. ant.: scribis.
*) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. Tom. I. p. 242. Nro. I.

XVII.

an. 795.

Nihil tulimus in hunc mundum nec aliquid auferre possumus. Ego itaque *Madalgozzus* cogitaui aeternam habere me retributionem in caelo propter hoc tradidi et transfundi omnia quae habui ad sanctum stephanum ubi sanctus ualentinus requiescit in corpore et nihil relinqui. super casas et colonias et mangentes duo. et alias mancipias jumenta terram cultam et incultam silvas pratas aquarum currentia et omnia quae habui in uilla nuncupante *ezzinpah* et est secus flumina quae dicitur raota et nemo aliorum habeat potestatem post ea nisi ille episcopus qui preest domui sancti stephani et nostra conventio sic fuit quod si ueniat *madalhardus* filius meus et ille recipiat cum precaria et censum sancti stephani et illi episcopi qui preest domui ejus usque in obitum suum et post obitum ejus stet semper firmum ad sanctum Stephanum. et haec sunt testes qui audierunt et uiderunt hanc traditionem rantolf comis. Into chuntilo. perri. ratolt. pero. taozi. adalhart. itto. clauperht. isanker. aotker. adalhaoh. Kerhaoh. Ato. Siquis uoluerit hanc traditionem frangere aut ego aut alius de heredibus et coheredibus meis. primum iram dei incurrat omnipotentis et habeat luctam cum sancto stephano coram deo et angelis ejus et haec traditio. firma permaneat et est factum in III id. aprilis anno XXVII regni Caloni regis.

XVIII.

an. 788.

In Christi nomine ego *hiltinand* et filius meus adalhoh presbyter considerantes qua gravamur sarcina peccatorum iterum re-

Digitized by Google

miniscimini bonitatis domni dicentis date eleemosinam et omnia munda fiant uobis. de tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam tradimus atque transfundimus totam hereditatem nostram quod nobis contingit contra heredes nostros. in locum quae dicitur *raota* ad ecclesiam beati sancti stephani atque sancti valentini in urbae que dicitur bazauue ubi preest uualtrihhus episcopus hoc est campis pratis silvis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis servis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et inmobilium vel quicquid in hodierno tempore possidere videor. in ea tamen ratione ut post obitum meum firma et inlibata haec carta nihilominus firma permaneat. Isti sunt testes. hrodperht diaconus. Ipso diac. madalker. uzant. sigipald. azilo. acta est haec cartula. regnante. domno charolo. rege franchorum et langubartorum et patricio romanorum in primo anno quando adquisiuit gentem baiuuuariorum.

XIX.

Sub Waldrico episcopo 774 — 804.

In Christi nomine. Ego *meginhart* cogitavi vel pertractavi molam peccaminum eorum seu pro aeterna retributione in die judicii et pro redemtione anime suae et pro anima patre sua. vel matri et pro anima conjuge sua et pro anima filia sua. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam *bazaue* ciuitate et ad oratorium meum quod ipse aedificavi et quod *uualtrihus* episcopus dedicavit in XVII Kal. feb. *) heres mea que est in loco qui dicitur *Sulzipah* cum campis et cum pratis cum silvis cum aquis aquarumque decursibus cultis et incultis mobilium et in-

*) Pro dedicationis die XVII Kal. febr. i. e. 16 Jan. quae simul dies dominica esse debuit, tantumodo quadrant anni 780. 785. 791. 802.

Digitized by Google

mobilium et. III. pars de tota pecunia mea peculium utrumque sexum Siquis uero quod futurum esse non credo aut ego ipse vel aliquis de heredibus meis uel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoluerit inprimis a consortio omnium christianorum et a liminibus aecclesiarum extraneus efficiatur et juda traditoris domini nostri Ihesu christi perfruatur consortio. Isti sunt testes de hac cartula tt. camanolf. fritilo. rihpald. heriolt. uuodunc. frumolt. hitto. hiltirih. rekinolf.

XX.

Sub Reginhario episcopo 818 — 838.

Notitia qualiter isti iurauerunt pro illam marcam qua pertinet ad cellula qui uocatur *rota*. inprimis heimo [1]). arfrid. Ato. isanker liutol [2]). uuelaperht. arpeo. plidker. meiol Reginperht. Kerleip. perhtker. et postea illorum socii jurauerunt, Emiho. Anulo. haduperht. Reginhelm. helmperht. uuolfperht [3]). paldachar. altuni. uuiching. et postea illam in giro circumduxerunt. Actum fuerat coram illo episcopo *reginarius* seu *Herolde* [4]) com. similiter coram engildeoe com. et coram engilpalde uasso dominico in loco qui vocatur *trustara* [5]). quod antecessores nostri temporibus Karoli Imperatoris habuerunt et nos postea temporibus Luduuuici imperatoris usque dum *gisalhartus* sine inquisitione abstulit. postea jurauerunt homines XIII quorum nomina sunt. Ato. Isanker. Otker. Erchanperht. heriperht. madalgoz. Reginhart. sigiperht. frohelm. uuiniman. drasamunt. Altperht. aeparhelm et firmauerunt ad sanctum Stephanum.

---

[1]) Brevior notitia: Hemo.
[2]) Brev. not.: liutolt.
[3]) Brev. not. inserit: perhtger.
[4]) Brev. not.: geroldo.
[5]) Brevior notitia super marcam ad Rotam inserta fuit traditionibus pagi Matahgau.

Digitized by Google

De illa cellula que uocatur *Rindpach* qua fuit in potestate sancti Stephani temporibus Imperatoris seu in illorum episcoporum *uualtrihi* episcopi. et *urolphi* episcopi. atque hatoni episcopi [6]) et ego in potestate habui usque dum [7]) ernus sibi eum injuste rapuit.

Ad *Chalpaha* qui uocatur *eotindorf* habuit *ipurkc* ibidem. illa reddidit oeconomus ejus coram *Kerolte* com. atque misso dominico et in presentia nostra seu in manus uocati nostri non potuimus ad uestituram peruenire.

Ad *perinpah* unam basilicam sine quisitione a sancto stephano raptum est ad *filusa* quod onhart tradidit ad sanctum Stephanum et vestivit.

XXI.

ann. 788.

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Ego *hrodin* et soror mea *uuantila* considerantes qua gravamur sarcina peccatorum iterum reminiscimini bonitatis dei dicentis. Date elemosina et omnia munda fiant vobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hanc causam tradimus atque transfundimus totam hereditatem nostram seu in quesito nostro ad aecclesiam sancti stephani atque sancti ualentini in urbe qui uocatur *bazauue*. ubi praeest uualdricus episcopus hoc est campis pratis silvis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis presidiis peculium utrumque sexum mobilium et inmobilium vel quicquid in odierno tempore possidere videor in locum que dicitur *haohunsteti*. dum diu uiximus in potestate nostra fiat. post obitum nostrum firma et inlibata hec carta nihilominus firma permaneat. Isti sunt testes. Isso presbyter. rihholf prb. Immo diac. aotker diac. pippi. Ker-

---

6) Hi tres episcopi praefuerunt 774 — 817.

7) Ernustus (legendum).

Digitized by Google

uualh. azilo. sikimar. uuolfperht. Kakanhart. cnito. acta est haec cartula regnante domno charolo rege franchorum atque langubardorum seu patricio romanorum in primo anno quando inquisiuit gentem baiuuuariorum.

XXII.

ao. 779. al. an. Thass. XXXIII. nisi potius ante ann. 775, quia Wisurich episcopus ob. 774. (Ex duplici notitia.)

In nomine Domini nostri Ihesu Christi Temporibus gloriosissime ducis tassiloni [1]) Anno ducatui mei [2]) tricesimo indictione secunda. Ego *tassilo* trado atque confirmo ea quae ad ecclesiam S. Martini pertinent in loco nuncupante *Chirihheim* ad basilicam Sancti *Stephani* et sancti *ualentini*. seruos et ancillas seu tributales rures pratas campos. siluas. aquarumque decursus. mobile et inmobile cultum et incultum. omnia ex integro ut diximus trado ad illam aecclesiam ut ibi sit firmum. et stabilitum. Si quis autem ulla opposita persona vel ego ipse quod fieri non arbitror aut aliquis de heredibus meis hec irrita facere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimo Sancto *Stephano*. et *Sancto Valentino. et beato petro apostolo*. et carta haec nihhilominus firma permaneat. Et hi testes tt. [3]) duci *tassiloni* qui hanc cartam traditionis fieri mandauit [4]) tt. [5]) Vuisurihhi episcopi [5]) qui

---

[1]) Secunda manus: Tassilonis.
[2]) Manus secunda ommittit: mei.
[3]) Manus secunda ommittit: tt.
[4]) Man. sec.: jussit.
[5]) Man. sec.: vuisarih episcopus.

Digitized by Google

dedit propter hoc duas argenteas vasas [6]) et duos pallios [7]) et duos caballos et illa pecunia que habuit ad *incingas*. testes. *Virgilio* episcopo [8]) rogitus a uuisuriho episcopo 9) tt. Adalpehrt abbas [10]) tt. Machelm [11]) utih [12]). Gundpald. Reginolf. Adalger. Scripsi autem ego Snelhart indignus peccator [13]) tamen diaconus hanc cartam traditionis. jussus ab Domno *tassilone*. Acta sunt autem haec in civitate publica nuncupante *reganespuro* [14]) regnante domino nostro in secula seculorum amen [15]).

XXIII.

Sub Tass. duc. et Waldrico episcopo 774 — 788.

In dei nomine saluatoris nostri ihesu Christi temporibus gloriosissimi anno ducatui ejus nm. Indictione.

Ego *adalhart* cogitante me de aterrena [1]) beatitudine seu de poenali judicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christoque adhaerentes uiam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia quae in illo loco *pholesauuua* ex integro seruos et ancillas pratas rures campis. siluas

---

6) Man. sec.: duo argentea vasa, (sed cum rasura aliqua.)
7) Man. sec.: duo palia.
8) Man. sec.: Virgilius episcopus.
9) Man. sec.: ommittit rog. a uuisur. episco.
10) Adelbert Abb. Tegernseens. conf. M. B. VI, praefat. pag. 6.
11) Man. sec.: Maghelm.
12) Man. sec.: ommittit utih.
13) Manus secunda ommittit: peccator tamen.
14) Man. sec.: regenespurch.
15) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. Tom. I. p. 243. N. IV.
1) (Legend.: aeterna).

Digitized by Google

aquarumque decursus mobile et inmobile cultum et incultum ad basilica sancti stephani atque sancti ualentini. Ego *adalhart* pro redemtione animae meae ut ibi sit firmum et stabilitum. isti sunt testes. frumold. uuicnand. ratnand. meginheri. ratolf. uuigo. orilon prb. aluho. isanfrid. Scripsi ego contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire voluit iram dei *omnipotentis* incurrat et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano atque sancto ualentino et carta haec nihilominus firma permaneat.

XXIV.

Sub Carolo Imperatore 800 — 806.

In dei nomine ego *friduperht* et ego *takaperht* pro remedium animae nostrae seu pro retributione uitae aeternae donauimus atque tradidimus et nostra propria hereditate atque quaesitione terram cultam ad sanctum Stephanum sitam in pago *rotahkauue* juxta aquam qui dicitur *uuolfaha*. terram. cum domo cum orreo cum curte cum casale cum orto. et cum pomerio cum campibus et pratis cum seruis et ancillis et omnes facultates nostras et utensilia nostra tradidimus ad sanctum Stephanum post obitum nostrum stet firmatum et ordinatum in sempiternum ad usum fructuarium et ita oremus et respiciamus ad deum. ut siquis de heredibus meis aut aliquis homo hanc traditionem frangere conauerit currat in iram dei ac sancti stephani primi martiri et duodecim uncias coactus soluat domni caesarii quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes et nomina eorum adalperht. socco. engilhart. nidhart. hartmot. Treso. reginhart. paturih. ratperht.

Digitized by Google

XXV.

Sub Arnone Episcopo Salisburg. 785 — 797.

De beneficio sancti stephani Noticia quendam uir nomine. *Tagadeo* erat nobilis sicut in prouincia solent fieri conuenit itaque. quod *roodlant abbas* et *roodbertus* quaesierunt unum benefitiolum ad ipsum superius dictum In praesentia *arnoni episcopi* in uilla nuncupante *aotingas*. dixeruntque quod ipsad benefitium in illorum potestate maius deberet consistere quam in alterius cum ipso possessore nomine roodunc et a econtrario ipse tagadeo resesponsum dedit ut taliter numquam fuisset factum neque uisum neque auditum. de eo nec de ullius proximis suis et iudicatum est inter illis. ut ipse tagadeo iurasset cum fratre suo nomine uueladeo. ut et ipse rodinc tocius cum ipso benefitiolo debuisset consistere in suum seruitium quam in ullius alterius. et iurauit ipse eadem iuramentum et iudicatum erat et finitum inter illos est et per ipsum sacramentum uoluit iurare. into. castaldius cum sacramentalibus suis. cum amm et snellin. et altrate. et cum ceteris ut edem causa fuissent uidentes et audientes. et firmantes ubique Iterum eadem causam dom. arn episcoqus recepit. uoluit. posteriorem sacramentum audire dixitque. et illos similiter credere et nullum hominem amplus pro eadem causam inquietare licere *).

*) Hic finis manus antiquissimae et quaternionis pro pago Rotagau. Pro eodem pago incipit manus secunda.

Digitized by Google

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Rotahkowe.

XXVI.

ao. 847 et juxta Indictionem 848.

Notitia qualiter *hludouuicus rex* capellam ad inzingon. Engildeo diacono commendauit dirigere et reuestire sanctum stephanum et hartvuicum episcopum cum emunitate manus ipsius regis ita tamen ut dum ipse supradictus engildeo. et mater ejus aduixerint usu fructuario habeant et emeliorata dimittant ad loca supradicta. Hii sunt testes. vualtilo. Engilpold. Teuid. hardker. vualtunc. Amalrih. hiltrih. Ratolt. Liutrih. erlapold. Gundheri. Actum in ciuitate pattauia. Anno domini DCCCXLVII. Regnante hludouuico rege anno Indictione XI. V. Id. Maii.

XXVII.

ao. 834. cum actis praecedentibus 788 — 804.

Dum fragilitas humani generis pertimescit ultimum uitae temporis subitaneam transpositionem esse uenturam. Oportet ut non inueniat unumquemque hominem in utroque sexu inparatum ne sine aliquid boni operis refectione migraret de seculo. Sed dum in iure suo et potestate consistit preparet sibi uiam salutis per quam ad eternam uitam ualet peruenire. Sacra scriptura testante qui hic domino largiturus erit parua. accipiet centupla in eterna uita. Quapropter quendam matrona nomine *vuerdni* temporibus domni Karoli beatam memoriam dum uualdrichus episcopus uice

Digitized by Google

pastoris precesset sedem sancti stephani. quod est constructum in ciuitate pattauiae. ipsa quoque supra dicta matrona coepit sollicita intentione uitam incertam mundi istius Sollerter intuere ac procurare salutem animae suae et hoc quod possedit in loco qui uocatur ad antesnam fluminam ipsud quoque. quod ei vir suus *engilpreht comis* ad legitimum dotem concessit et per testimonia plurima ei confirmauit. Hi sunt testes. hludouuich. chuntilo. snello. isanger. adalhoh. irminfrid. otker. retcho. into. adalfrit. ratheri. Gerhoh. ato. Kundrat. Kangolf. vuigo. erchanhart. Ipsum quoque praefatum locum quod situm est iuxta flumine qui uocatur antesna pro amore uitae aeternae tradidit pleniter ad sanctum stephanum cum omni integritate quicquid ibi habere dinoscitur. et per plurima testimonia confirmauit ea uero ratione ut illud sub ipsius potestate consisteret in uita sua. et hi sunt testes. Rantolf comes. Ratolt. chuntilo. Gundrat. adalhart. odalrih. pern. Ratheri. Haec uero per plurima tempora dilabionis nunc in spacio praesenti huius temporis ipsa praedicta matrona N. vuerdni. coepit ualde fortiter egrotare. pene uitam finiri sed. dum esset in illa ualida infirmitate rogauit annum chor episcopum ipsius sedis adduci ad se et tradidit omnem traditionem in manu sua et ita per plurima testimonia confirmauit et hi sunt testes. Chuniperht. Patarih. Meginhart. Ruodiac. Domino quoque miserante ipsa est recuberata et ad uitam istam reuersa est et iam regressa est ipsa ad ecclesiam sancti stephani praesente reginhario episcopo cum omni familia domui ipsius cum ceteris uiris nobis quam plurimis. insuper haec omnia tradidit iterum semet ipsam ad altare sancti stephani cum omni integritate substantiam et possessionem suam in illo praedicto loco ceteris edifitiis cum mancipiis nominatis. odalpald. meginperht. adalpald. Gerolt. adalhelm. vualthart. Liupsuind. merina. terram cultam et incultam siluam omnem proprietatem suam quod ubicunque habere uidebatur et in ipsa hora traditionem suam anteriorem et posteriorem iterum renouabat in uice tercia omnia haec et ipsam traditionem reddidit in manum ipsius episcopi ut omnia sua essent deinceps a die praesente in potestate et dominatione eiusdem aecclesiae episcopo et ipsius familiae sine ulla commutatione firmum et stabilitum ad illum do-

Digitized by Google

mum dei permaneret perpetualiter inconuulsum. Hi sunt testes Luidperht. patarih. ihho. rihhart. uuelamuot. helpfrid. irminger. snello. rantolf. irminperht. othelm. Grimparht. et postea iterum quarto tempore supradicta renouabat et cum testibus iterum firmauit. Hi sunt testes. Gerolt. irminperht. meginhart. patarih. vuichelm fricho adalhoh. Actum erat anno incarnationis DCCCXXXIIII. Indict. XII. VII. Kal. aug. in patauia ciuitate. —

XXVIII.

Sub Richario Episcopo 899 — 903. (Ex duplici notitia.)

In nomine domini nostri Ihesu Christi. Nouerit namque omnium fidelium industria [1]) sanctae dei ecclesiae. tam praesentium quam et futurorum. Qualiter ego *Fato*. humilis clericus. tradidi quasdam res proprietatis meae ad S. Stephanum protomartyrem Christi. sanctumque [2]) confessorem Ualentinum. Et ubi uenerabilis episcopus Rihharius regulariter. atque canonice Patauiensi sedi diuina largiente gracia preesse cognoscitur. hoc est in loco nuncupante *Heiminga*. specialiter *hufzahus* [3]). iuxta fluuium qui uocatur *Salzaha* australi parte predicti fluminis. et septentrionali in loco qui dicitur *Holzhusa*. cum mancipiis ibidem seruientibus. cum aecclesia [4]). et curtis. septis. casis. curiis. aedificiis terris. agris [5]). pratis. pascuis. silvis. aquis. aquarumue decursibus cultis et incultis. mobilibus et inmobilibus. et cum omnibus appendiciis et ad-

---

[1]) In altera notitia verbum *industria* sequitur post verba: quam et futurorum.

[2]) In altera notitia insertum est: *dei*.

[3]) In altera notitia legitur: *Ufzahus*.

[4]) In altera notitia verbum *curtis* ommissum est.

[5]) In altera notitia inseritur: *cultis*.

Digitized by Google

jacentiis earum. in manus supradicti episcopi *Rihharii.* et *Engilbarni* Aduocati ejus. Haec omnia jure hereditario tradidi. atque transfirmaui. Ea uidelicet ratione. ut quicquic [6]) *beneficii* ex supra scripta sede habere uisus sum ex hodierno tempore vsque ad terminum uitae meae. securiter. et absque ulla animositate. jam dicta traditio. me habere liceat. Et ut haec cartula utriusque traditionis. firmior habeatur. istis testibus praesentibus confirmatam et inconuulsam firmitatem esse decreuimus. Quorum nomina subter inserta uidentur. Altman. Gundpert. Otperht. Irminolt. Diotger. Chuniperht. Cotuni. Engilpreht. Oto. Engiluuan. Humperht. Reginolt. Adalperht. Actum in eadem ciuitate *patauiae* sub die Non. Maj feliciter in dei Nomine amen.

XXIX.

ann. 788 — 800.

In Christi nomine. Ego *Claupreht* pro remedium animae meae seu pro retributione uitae aeternae dono. atque trado de mea propria hereditate atque quesitione terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum. sitam in pago *hrotahgouue* in loco qui dicitur *tuttinga* terram cum domo. cum horreo. cum curte. cum casale. cum horto. et cum pomerio. cum campibus. et pratis. trado ad sanctum stephanum et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis. vel cu-

---

6) Hic desinit prior notitia, cum reliquis duobus foliis studio excisis. Altera notitia ultima est traditionum in pago Matahgau. Fragmentum primae notitiae excipit finis alterius fragmenti, cujus lectiones variantes supra in No. 11. habentur. Continuatio in No. 89., eadem secunda manu scripta, relicto ordine pagorum, quem Codex hucusque ut plurimum secutus est, exhibet promiscue notitias, intermixtis etiam copiis diplomatum et aliorum documentorum.

juslibet persona hanc traditionem inire seu frangere cōnaverit coram summo Deo reddat rationem et sancto Stephano primo martyre in fisco auri untias XII. coactus soluat domno regi et contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. Et hi sunt testes. Apalhart. Ratolf. Svntheri.

XXX.

Ann. 812.

Haec traditio Romani et Gerhardi in Christi nomine et cum suo auxilio sancto. Ego enim *Ruman* et *Gerhart* tradidimus omnes facultates nostras ad altare sancti stephani cum campis et pratis cultam terram. atque incultam. simulque cum mancipiis et omnia utensilia eorum in loco nuncupante *tuttinga*. et *perinpah* pro remedio animarum nostrarum. et pro absolutione delictorum nostrorum coram omnibus praesentibus nobilium et ignobilium. qui tunc ibidem erant et testibus confirmauimus et firmatum est. De cetero notum sit omnibus deum timentibus et ejus praecepta servantibus quod in praestationem accepimus ipsas facultates nostras ab ipso altare sancti stephani usque dum uitam nostram finiamus et post nostrum quoque discessum. stet haec traditio firmata ad sanctum stephanum. et quisquis nostrum suprauixerit alterum habeat ipsas ambas facultates nostras. usque dum uita sua finiatur. et postea sint firmas ad sanctum stephanum et ueris uinculis connexas et firmiores sint ferro. et insolubili uinculo ligatas.

Actum est autem hoc feria V. die VIII. Kal. julii ad missam S. Johannis. indict. V. *) et hi sunt testes. Pero. Ratolf. Hiltiger. Landfrid. Vuigo. Engilhart, Sigimar. Selpker. Sipiho. Peregrim. Otheri. Salaho. Kauuant.

---

*) Indict. V. feria V. et VIII. Kal. Jul. fest. S. J. Bapt. — 24. Jun. — tantum conveniunt ao. 812.

Digitized by Google

XXXI.

an. 821.

In nomine domini nostri Ihesu Christi Notum sit omnibus uobis hic audientibus vel aspicientibus nobilibus vel ignobilibus Quia ego igitur N. *strutolf* propriam heredidatem meam trado et transfundo *Reginhario* episcopo hoc est in loco qui dicitur ad *chuningaropah* ita dono vel trado ipso praefato episcopo uenerabili cum domo cum curte cum horreo. cum mancipiis et pecoribus cum terris cultis. et incultis. cum pratis. cum campis. vel omnia quicquid in ipso loco possessio mea uidetur. ita ut ab hac die praesente talem potestatem habeat iam praefatus episcopus reginharius in propriam alodem suam firmiter deinceps habeat tanquam de patre suo in hereditatem ei dimittetur. absque ullius contradictione parentum meorum habeat contra uictum et uestimentum meum usque in uitam meam per hanc traditionem. Hi sunt testes per aures tractati qui uiderant et audierant. Isker. Gotaperht. Erchanperht. Ellandieo. Adalgoz. Reginperht. Madalgoz. Gotadeo. hrodachar. Salucho. Ramuuolf. Actum est autem hoc in loco juxta flumina quae uocatur rota. die mensis XIII. Kal. Maii Indictione XIIII. anno domini hludouuizi imperatoris. VIII regni sui.

XXXII.

ao. Chr. 806. — Imperii Car. M. VI.

In dei nomine. Ego *Altrah.* pro remedio animae meae trado et transfundo propriam hereditatem meam quod mihi pater meus moriens dimisit *Heilo.* terram cultam et incultam ad sanctum Stephanum sitam in loco qui dicitur *Scardinga.* et omnes fa-

cultates meas. terram cum domo. cum horreo. et aliis aedificationibus qui in illo loco sunt. stet firmatum. et ordinatum ad sanctum Stephanum usque in sempiternum. Et ego *Vrolf* tamen per dei misericordiam uocatus episcopus memoraui dicta S. Johannis. qui uiderit fratrem suum necessitatem pacientem. et cetera. per dei timorem et amore proximi prestavi ipsam rem sicut *ante* numeratvm est homini *altrati* post obitum ejus stet firmatum et ordinatum usque in sempiternum. Et hi sunt testes. Ratolt. altrat. Sigihelm. Geparhoh. hitto. ihho. Rihgouuo. heidanrih. folcrih. isanhart. Gotaperht. Actum est hoc regnante Imperatore Karolo. IIII An. Indict. XIIII mensis VII Id. Aprilis. —

XXXIII.

Sub Carolo rege. 788 — 800.

In nomine dei summi. temporibus gloriosissimi regis Karoli. Ego *gundolf* cogitante me de eterna beatitudine sev de poenali iudicio. qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam. ob hanc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia que in illo loco qui dicitur *pholesouue* habeo. ex integro seruos et ancillas. pratas. rures. campos. siluas. aquarumque decursus mobile vel inmobile cultam vel incultam ad basilicam sancti stephani. et sancti valentini. pro redemtione animee meae ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartam traditionis qualibet obposita persona contra ire uoluerit. irram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano. et carta haec nihilominus firma permaneat. et hi sunt testes. Adallcoz. machelm. Ratperht. muotolf. adalof. Lanheri. Gozpreht.

Digitized by Google

XXXIV.

ao. Chr. 788.

In nomine domini nostri Iehsu Christi. Ego *alto* presbyter considerans qua gravamur sarcina peccatorum. Iterum reminiscimini bonitatis dei dicentis. date elymosinam et omnia munda sunt vobis. De tanta igitur pietate domini confisi ob hac causa aecclesiam construxi. Altarem erexi. episcopum inuitavi ut hunc altarem atque aecclesiam benediceret in honore sancti Stephani. quod ita factum est. Ego *alto* trado istum altarem cum omni hereditate mea. et cum hereditate fratris mei *asin.* sev in quesito meo. et omnia que mihi donat deus in hoc mundo. et me ipsum trado. ad aecclesiam sancti *Stephani* et sancti *Valentini.* in urbe que uocatur *bazauuae* ubi praeest Vualtricus episcopus. Hoc est pratis campis. siluis. aquis aquarumque decursibus. cultis et incultis. seruis et ancillis. peculium utrumque sexum mobilium et inmobilium. Et locus est nominatus *Sulzepah.* Hi sunt testes adalcoz presbyter. alto diaconus. esaias diac. into. chuntilo. snello. gundachar. paldrih. Adalger. Ruodker. Acta est hec cartula regnante domno Karolo rege francorum atque langubardorum in primo anno quo inquisivit gentem bauuariorum. et est patritius romanorum. Dum diu ego uixero in potestate mea fiat. post obitum meum firma et inlibata haec cartula permaneat.

XXXV.

ao. Chr. 818.

In nomine dei summi. Dum non est incognitum sed plurimis ponitur notitia. qualiter *helfrih* suam propriam hereditatem cum conjuge sua. N. *Vuanpurch.* quod ei ad justitiam pertinebat. tradidit ad sanctum Stephanum. Igitur enim ego helphrih vna

cum conjuge mea prefate femine. trado atque transfundo propriam hereditatem meam ad sanctum *Stephanum* ubi preciosus confessor Christi S. *Valentinus* corpore requiescit. hoc est in pago illo qui dicitur *rotahgouue* in loco qui dicitur *rezunpah* ita trado. atque perpetualiter transfirmo ad sanctum Stephanum pro remedio animae meae sev pro absolutione delictorum meorum vel in memoriam parentum meorum hoc est cum domo. cum curte. cum mancipiis. vel pecoribus. terram cultam et incultam. pratis. campis. siluis et omnia utensilia mea quicquid ibidem dinoscitur habere. ut deinceps firmum sit et stabilitum post obitum meum. facta est autem haec traditio in primo anno quando *reginharius* episcopatum accepit. coram illo simul cum omni familia sancti Stephani et cum aliis nobilibus laicis. die prid. Id. Augusti. Et hi sunt testes. Vuodalrih. isker. adalger. Chuniperht. Ruodinc. Erchanperht. Isanhart. Madalhelm. — [1])

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Trungovae.

XXXVI.

Sub Rihhario Episcopo 899 — 903.

Notum sit omnibus sanctae Dei ecclesiae fidelibus. qualiter quidam venerabilis ac religiosus *comes nomine Guntheri* pro remedio anime suae et eterne mercedis augmento. tradidit (*locus detritus sex vel septem syllabarum, quarum verisimilior lec-*

---

[1]) Hanc notitiam secundae manus excipit notitia supra N. 15. exhibita et collata. Hic finitur prima collectio traditionum in pago Rotagau.

Digitized by Google

tio: suam hereditatem deo) et S. Floriano Martyri Christo et congregationi clericorum ibidem in loco die noctuque servientium. quicquid Albrih' vasallus suus in beneficium ab ipso Gundario habuit acceptum. inter *anesum* fluvium et *erilelaff* iacentem. et in manum Rihharii humilis antistitis manu potenti et (*locus detritus duodecim circiter syllabarum, quarum verisimilior lectio:* legitimo advocato suo Rantolfo) Ea videlicet ratione ut post obitum vite sue cum omni integritate ad sanctum Florianum domum redeat nullo posterorum suorum seu propinquorum contradicentium obstaculo et in alio loco. qui *Pipurc* a vulgo nuncupatur quicquid Eigili vasallus suus in beneficium habere dinoscitur. tradidit ad S. Laurentium. cuius reliquiae in ecclesia quae prope civitatem *Lahoriaha* secus murum constructa est. requiescunt. et eidem . . . bo *) illuc servienti hoc totum in jus et dominationem praedictis martyribus sine ambiguitate securiter donauit et tradidit. Et deotrico filio Gotideonis hanc potestatem in praesentia praedictis episcopi dedit. vestituram utrorumque locorum agendi. Et ipse deotricus primum testis est huius traditionis per aures tractus. et Engilmar. Otachar. Hitto. Paterih. Salaman. Vuolafrid. Actum ad Pataviam civitatem in dei nomine amen. **)

XXXVII.

Sub Ludovico German. Rege et Hermanrico Episcopo 866 — 870.

Ex duplici notitia.

In nomine domini [1]) sit omnibus [2]) notum qualiter [3]) ego [4]) *Ein-*

*) Verosimiliter legendum: presbytero.

**) Haec traditio manu secunda scripta in collectione caeteris omnibus praeposita in aliquibus locis valde detrita et lectu difficilis invenitur.

1) Altera notitia ejusdem aetatis legit: omnipotentis dei.

2) Alt. not. in Christo fidelibus.

3) Alt. not. quomodo.

4) Alt. not. *uero* vice *ego.*

Digitized by Google

heri una cum coniuge mea. N. *Irmsuind* [5]) talem hereditatem qualem ad *euuisteti* habuimus. tradidimus ad sanctum stephanum. et mancipia ista. teotol [6]) et ratni uxor eius. In ea tamen ratione ut nos ad uitam nostram [7]) hec teneamus [8]). et insuper illam terram a supradicto loco quam gaganhardus. presbyter *frater* meus ad sanctum stephanum tradidit [9]) ad uitam nostram *in* beneficio habeamus ab episcopo patauiae ciuitatis N. Ermenrico uel successore eius. et post obitum meum seu coniugis meae ad sanctum stephanum omnia redeant. et quecunque tradidimus in domibus. in edificiis. in siluis. cultis et incultis. in uiis et in inuiis. in agris. in pascuis. in campis in finibus omnia in memoria [10]) nostra et parentum nostrorum ad domum dei [11]) pertineant sine ullo contradictu [12]). Et hi sunt testes per aurem attracti rihgauuo [13]). gotescalc [14]). rumolt. engildeo. [15]) * [16]).

---

[5]) Alt. not. *yrminsuuinda*.

[6]) Alt. not. deotolf.

[7]) Alt. not. ommittit: ad uitam nostram.

[8]) Alt. not. inserit: ad minuuitatem nostrorum macula delictorum. et ad prosperitatem uitae nostrae.

[9]) Alt. not. vt simul habeamus ad benefitium vitae nostrae.

[10]) Alt. not. ad nostram memoriam.

[11]) Alt. not. addit: sancti praefati.

[12]) Alt. not. absque ullam contradictionem.

[13]) Alt. not. Rihguuo.

[14]) Alt. not. Gotascalhc.

[15]) Alt. not. addit. Engilpern. Atto. Suuidger.

* [16]) Altera notitia priori omnino coaeva desumta est ex traditionibus in pago Matahgau circa finem earundem. Confer. N. 28.

Digitized by Google

XXXVIII.

Sub Otgario Episcopo, qui iuxta Schritovinum rexit ecclesiam patav. 624 — c. 639.

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia qualiter *Reginolf* presbyter propriam hereditatem ad ecclesiam beati *Stephani* martyris infra muro civitate Patavie tradidit sicut hic continetur. Igitur enim ego *Reginolf* per misericordiam dei coepi cogitare pro remedium animae meae seu pro absolutione delictorum meorum. ut in aliquantulum de peccatis meis in die judicii minuere dignetur. Quapropter trado et transfundo hereditatem meam ad praefato basilicae in loco nuncupante *Alpunesfeld* in pago *Trungouuae*. hoc est cum domo cum curte cum orreo et cum terris arabilis cum pratis tam cultis quam et incultis. cum mancipiis vel quicquid in ipso loco mea videtur possessio. post obitum meum ut ibi sit firmum et stabilitum usque in aevum. In ea vero die manentibus *Otkario* vocato episcopo una cum filibus (fidelibus?) suis in loco nuncupante *ad Puoche*. ubi preciosus martyr Florianus corpore requiescit ut ipso praefato presbytero a nobis humiliter rogante praestare ei quasdam causas a sancto Stephano una ad *Oftherigon*. alia ad Tegerinpah. In ea vero ratione econtra. suam traditionem ipse renovavit. quia antea coram Erchanfrido vocato Episcopo similiter fecit. et nobis placuit atque convenit. quas ipsas res quae superius nominavimus ei praestavimus. Post obitum ejus ad sanctum Stephanum absque ullius contradictione redeat. Et hi sunt testes: Egino. Reginolt. Auotilo. Erchanmar. adalger. Salaman. Aparam. Vuentilger. Heripolt. Reginhart. Rihgoz. Puosilo. Asperht. Salago. Ruodkis. Paldheri. Madalgoz. Heriperht. Gundhart. Deothoh. Lantrih. Taho. Rihcouuo. Gotaperht. Werinheri. Gerhart.

Digitized by Google

XXXIX.

ao. Chr. 799.

Latores legum sanxerunt. ut qui de substantiis vel rebus ecclesiasticis alicujus aliquis conaverit commodare hoc coram pluris testibus per scripturarum seriem firmiter roboretur ut in aevum inconvulsum quiverit perseverare. et non etiam unquam abstrahendi sunt a jure ecclesiastico. Dum et omnibus non habetur incognitum qualiter ego *Heroldus comes* postulando petii et obnixa prece deprecatus sum *Waldrico* episcopo quendam capellanum ipsius ex cessione regis ut nobis eam in beneficium concedere deberet usu fructuario excolere. Quod ita et ipse propter amorem et magna dilectione nostra taliter visus est celsitudinem nostram honorare vel studium honoris impendere. et ipsum prestitum dixit nobis esse concessum. Hoc est in pago *Trungouue* in loco cui vocabulum est *Linzae* super magno flumine Danubio id est: Ecclesia quae est constructa in honore sancti ac beatissimi Martini episcopi atque confessoris Christi. cum omni pertinentia vel soliditate sua quicquid ad ipsam ecclesiam vel ad ipso castro aspicere vel pertinere videtur. que quondam Rodland capellanus domini nostri regis in beneficium tenere visus fuit. Et postea domnus rex ipsum pontificem per suam clementiam ipsam capellam vel rebus ipsius sub omni custodia vigilanti cura et pastorali gubernatione tradidit regendum. nunc vero nobis in quantum sua fiat dominatio usque ad obitum vitae nostrae vel usquequo nostra decreverit voluntas libero arbitrio statuit ipsas res nobis fruere dominare atque possidere. Propterea visi sumus censire exinde ei annis singulis de argento solidos XX. ut ipsos ad nativitatem sancti scilicet Johannis Baptistae quod est VIII. Kal. Julii exsolvere non tardamus. et statim complacuit nobis ut in aliqua minoratione res ipsas eminorare non debemus. et post obitum nostrum ad ipso loco integriter deservire valeant secundum pristinam institutionem.

Actum ad *Triesma* quando illa sacra anno resedit. die XX mens Junii Indictione VII in anno XXXII regni caroloni regi. —

Digitized by Google

XL.

ao. 820.

Non est nunc incognitum. sed plurimis ponitur notitia. quomodo vel qualiter vir uenerabilis *Odalscalh* pbr. omnes possessiones suas tradidit ad S. Stephanum propriam hereditatem suam in loco qui dicitur ad *hrodoluingum* quiquid habuit cum terris arabilis vel cum mancipiis et pratis sive cum pecoribus. Post obitum quoque illius accessit frater ejus ruodolt. et inde cum injustitia hoc abstraxit. dixit etiam alodem suum debebat fieri perrecte. et frater ejus non potuit tradere. et ita in male contentione contendebat coram multis. Postea vero post multis diebus in se reversus. quia non potuit tenere. dixit ergo se culpabilem esse contra deum vel contra ipsos Sanctos ubi traditum fuerat. profitebat se ipsum pleniter emendare contra ipsam causam Dei et contra episcopum. Tunc vero reddidit et vestivit Raginharium episcopum vel advocatum ejus nom. Alpkis omnia quicquid injuste inde ablatum habuerit. et ita dedit uuadium suum. quod nunquam postea hoc placitum non moverit. et firmiter ac stabiliter reddidit ad s. stephanum sicut prius praefatus frater ejus presbyter traditum habuerit. Actum est autem hoc in loco nuncupante ad *Linza* coram *Reginhario* episcopo simulque *Willihelmo* comite die Kal. Jan. Anno regnante domno hluduuuico Imperatore VII Indict. XIIII. Et hi sunt testes per aures tracti. qui viderant et audierant. Willihelm com. Alpkis. Slagast. Isker. Ratolt. Erchanperht. Gotaperht. Ellandeo. Engildeo. Ratolf. Uillihert. Adalhelm. Ekkihart. Eginolf. Ruodolph. Emicho. Ruodrich.

XLI.

Sub Hartwico Episcopo 840 — 866.

Breve Commemoratorium de rebus S. Stephani. quas antecessores nostri episcopi vestiti erant temporibus Karoli Imperatoris et

Digitized by Google

deinceps *) ibidem dinoscitur pervenisse sicut supradixi. Trado atque firmabo ad monasterium vel ecclesiam dedicatam in honore S. Stephani primi martyris. ubi pretiosus domnus S. Valentinus corpore quiescit. quae est constructa intra murum civitatis. Pataviae. ubi vener. vir domnus *Hartuuicus* episcopus cum *turma* plurima canonicorum pastor et rector praeesse videtur. Ista traditio facta in praesentia supradicti episcopi vel laicorum multorum loco publico nominato *Linza* Octo Kalendarum nouembrium. ut et firmior fieret. isti sunt testes per aures tracti. Ruodolf. Ilpungc. hishad. Chuntilo. Ruotpreht. Sunigast. Lantfrit. Parmolf. heripreht. Puopo. Cundpreht. Rihhart. Alpuni. Reginger. Uuolfpreht. Adalker. Cotadeo. Engilhelm. Uuolapreht. Ueriuuolf. —

XLII.

ante annum 820. confer. Nus. 40.

In dei nomine ego enim *odalscalc* presbyter cogitaui pro remedium animae meae seu pro eternam retributionem in die iudicii. Idcirco trado atque transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad *ruodoluingon* ad ecclesiam beati sancti stephani et sancti ualentini. in batauia ciuitate. hoc est terris. pratis. aquis aquarumque decursibus. cultis. et incultis. mobilium. et inmobilium. servis. et ancillis. peculium utrumque sexum. vel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. In ea tamen ratione firma et inlibata hec cartula omni tempore permanere debeat. sit quis uero quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex hereditatibus meis qui contra hanc cartvlam temptare aut fran-

*) In medio ternionis tertium hic desinit folium. Qui si supponatur quaternio, sicut in reliquis traditionibus, indicare videtur deesse duo folia. Unde nec sensus cohaeret istius notitiae tanquam unius acceptae, cum potius prae manibus duo fragmenta, quorum unum in fine, alterum in suo initio truncatum est.

Digitized by Google

gere uoluerit. a consorcio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur. Et hi sunt testes madalker. cundalperht. presbr. iohan. altman. ihho. hucco. otachar. helmfrit. ezilo. uuaninh.

XLIII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In nomine Domini Dei salvatoris nostri Ihesu Christi. temporibus gloriosissimi *Caroli* regis. Ego *Ilpunc* et uxor mea *Imma*. et filius meus. *Naccho* cogitamus nos de aeterna retributione seu de poenali judicio. qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statuimus in animum nostrum de propria hereditate nostra aliquid Deo conferre. tradimus itaque omnia substantia nostra que habuimus ad *Prampah* et ad *Tuturuna*. et *Aninsezza*. et ad *Papinrisch*. post obitum nostrum et integro. servos et ancillas. pratas. rures. campos. silvas. aquarumque decursibus. ubi currunt in potestate nostra. mobile vel inmobile. cultum et incultum ad basilicam S. Stephani prothomartyris Christi pro redemptione animae nostrae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartulam traditionis quilibet opposita persona contra ire uoluerit. iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum juda traditore. et causam cum beatissimis sancti stephani et sancti Valentini et carta haec nihilominus firma permaneat. Et hi sunt testes. Chuntilo. Snello. Gunthart. Ratolf. uuighnand. adalhart. Irmpreht.

XLIV.

Sub Erchanfrido episcopo, qui iuxta Schritovinum ecclesiam patav. rexit 600 — 624.

Manifestum est et salubre. juxta dei sententiam dicentis. Date elimosinam et omnia munda sunt vobis. quicquid ad loca sanc-

torum condonemus. ei sine dubio. qui in coelo est porrigemus. Hec igitur ego *Sigiricus* presbyter mente pertractans pro remedio animae meae et mercede futura cum Christo renovati traditionem meam. quam olim factam habueram *ad sanctum Stephanum* anteriorum episcoporum temporibus. Erchanfrido vocato episcopo praesente et donavi de proprietate mea mancipia *VII* et dimidietatem terrae meae in loco nuncupante *Herigisinga*. Domum vero meam extra hanc traditionem dereliqui. Item ad *Truna* donavi quicquid ibidem visus sum habuisse omnia ex integro undecunque ad meam pervenit dominationem tam de alode quam et de emptione de lucro meo. Haec enim sunt quae donavi. casam cum curte et reliquis aedificiis. cum terris. pratis. pascuis aquis earumque decursibus. mulinos II. quicquid dici vel nominari potest possessionis meae ut praefatus sum omnia ex integro ad sanctum Stephanum deligavi. Hac tamen ratione ut dum advixero omnia quae supra scripta sunt simul cum beneficio sancti Stephani mihi concesso in mea potestate consistant. et post obitum meum omnia emeliorata ad sanctum Stephanum revertantur. Si quis autem hoc placitum emutare voluerit aut infringere. volo habere potestatem de meo proprio dare ubicunque mihi placuerit. et beneficium quod nunc possideo ad supradictum locum sancti Stephani revertatur. Haec nomina illorum testium qui praesentes aderant. Starcolf clericus. Irminperht. Gozpato oportunus tt. Irminperht. Rihhart. Sigifrit. Rihcoz. Ostilo. Waltant. Madalker. Durinc. Willihelm. Epil. Ascarih. Ruodperht. Item de Tuenengouue. Jacob. Folcrih. Uuenilo. Actum ad sanctum feria II die XI Kal. Septembris. Scripsi autem ego Plidolfus ad vicem Ellenhardi diaconi feliciter in domino die Kal. Sept. *)

---

*) Feria II. et dies XI. Kal. Sept. sub Erchanfrido Episcopo non nisi ao. 600, 606, 617 et 623. coincidunt.

Digitized by Google

XLV.

ao. Chr. 782.

In nomine domini Dei nostri Ihesu Christi. temporibus gloriosissimi ducis tassilonis anno Ducatui ejus XXXVIII Indict. V. cum consensu et licentia predicti principis. Ego lantperht trado atque confirmo ea quae habui in loco nuncupante *Dratihaha. uuiuuari.* et in alio loco ubi dicitur *inone* aqua servos et ancillas seu tributales rures. pratas. campos. silvas. aquarumque decursibus. mobile et inmobile. cultum et incultum. omnia ex integro ut diximus trado ad illam ecclesiam *sancti Johannis.* et cum ipsa ecclesia Sancti Johannis. ad basilicam sancti *Stephani* et sancti Uualentini. absque continet uxorem meam. ut ibi sit firmum et stabilitum. Si quis autem ulla opposita persona vel ego ipse quod fieri non arbitror. aut aliquis de hereditatibus meis hec irritam facere uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore. et causam cum beatissimo sancto Stephano. et carta hec nihilominus firma permaneat. Et hi sunt testes. uuilliperht. Isandeo. Engildeo. Reginhelm. hodolhoh. ruotperht. regilolt *).

XLVI.

ao. 815.

Nihil sibi quisquis cernitur de hoc seculo de rebus suis propriis sumere. nisi tantum Deo largiente ut in elimosinam datur. Quapropter ego in dei nomine *Engilger* presbyter coepi cogitare pro remedium anime meae seu pro absolutione delictorum meo-

*) Conferatur: Neue bayer. Abhandlungen Tom. I. p. 242. N. II.

rum. trado atque confirmo propriam hereditatem meam in loco qui dicitur *Aduualdi* juxta aquam. quae vocatur Dratihaha. ecclesiam cum domibus. aedificiis curtiferis. atque mancipiis ibidem manentibus vel aspicientibus. campis. pratis. cultis quam incultis. cum pecoribus. vel quidquid in ipso loco mea fuit possessio vel dominatio. tam de alode. quam et de comparato. trado et transfundo ad altare S. Stephani et S. Valentini. mea potestatiua manu ut sit ibi firmiter et stabiliter absque ulla contradictione in aevum. Et siquis deinceps. quod futurum esse non credo. si ego ipse. quod absit. aut ullus de hereditatibus meis ac proheredita-tibus *). qui contra hanc cartulam donationis malo ordine venire aut eam calumniare temptaverit. a liminibus sanctae dei ecclesiae excomunus et sequestratus appareat. et quod repetit nullo modo evindicare praevaleat. sed praesens haec donatio firmiter permaneat. Actum est autem die II Non. Octob. coram familia S. Stephani in praesentia *Hatoni* episcopi. secundo anno regnante Domno Luduuico Imperatore.

XLVII.

circ. 782.

Dum non est incognitum sed coram plurimis ponitur noticia. qualiter *snelrih* presbyter propriam hereditatem suam ad ecclesiam beati stephani martyris infra muros ciuitatis patauiae tradidit sicut hic continetur. Igitur ego *snelrih* per misericordiam dei trado et transfundo hereditatem meam ad prefatam ecclesiam in loco nuncupante *dratihaha.* in pago trungouue. hoc est cum domo. cum curte. . . . . **)

*) In syllaba *(ta)* rasura, nunc legitur: heredibus.

**) In hoc fragmento desinit ternio traditionum in pago Traungan.

Digitized by Google

Cartae de Traditionibus ad S. Stephanum de Matahkauue.

XLVIII.

Sub Urolfo episcopo circ. 805.

In Dei nomine. Ego *Zeino* et ego *Rodperht* filius meus. confirmamus traditionem nostram ad S. Stephanum in praesenti *Urolfo* episcopo et omnium nobilium et ignobilium. qui nunc ibi sunt congregati. et stet firmatum in sempiternum. Et iterum ego *Urilfus* tamen per dei misericordiam in ore episcopus vocatus cogitavi dicta S. Joannis Evangelistae. qui viderit fratrem suum necessitatem patientem. et clauserit viscera sua ab eo. quomodo caritas dei manet in eo. possessionem istam prestavi et donavi illis. mancipias. terram aedificationem in loco *Mochundorf* usque ad obitum eorum. et post obitum eorum stet firmatum ad S. Stephanum in perpetuum usque in perpetuum. et haec sunt testes. Popili. Ludiuuic. Ratolt. Uuigo. Salamon. Jonathan. Heriolt. Jozperht. —

XLIX.

ao. 801. Confer. Nus. 51.

Domino sancto et in Christo patre *Uualdrico* episcopo de ecclesia Pataviensis. qui est constructa in onore S. Stephani. Ego in dei nomine *Richarius* comis dum non est incognitum. qualiter expetivi vobis aliquas res aecclesiae vestrae in pago *Mattagaoe.* in loco qui dicitur *Euuisteti.* mihi prestare deberetis ad habere. quod ita et fecistis. In ea vero ratione. ut dum diu

aduixero ipsas res per vestrum beneficium teneam. et post meum quoque obitum quicquid ibidem repertum fuerit. vel transitus meus ibidem dereliquerit cum omni supellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractu. undecumque ad me pervenerit, in vestram revocare faciatis dominationem. Tamen convenit nobis. ut ipsas res usitare et meliorare omni conamine contendam. usque dum diu advixero. et hoc perpendam. ut tam quod in manu mea est ipsa rem deteriorata non fiat. sed magis ac magis emelioratam faciam illam. Actum Salzpurch monasterio publico die III mense Octuber. in anno XXXIII et II regni et imperante domno nostro Carolo gloriosissimo Augusto. Isti sunt testes. Starcolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerlant. Craaman.

L.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In nomine Dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissimi. rex Carol. anno ducatui ejus nom. Indictione ego *Ledii*. Cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio. qualiter dominum centemnentes poenam incidunt aeternam. Christoque adhaerentes vitam adipiscunt sempiternam. ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. trado itaque omnia. quae illo loco habui. *Aznanu* ex integro servos et ancillas. pratas. rures campos silvas. aquarumque decursibus. mobile vel inmobile. cultum vel incultum ad basilica sancti Stephani. atque S. Ualentini pro redemtione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum jussit *Uualtrihus* episcopus. Scripsi ego.

Contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire voluit. iram Dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimis sancti Stephani et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes Ratolf. Adalperht testes. Ato testes. Frumolt testes. et omnia Sancti Stephani.

Digitized by Google

LI.

ao. 801. confer. Nus. 49.

Ego in Dei nomine *Uualdricus* episcopus de ecclesia patavensis. qui est constructa in onore S. Stephani. dilecto amico nostro Richario comite. Dum non est incognitum. qualiter expetisti nobis aliquas res ecclesiae nostrae. in pago Mattagaoe in loco qui dicitur *Euuisteti*. tibi prestare deberimus ad habere. quod ita et fecimus. In ea vero ratione. ut dum diu aduixeris. ipsas res per nostrum beneficium teneas. et post tuum quoque obitum quidquid ibidem repertum fuerit vel transitus tuus ibidem dereliquerit cum omni suppellectile vel conlaborato seu et adquisitu vel adtractum undecunque ad te pervenerit. in nostra revocare faciamus dominationem. tamen convenit nobis ut ipsas res usitare et emeliorare omni conamine contendas usque dum diu aduixeris. Et hoc perpende ut tam quod in manu tua est ipsa rem. deteriorata non fiat sed magis ac magis emeliorare facias ea. Actum Salzpurch monasterio pubplico. die III mense Octuber in anno XXXIII. et secundo regnante et imperante domno nostro Carolo gloriosissimo Augusto. Isti sunt testes. Starolf. Hartmot. Freso. Uto. Uuerilant. Craman.

LII.

725 — 788.

In Christi nomine ego *hrodperht*. atque transfundo hereditatem meam. quod mihi contingit contra filii mei. pro remedium animae meae. ad ecclesiam beati sancti Stephani atque Sancti Valentini sitam in *Bazzauue* civitate: hoc est campis. pratis. silvis. aquis aquarumque decursibus cultis et incultis. servis. ancillis. et nomina eorum Uuolf. Hetin. Domnica. Ratkis. Uuolfpirin. Aotuni.

Digitized by Google

peculium utrumque sexum mobilium et immobilium vel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. est nominatus *Lankincavui.* tota pars mea et filium Achart. quod dominus nobis dignetur retribuere in die judicii. Si quis vero. quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis. — .....

(Hic desunt folia saltem duo. Sequitur aliud Fragmentum.)

LIII.

circ. 803. cnfr. Num. 68.

. . . cultis seruis ancillis peculium utrumque sexum et post obitum meum firma et inlibata haec cartula omni tempore permanere debeat. Siquis vero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quidquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere voluerit inprimis iram dei incurrat et componat sicut lex est. Et frater meus *Rihpald* tradedit ad ipsam ecclesiam servum suum cum conjuge sua cum suis filiis. cum casa. cum campis cum peculium suum utrumque sexum. Haec sunt testes. Rato test. Popili test. Kisalhari test. Popili test. Rihpald test. Aotto.

LIV.

circa 800.

In nomine Dei summi. Igitur ego *Ovdalolf* in dei nomine vel conjux mea pro remedium animae meae vel retributione aeterna trado atque transfundo hereditatem meam in loco qui dicitur ad *Lupuhinespah.* ad S. Stephani protomartyris ad *Patabis* id est terram meam. campum siluam. pratum rures quod sunt testes Meginrath. Taozi. Cundhart. Haerhart. Sallo. Ermperht. Ego Haganhart scripsi de carta.

Digitized by Google

LV.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In Dei nomine ego *Liutsuind* pro remedium anime meae seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado omnes facultates meas ad Sanctum Floriani secundum obitum meum et stet firmatum in sempiternum. et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis vel cujuslibet persona hanc traditiones inire seu frangere conaverit. coram summo Deo reddat ratione et sancto *Floriani.* et in fisco auri uncias XII coactus soluat domni regi quia contra legem egit et haec traditio. firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec sunt testes...

LVI.

an. 789.

In nomine Dei salvatoris nostri Ihesu Christi temporibus gloriosissimi rege nostro Carolo indictione XII anno XXI regni ejus cogitante me de aeterna beatitudine. *Rihperht.* de penali judicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeternam Christo quoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid Deo conferre. trado itaque omnia quae illo loco dimidium habui. ad *Antesna* ex integro. servos ancillas pratas rures campos siluas aquarumque decursus mobile vel inmobile cultum uel incultum ad basilica sancti Stephani atque sancti Ualentini pro redemptione animae meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Scripsi autem haec cartam traditionis quilibet opposita persona contrairae uoluit iram Dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum Juda traditore et causam cum beatissimo sancto Stephano atque Sancti Ualentino. et carta haec nihilhominus firma permaneat. et hii sunt testes.

Herchanperht. test. Heipo. test. Adallcoz. test. Amalunch. test. uualdman. test. Eingilperht. Panchuni test.

LVII.

Sub Carolo M. rege 788 — 800.

In dei nomine. Ego *Prunnihil* pro remedium animae meae. seu pro retributione vitae aeternae dono atque trado de mea propria hereditate duas partes terram cultam et incultam ad S. *Floriani* et stet firmatum in sempiternum, et ita oro omnipotentem deum. ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona hanc traditionem inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et habeat luctam cum S. Stephano primi martyre et in fisco auri uncias XII coactus soluat domni regi quia contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in cosmo praeclara. et haec suut testes. Caganhart. Adalhalt. Kisalhart. Uto Kerhart. Sundarheri. Heriraat. Keparohc. Erlunc. Ueucheri. Uuerinperht. Cotaperht. Uuerinfrid. Et VII mancipias.

LVIII.

Sub Reginhario Episcopo 817 — 838.

Notitia qualiter *Kundalperht* presbiter unum territorium ad *Mochundorf* in beneficium prestitit cuidam homini nom. *Plidkis*. Post obitum ipsius presbyteri querebat illud auocatus *Reginharii* episcopi *Hunperht* atque supra nominatus *Plidkis* reddit illud in manus ejus et haec est uera testimonia. Reginheri. Ilchagan. Rihhart. Herilunk. Kerpald. Egilpald. *Ratkis* postea iterum uenit ille ad episcopum in monasterio qui uocatur *Rota* et reddit illud manus ejus atque misericordia motus episcopus in beneficium illi usque in vitam suam praestitit in praesentia omnium qui tunc

Digitized by Google

ibidem erant. hoc sunt uuillipald. anno. drurink. erparhoh. adalkoz. reginperht; atque cuncta familia;

LIX.

Sub Carolo M. rege et Waldrico episcopo 788 — 791.

In christi nomine. Innotiscemus in hac epistola quomodo conciliaverunt domnus *ualtrihhus episcopus.* cum salucone. quando ipse ante missos regis. adquesivit filios suos. et filias et uxorem; Tunc conciliaverunt. ut ipse salucho. suam tradidit hereditatem; illis filiis suis. in perpetuo possedendi. ad ipsam sedem episcopalem. et ad ipsos sanctos serviendi. sancto stephano et valentino. et familiis eorum. et pro sua animam. et diuinam retributionem. ante istos missos domno rege. *Carolo* haec sunt nomina *sindperhthus* episcopus. *) chadolus. comax. craman com. et uuaninchus. judex. et abb. Cozrinh fr. abb. uurolf. abb. ante eos fuit conciliatus; Ipse autem episcopus *uualtrihhus.* propter suam benignitatem. concedit ei; dum ipse vivet. habeat potestatem. filia. ejus in anno operentur. cam misile. **) alit diac. azilo. rimolt. chnito. altuuart. adalperht. atilo. testes sunt et alii plures quos enumerare longum est;

LX.

an. 801 vel 802. conferr. Nri. 49 et 51.

Prestaria ab episcopo facta. *rihhario* comiti gratia dei episcopus *uualtrihh.* dum ad petitionem uestram illo loco nuncupante

---

*) Episcopus Ratisbonensis obiit 791. 29. Septbr.

**) Lectio dubia.

Digitized by Google

auuisteti. situm. ibi ad beneficium usque dum aduixeris permisimus; Ideo nobis convenit hanc epistolam prestariam conscribere. ut per nostrum beneficium illum locum excolere debeas. et post uestrum discessum sicut et nostra continet epistola absque ullius exspectata traditione nos eam ad partem ecclesiae nostrae sancti Stephani. reuocare debeamus. facta epistula sub die illa III. id. iun; haec sunt testes. taozzi. adalhart. folchraat. odalhart. naothart. liutperht. sindperht. orandil. anshelm. aoto. erinperht. uuelan. anamot.

LXI.

an. 789.

In nomine domini nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi rege nostro Carolo regni ejus anno XX.I. inditione .XII. ego dd. et frater meus hrantolf considerantes qua gravamur sarcinas peccatorum et iterum reminiscentes bonitatis Dei dicentis date elymosinam et omnia munda fiant vobis de tanta igitur pietate domini confisi ob hanc igitur causam tradimus atque transfundimus ad ecclesiam sancti stephani protomartire quod situm est in loco que dicitur *baptabis* terram campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis et ancillis peculium utrumque sexum mobilium et inmobilium vel quicquid in eodem loco qui dicitur *helphauue* in hodierno tempore possidere videamur nunc igitur tradimus atque transfundimus cum ipsa substantia ad ecclesiam sancti stephani atque sancti ualentini in urbe quae vocatur *bazauuae* ibi ipse est uenerabilis. *uualdrihhus* episcopus hic nomina testium. ibi sit firmum et stabilitum Si quis contra hanc cartulam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluit iram Dei omnipotentis incurrat partem habeat cum iuda traditore et causam habeat cum beato stephano protomartyre tuo et carta haec nihilominus firma permaneat et hii testes. enkilperht comes tes. urolf tes. rumol tes. reckheo tes. inlant tes. uualhilo tes. nothart tes. hitto tes diac. alto pres-

Digitized by Google

biter tes. hrodperht diaconus teste. tacadeo presbyter tes. hiltirih presb tes;

LXII.

a. 788. al. an. Thass. XLII.

Oportet pro salute anime vigilare ut non inueniat quemquam inparatum et usque dum tempus habet non neglegat se redimere Ideoque ego *rato* ut ueniam de pecatis meis consequi merear in futuro trado ad ecclesiam qui est constructa in honore sancti stephani in castro qui vocatur *bazauue* ubi uir uenerabilis uualtrihchus episcopus praeesse uidetur donatumque in perpetuum esse uolo in pago *matahgauue* secus fluenta qui dicitur *ankinaha* quod mihi pater meus moriens dereliquid et quod mihi sorte accedit erga fratres meos id est domibus aedificiis mancipiis campis pratis siluis aquis aquarumue decursibus ac tum trado atque transfundo ut quidquid jam dictus episcopus vel successores ipsius et id facere decreuerint liberam in omnibus habeat potestatem siquis vero quod fieri non credo si ego ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem venire aut infrangere temptauerit usque dum de hac causa ad ueram emendationem uenerit. iram dei et santorum ejus uel paenas inferni et perire pertimescat et cum supradicto sancto in die judicii ante tribunal aeterni judicis deducat rationem et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma et inuiolata permaneat stipulatione subnexa actum est autem haec in curte qui uocatur *rantesdorf* anno regni gloriosi principis tassilloni XLV indictione XI die consule. V id. Martii et haec sunt testes gozperht presbyter. test. alouuih. test. heririh. test. aotto. tes. lanfrid. test. sigimar. et Ego hildipertus *). —

*) Confer. Neue bayer. Abhandlungen. Tom. I. p. 243. No. III.

LXIII.

ao. 770 — 781.

In christi nomine Ego *machelmus* uir clarissimus conparaui. terram coloniam integram. cum alia colonia in loco qui dicitur *hemingus*. de homine cui nomen. *camalheri*. et sic eam emi sicut ipsa fuit terra aratoria pradas. culta non culta. accessiones et omnia sicut ipse habuit possesse. jugeras. plus minus LXXXIII. et de hac uinditione haec sunt testes. hitto tes. hunker tes. aotto tes. caothari tes. caozperht tes. reginperht tes. kunheri. keilo. mozzo. kauuperht. takaperht. herido suappo insuper autem ego *machelm*. potsquam haec uinditione feci. sic ipsam coloniam tradidi ad ecclesiam sancti *stephani* et *sancti ualentini* quae sita est in loco qui dicitur *pazauuue* pro redemptione anime meae vel divina retribucionem. ut predictam coloniam possedeat pastor ipsius aecclesiae seu defensor quam prefatus sum usque in perpetuum. et haec nomina testium. hanc donationis signum. aodalpald tes. hrodhart. starcolf. mactolf. oleri. suappoto. hrodfrid. takaperht. herideo. ego uuatto scripsi. hanc cartulam donationis. et ipse sum testis;

LXIV.

circ. 788.

In christi nomine Ego *lantpald* trado atque transfundo hereditatem meam quod mihi contingit contra heredes meos in locum qui dicitur *curtuna* trado pro remedium anime meae ad aecclesiam beati sancti *stephani* atque sancti *valentini* sitam in *bazauue civitatem*. hoc est campis pratis siluis aquis pascuis aquarumque decursibus cultis et incultis. et duas mancipias. cum curte

Digitized by Google

cum casa. et filii *) ejus II. in libertate seruiant ad istum domum dei pro victum. et discant litteras. haec sunt testes. Siffo presbyter tes. alit diaconus tes. erchanperht. tes. angilperht. tes. madalcaer tes. popo. et tes. frater illius sigipald presbyter. confirmauit haec traditio. firma et inlibata haec carta nihilomninus firma permaneat;

LXV.

Sub Waltrico episcopo. 774 — 804.

In Christi nomine. Ego *anthelm* trado ad altare sancti petri que stat in hereditate mea seruum meum *aotratan* cum conjuge sua et cum filiis suis cum casa et cum curte et cum tota colonia sua que ille pertinet et de mea ipsius terra .XXXVI. jugeras de campis. et de pratis. jugeras .XII. et ego liutolf frater illius trado ad hoc altare .IIII. mancipias et nos in dei nomine tradimus et transfundimus illum altare ad ecclesiam beati sancti *stephani* atque sancti *ualentini.* sitam in *bazauuae* civitatem. et ego *uualtrihhus* episcopus prestaui illam tradi ad liutolfi presbyteri et post obitum illius haec carta firma permaneat nihilomninus. et totum in quesitum meum hic trado post obitum meum. Haec sunt testes. frumoldt presbyter madalker. datuid. pero. isanker. ankilperht. lantperht;

LXVI.

ao. 758.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Incipit scientia qui scire ualeat in quo tempore aedificata erat aecclesia ista in tem-

*) *In codice* filiium; *abundante um.*

pore duci paiauuariorum *otilo*. erat nomen ejus et annum unum fuit patria ista in sua potestate antequam consecrata erat ecclesia ista et nomen episcopo qui fundebat oleum *uiuolo* qui posuit reliquias sanctorum in domum dei hic nomini sepulcro domini sanctae marie sancti petri sancti pauli sancti andree sancti laurenti. et consecrauit in nomine sanctae mariae. et constituit diem sollemnem in kal. nouembris. *cotafrid* et uxor sua *kepahilt*. fecerunt cum seruis suis domum hanc et tribuerunt pro remedium animarum eorum tantum quantum potuerunt de pecunia de terris de seruis de ancillis. nom. uuerdolf roodcaoz cundrih. tagapert adalperht cundachar odaldrud. et offerebat filiam suam velatam sub nigro velamine quod illa deo serviret et sanctae mariae *cotalind*. folchraat dedit pro anima sua quod propitiare dignetur pro delictis suis seruum et ancillam. uualdker et lanntsuuind. cum omnia pecunia cum fructibus cum terris et fratribus equos duos et bouum unum et casa liutilo;

LXVII.

Sub Hugoberto et Tassilone ducibus. 725 — 738. 748 — 788.

Hrodperht tradedit ad sancti *stephani* in loco nuncupante quod dicitur *takahartinka* mansas. IIII. et dominicales Wazaman dominicales mansas .II. in loco nuncupantem *erinuhmos*. arnolt mansas. I. caozperht mansas. III. ad *uuilkinka* aotilo mansas. I. uuelamoot et adalunc mansas. II. ad *tuzlingas*. tassilo tradedit ad sancti stephani. II. mansas ad *feldum* vestitas. hrodpald dedit ad sancti stephani. X. mansas et dominicales cum .I. ecclesia in loco nuncupante *heiminka*. Sigiperht. VI. mansas. ad *nidikeltes aunua*. et dominicales ad sancti stephani. cundperht dedit. II. mansas *heminkes*. gotesscalhc. I. mansas fato. I. mansas *heminkum* pōso. ad. *uparach*. com .II. mansas. cum. II. ecclesia. Isso dedit. II. mansas. irminperht dominicales et. II. mansas *heminkum*. deotsuind dedit

Digitized by Google

.I. mansas tassilo dedit. II. mansas. ad *halle* heito dedit I. mansas ad *heiminkum* Kozheri dedit I mansas ad *heimincum*. herosto dedit .I. mansas *heiminkum* ad *stamhaim* sunt. II. mansas. ad *Mohhundorf* .V. mansas et .II. ab X. item ad *mohhundorf* .III. mansas. et .IIII. ab X. et hanc item ad *mohhundorf* .II. mansas et dominicales. quod tradedit cundalperht presbyter et iterum ad *mohhundorf* tradedit heririh ad sanctum stephanum pro remedio animae suae .I. mansas. ad uicum irminperhi .I. mansas. ad *peronpah* mansas .II. oratoria et media mansas. uttinhus ad *aeringa*. mansas .III. ad *chirihhaim* mansas .XV. et dominicales. quod tradedit *hupperht* dux ad sanctum stephanum ad *tutingun* tradedit kerhart .III. mansas et dominicales;

LXVIII.

circa an. 803. vid. infra No. 86.

In dei nomine Ego *popili* cogitaui vel pertractaui. molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die judicii. Idcircum trado atque transfundo hereditatem meam quod habeo in locum qui dicitur *ankinaha* ad ecclesiam sanctae mariae hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et immobilium. et post obitum meum firma et inlibata haec cartula nihilomninus firma permaneat. Siquis uero quod futurum esse non credo. aut ego ipse aut aliquis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangere uoluerit. inprimis iram dei incurrat et conponat sicut lex est; et soror mea *cotalind*. tradidit ad ecclesiam decem serui. et decem ancillas et omnia quo habuit post migrationem illius; haec sunt testes rato rihpald. takaperht. lantfrid. ankilhaoh. aotto;

Digitized by Google

LXIX.

circ. 796. cnfr. num. 74.

In nomine dei summi Ego *odalscalh.* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali iudicio qualiter deum contemnentes poenam incidunt aeterna christoque adherentes uitam adipiscunt sempiternam ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illa loco. *phaphsteti.* habui ex integro seruos ancillas pratas rures campos siluas aquarumque decursibus mobile vel inmobile cultum vel incultum ad basilicam sancti *stephani* protomartyris que situm est in *pazauua* pro redemtione animae meae ut ibi sit firmamentum et stabilitum. Siquis autem hanc cartam traditionis quilibet opposita persona coutraire uoluit iram dei omnipotentis incurrat. et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano protomartyres patrem meum et per metipsum et matrem meum et uxorem meam et filium meum. et carta haec nihilomninus firma permaneat. Et hii sunt testes. tozi. raati. uto. VII. id. mart.

LXX.

Sub Tassilone Duce et Wisurico episcopo an. 765 — 775. Iterum sub Cárolo rege et Waltrico Episcopo an. 788 — 800.

In nomine dei summi. Igitur etenim ego proprio nomine *perhhari* tamen per dei misericordia presbyter vocatus tradidi villam meam nuncupatam *pazhares salida* ad beatum *stephanum* primum martirem sub tempore *tassiloni* principi et episcopi nomine *uuisuriih* pro remedium animae meae. et modo pro tem-

Digitized by Google

pore *caroli* regi et cum sua licentia iterum firmaui ad ipsum altarem sancti stephani coram episcopo nomine uualtrih qui ipsum episcopatum regere videbatur et hoc actum est in sidone (*i. e.* (*Synodo*) coram omnibus sacerdotibus et populo qui ibidem congregatus erat. sub die .VII. Id. Jun. et hanc traditione firmavi ut ego ipse perhari. et nepotes mei. uuerdhari. et uualto. ad suum fructuarium suscipimus in beneficia ita ut annis singulis in festiuitate ipsius sancti stephani reddere debeamus solidum unum omnibus diebus vitae nostrae et post obitum nostrum ibi permaneat in potestate ipsius sancti stephani et episcopi. in cujus potestate consistit. pro mercede domni regi caroli et antecessores meos ut oratio nostra ibi semper permaneat et haec sunt nomina testium. hrooduuaic presbyter. hriihholf presbyter. uuerdhari presbyter iso diac. uualto diaconus. iohan. naothart. hitto diacon. tato. presbyter. et hoc omnibus notum sit quod pretium meum aut in caballis vel in vestimentis aut in aliis utensilibus meis et haec carta sit firmior ferro conexa et ueris vinculis ligata omni tempore ab evo in euum;

LXXI.

Sub Carolo M. Imperatore et Hattone Episcopo. 806 — 814.

Commemoratorium de tractoria quam fecerunt uenerabilis presbyter nostro *) cundalperhtus et podalungus cler. cogitantes ipsi praefati pro redemptionem illorum tradiderunt omnia illorum propria et hereditatem eorum ad s. stephanum. casas constructas omnia substantia terram cultam et incultam quicquid ad eos pertinebat et ut eandem liceat eis habere et possidere usque in uitam illorum. post obitum eorum sicut praediximus firmiter sit

*) Leg. nomine.

Digitized by Google

stabilis ad sanctum stephanum usque in aeternum, et haec testes, odalfrid, cuniperht. hahol. isanhart. arn. deothaeri. uuolfcoz. poso. perhtcoz. actum est. hoc. III Kal. aprilis. in praesentia *hattoni* episcopi ad ipsum sedem sancti stephani regnante. dom. carolo imperatore;

LXXII.

Sub Urolfo Episcopo circa 805.

In christi nomine uir itaque quendam nom. *ooto* tradidit de partione sua qui illum constetit aduersus filios suos. ad altarem sancti stephani in mancipiis seu in coloniis pro amerem dei et pro redemptione animae suae. post uitam suam. et uxori suae id uero sunt mansos plenos .II. cum filiis suis. nom. uuilliheri. Mahtlind. et alt mansos *) nom. aemicho. enstila. filias eorum perhthilt. Erchanhilt. et alteros servos .II. nom. adaluni. aruni. et ipsorum colonias. duas, hoc fecit in praesentia coram dom. episcopo *urolfo*. et coram cunctis familiis sancti stephani. et. ualentini. et ipse dom. episcopus jussit hoc oblegare et per testibus. firmare ut in euum et inconuulsum permaneat. Nomina testium. erchanperht diac. roodperht cler. hitto cler. Valete.

Similiter et *hramuolus*. tradidit. atque firmavit. ad altarem sancti stephani cum ipsis testibus in uillam nuncupatam ad *scalchom*. cum domibus seu cum cunctis substantiis suis. absque priora traditione, quam pater ejus fecerat. mancipias .II. VALETE;

LXXIII.

ao. 786.

In dei nomine domini salutaris nostri ihesu christi temporibus glo-

*) Leg. mancipias.

Digitized by Google

riosissimi ducis *tessilonis* anno ducatui ejus XXXVIIII. indictione *) tua ego *cogo* trado omnia que habui in loco nuncupante *curtuna* ad ecclesiam sancti *stephani.* et beati sancti *ualentini* in ciuitate pazauge ut ibi sit firmum et stabilitum; Siquis autem ulla opposita persona vel ego. quod fieri non arbitror aut aliquis de heredibus haec irrita facere voluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum juda traditore et causam cum beatissimo sancto stephano et carta haec nihilominus firma permaneat. et hii testes. rodhart. test. heriman. test. erchanperht. test. madalker. test. angilperht. test. sundarheri presb. sex poues. XXX porcos. XXX oues. XIII mancipias. X. caperas. **)

LXXIV.

an. 796. Karoli reg. ao. XXVIII.

Ego in dei nomine *odalscalc* cogitans de dei timore vel pro absolutione peccatorum eorum propterea dono trado omnes res meas *ad monasterio patavis ad ecclesiam sancti stephani protomartyris* ubi preest venerabilis vir uualdricus pontifex dono ibidem et donatumque in perpetuum. esse. uolo. in pago *matagane* in loco qui dicitur *papsteti* super fluvio matucha. id est tam mansos una cum domibus aedificiis curtiferis cum uuadris capis terris siluis campis pratis pascuis peruiis cum muniis adie cenciis appendiciis mancipiis ibidem conmanentibus utriusque sexus rem inquesita totum et ad integrum per hanc epistulam traditionis ad ipso monasterio jam dicto pro redemtionem anime meae. post meum discessum vel conjuge mea. erkanradane dono trado atque transfundo jure perpetuo possedendum. siquis hanc traditionem infrangere temptaverit si se exinde non correxerit

*) Sic in Originali.

**) Conferantur Neue bayer. Abhandl. Tom. 1. p. 244. N. V.

Digitized by Google

in . . at *) ad partibus ipsius monasterii una cum distringente fisco auro uncias .XX. argento libras .L. coactus componat et quod repetit nihil euindicet. et haec donatio nihil minus firma permaneat. actum patauis ciuitate publica die .X. mense maj uino **) in anno XXVIII. regnante domno nostro carolo rege. isti *sunt* testes per auriculas trocti juxta ritum regionis hujus in *adfirma*tionis testimonii. raan test. uto test. gunchart test.

LXXV.

ao. Chr. 788 alias Regni Tassil. 42. Conf. Nus. 81.

Nihil enim ut ait apostolus in hoc mundo intulimus nec quicquam ex eo nobiscum poterimus auferre nisi quod ob animae salutem locis sanctorum vel in substantiis pauperum conferre videmur. igitur ego *gogo* clericus pertimiscens vitam futuram et bona retributionis aeterna ad molem peccaminum meorum minuendam trado ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris *stephani* in castro *pazzaugense* ibi duo amnes insimul confluunt ubi vir venerabilis uualdrichns episcopus preesse videtur traditumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus moriens dereliquid id est terris domibus aedificiis mancipiis pratis silvis aquis aquarum vel decursibus farinariis mobile vel inmobile qui adiacet secus fluenta nom. *gurduna* ut quidquid jam dictus episcopus vel successores ipsius episcopi exid facere decreverint pro utilitate supradictae basilicae. liberam atque firmissimam in omnibus habeant potestatem si quis uero quod fieri non credo si ego ipse aut aliquis de heredibus meis vel quislibet opposita persona contra hanc traditionem venire aut eam infrangere conauerit inprimis usque dum de hac causa ad

---

*) Locus exesus, videtur legendum: inferat.

**) Lectio dubia.

Digitized by Google

ueram emendationem venerit iram dei et sanctorum ejus habere pertimescat et cum supradicto sancto ante tribunal aeterni judicis in die iudicii decucat rationem et partibus ducis cum cogente fisco conponat auri libra une argenti pondua quique et quod repetit uindicare non ualeat sed haec traditio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa. actum est haec in curte publica qui dicitur salzpurc anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV sub die kal. martii indictione XI et haec sunt testes albuinus presbiter test. hrodgaoz presbyter test. tito. test. amo. test. bonifacius. test. hrodhardus. test. haeriman. nepotes sui. test. arhart. test. gundacchar; Ego hildipertus. *)

LXXVI.

an. 800.

In nomine domini dei saluatoris nostri ihesu christi temporibus gloriosissimi *caroli* regi anno regni ejus nostrum indictione VIII Ego *salomon* cogitante me de aeterna beatitudine seu de poenali judicio qualiter Deum contemnentes poenam incidunt aeternam, christoque adherentes vitam adipiscunt sempiternam. Ob hoc igitur statui in animo meo de propria hereditate mea aliquid deo conferre. Trado itaque omnia quae in illo loco habui qui vocatur. *cossinpach.* ex integro sine uno manso. seruo. ancillas. pratas. rures. campos. siluas. aquarumque decursus mobile vel inmobile cultum vel incultum ad basilica sancti stephani protomartyres christi pro redemptione anime meae. ut ibi sit firmum et stabilitum. Siquis autem contra hanc cartam traditionis quilibet opposita persona contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum beatissimis, sancti stephani. et sancti ualentini. et carta haec ni-

*) Conferantur: Neue bayer. Abhandl. T. I. p. 244. N. VI.

Digitized by Google

hilominus firma permaneat. et haec sunt testis. salomon. t. adalhart. rhaan. tozi. deotmar. . . . folf. *) tes. Scripsi autem ego reginhart presbyter hanc cartam traditionis jussus a domno episcopo *uualtricho*. Acta sunt autem haec in uilla puplica nuncupante *battaves*. regnante domino nostro ihesu christo in secula seculorum.

LXXVII.

aò. 821. 28. Decembr. nostro computu.

Igitur ego in christi nomine *uualto* clericus coepi cogitare pro remedium anime meae seu pro absolutione delictorum meorum. Quapropter ego trado propriam hereditatem meam ad sanctum stephanum infra muros ciuitate battauiense omnia quicquid habeam in pago *isnahkaoue* in loco nuncupante ad *suiprom*. et in alio loco qui uocatur ad *rorpah*. simulque in tertia loco qui dicitur *ad isna*. cum domibus aedificiis. cum mancipiis et pecoribus cum terris cultis vel incultis cum campis pratis aquis aquarumve decursibus uel omnia quicquid in his locis mea uidetur esse possessio vel dominatio. Ita dono atque trado ad beatum sanctum stephanum ut ibi sit firmiter et stabiliter post obitum meum. si quis autem parentum meorum hanc traditionem frangere aut eam calumniare temptauerit a liminibus sanctae dei ecclesiae excommunicatus sit et sequestratus apareat et quod repetit nullo modo euindicare preualeat sed praesens haec donatio stet firmatum usque in sempiternum abusque ullius contradictione ad sanctum stephanum actum est autem hoc in eo loco ad *battaviense* ciuitate in presentia *Reginharii* pontificis die natal. innocentorum hoc est V cal. ian. anno domni *ludouuici* imperatoris VIII regni sui indict. XV. et haec sunt testes qui uiderant et audierant per aures tractati inprimis uualtrih uicarius

*) Locus detritus.

qui hoc fecit simul cum ipse nepote suo. isker tes. arfrid tes. meginrat. perhtolt. aotperht. iacob. heriperht. hadalgoz. rihhart. keparhoh. rihpald.

LXXVIII.

Sub Erchanfrido regionario Episcopo an. 600 — 624. Conferatur Nus. 44.

Traditio quam *koza* fecit quamvis jam dudum antea scilicet traditio *kozun ad sanctum stephanum* *) per notitiam testimoniorum et confirmationem epistolarum esset conprobatum attamen illa prefata koza venit ad *patavia civitate* quando *erchanfridus* uocatus episcopus cum suis fidelibus ibidem fuisset et renouavit omnem traditionem in loco nuncupante *sulzipach* et iterum per testimonia confirmauit haec sunt testes engilpald. helmrih. keparhoh. uuicperht. kerhart. liuthart anno. krimperht. podalunc. iminolf.

LXXIX.

Inter an. 788 — 804. conf. Nus. 20.

Traditio *madalgeri* ad *Rindpach* · Ego in dei nomine madalger trado et transfirmo quicquid mea esse videtur ad *rindpach*

---

*) Dubium hic est explanandum, an S. Stephanus Laureacensis, an S. Stephanus Pataviensis intelligendus? Haud dubie posterior, quia

1. Patavis facta est renovatio, veniente huc episcopo.
2. Jam ante sub Erchanfrido factae donationes ad S. Stephanum intelliguntur de S. Stephano Pataviensi.

Caeterum hinc eruitur, Erchanfredum nondum ordinarie sedisse Pataviae, sed tantum huc profectum; et firmatur conjectura Hörnikii, nempe diu praeparatam fuisse hic sedem episcopalem.

Digitized by Google

post obitum meum ad anctum *stephanum*. et haec sunt testes starcholf. meginhelm. plidger. heimo. rihcauuo. rodperht. reginolt. mejol. uualtilo. adalger. utto. cundalperht. adalhart. madalhart. isker. arfrid. arpeo. pazrih. uuelafrid. husuuart. otochar uujgo et totinauuuaracuniti *) nerpald nandhelm reginpald.

LXXX.

circ. 817. Confer. Nus. 58.

In christi nomine Ego *cundalperht* cogitaui uel pertractaui molam peccaminum meorum seu pro aeterna retributione in die iudicii idcircum trado atque transfundo hereditatem meam ad ecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam in batauue ciuitate hoc est campis pratis siluis aquis aquarumque decursibus cultis et incultis seruis ancillis peculium utrumque sexum mobilium et inmobilium uel quicquid in hodierno tempore possidere uideor. Ideo tamen ratione ut post obitum meum firma et inlibatata haec cartula omni tempore permanere debeat Si quis uero quod futurum esse non credo aut ego ipse aut aliquiis ex heredibus meis vel quicquid opposita persona qui contra hanc cartulam temptare aut frangera uoluerit inprimis a consortio omnium christianorum et a liminibus ecclesiarum extraneus efficiatur et iuda traditoris domini nostri ihesu christi perfruatur constorio. Insuper etiam conponat ad ipsam ecclesiam duplicem pecuniam. Hoc signum test. haito. presbyter. testes hroduuic. testes caozperht presbyt. testes angilperht testes poso. testes arperht testes erchanpoto. testes aso. et testes tota familia sancti stephani.

In locum qui dicitur mohundorf;

---

*) An hic *auarorum comitia* corrupte exscripsit librarius?

Digitized by Google

LXXXI.

an. 788. Confer. Nus. 75.

Si aliquid de rebus nostris. locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus Ego itaque *cito* haec mente pertractans ad facinoribus meis minuendis dono post obitum meum ad aecclesiam primi martyris Stephani qui est constructa in castro pazzaugense ubi uenerabilis uir *uualdricus* episcopus preesse videtur locellum qui adiacet secus fluenta nom. *gurduna* quod mihi pater meus moriens dereliquid campis pratis siluis mancipiis aquis aquarumue decursibus mobile uel inmobile domibus aedificiis ut quidquid supradictus episcopus post obitum meum ex eo facere uoluerit liberam habeat potestatem siquis uero quod fieri non credo si ergo ipse vel aliquis de heredibus meis aut quislibet opposita persona contra hanc donationem uenire temptauerit a liminibus aecclesiae extraneus habeatur et cum supra scripto sancto In die iudicii deducat rationem et partibus ducis conponat secundum quod lex est et quod repetit non uindicet sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnexa actum est haec in curte puplica qui dicitur salzpur anno regni gloriosi principis *tassiloni* XLV. sub die kal. mart. Indictione XI. et haec sunt testes albuinus presbyter testes hrodgaoz presbyter testes tito. testes amo. testes bonifacius. testes hrodharius. testes heriman. heriperht testes. Ego hildipertus.

LXXXII.

Sub Reginhario Episcopo 818 — 838.

Noticia de illa causa ad *tagahartinga* quod quidam homo nomine *kozheri.* uenit ad *Reginharium* episcopum petens illud

territorium cum casa et curte cum horreo et omni utensilia ibidem adiacentia illi in beneficium donare et ejus non denegauit uoluntas in ea vero ratione ut annis singulis censum dare debuisset id est de ceruisa siclos. XXX. de farina spelda mocd. II. unus ex illis lavatus sit fringa *) I. bona. auccas II aud. X. pullos et postea quando illi placuisset atque conuenisset emeliora-tum atque fabricatum ad sancto stephano rediret actum *erat* hoc ad hemingas VI. id. Febr. coram omnibus qui tunc ibidem aderant.

LXXXIII.

an. 802.

Dum resedissent misi domni caroli serenissimi imperatoris In loco qui dicitur *matahgauue Arn* uidelicet archiepiscopus et *kislehardo* iudex ad universorum causas examinandas. vel recta juditia terminanda ibique aduenies aduocatus *uualdrico* episcopo in uicem ipsius episcopi aliquos homines Uilliperht nec non et adalperht interpellaret dum diceret eoquod de capite eorum legibus essent serui sancti stephani et ecclesiae ipsius episcopi sed ipsi in presente adstabant et hac causa in omnibus denegabant. Tunc ipsi praefati missi hac causa pariter et diligenter inquirentes. inuenerunt qualiter ipsi de partibus genitoribus eorum serui essent ipsius episcopi et statim reddiderunt se una cum uxoribus eorum et filiis hac filiabus Et habeat ipse episcopus ad suam aecclesiam omnibus diebus euindicatos. et sit inter eos in postmodum de hac re difinita causatio. Actum mattagaoe fisco publico. die proconsule .XV. kal. mar. anno .XXX. III. et secundo regni domni nostri caroli gloriosissimi imperatoris. isti sunt qui presentes fuerunt quando haec res gesta est. richeri comis. aot-

*) Leg. *Frishinga.*

Digitized by Google

perht judex. uuenilo. posso. dauid. helmker. aotto. fridurat et nidhart centenarii. haholt. gaozperht. taozi. adalhart. bertharius notarius hanc cartolam subscripsit.

LXXXIV.

Sub Waltrico episcopo et Carolo M. Imper. 800 — 804.

In dei nomine. Ego *cundpirin* pro remedium anime meae seu pro retributione uite aeternae dono atque trado talia si dominus meus ad rectum meum dimisit atque quesitionem cum terra et pratas mancipias animalia contra prestaria domni *uualtrihi* episcopi pasilica unam in loco qui dicitur *mochundorf* ad sanctum stephanum secundum obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum stephanum secundum obitum meum stet firmatum et ordinatum ad sanctum stephanum usque In sempiternum et ita oro omnipotentem deum ut siquis de heredibus meis vel cuiuslibet persona inire seu frangere conauerit coram summo deo reddat rationem et sancto stephano primo martyre et in fisco auri untias XII coactus soluat domini cesarii quod contra legem egit et haec traditio firma permaneat omni tempore in sempiternum. et haec sunt testes. tozi test. gaganhart tes. chuntilo tes. reginhart testes.

LXXXV.

Sub Tassilone Duce et Waltrico Episcopo an. 774 — 788.

In christi nomine. Ego *ortuni* trado atque transfundo hereditatem meam in uico nunccupatiuo *uuagindorf* ad aecclesiam beati sancti stephani atque sancti ualentini sitam in *pattauae* civitatem hoc tota portio mea de campis. de pratis desiluis de aquis aquarumque decursibus domum meam vel aream pomerium meum et

Digitized by Google

uxori mea *deomoth.* et granum meum siue in area uel in campis post obitum meum filii mei potestatem habeant faciendi que uoluerint et deomnibus pecodibus meis. Nisi tantum terram et edificia mea hoc trado et transfundo pro remedium anime meae et pro aeterna retributione in die iudicii. siquis hanc cartam inire seu frangere conauerit inprimis iramdei incurrat et sancti petri. testes tozzi. alarih. uualtrih. pernuueich. raatcoz. pernhart. engilmunt. erinperht. nidhart scripsi jussus a uualtricho episcopo.

LXXXVI.

ao. 803. annus Caroli Imp. al. III. Indict. XI. — Confer. Nus. 68.

Si aliquid de rebus nostris locis sanctorum uel in substantias pauperum conferimus hoc nobis procul dubio in aeterna beatitudine retribuere confidimus obhoc igitur ego *populi* ad molem peccaminum mearum minuendam dono ad ecclesiam qui est constructa in honore protomartyris *stephani* in *castro pazaugense* ubi vir venerabilis *waldricus* episcopalem officium adimplere curatur donatumque in perpetuum esse uolo quod mihi pater meus moriens dereliquid locellum qui adiacet secus fluenta qui vocatur *enchinaha* cum ecclesia qui est constructa in honore semper uiginis mariae seu domibus aedificiis accolabus mobile uel inmobile vt quicquid supradictus episcopus post obitum meum facere uoluerit ex eo. habeat liberam potestatem. siquis uero aliquid uoluerit quod non credo. ipse. vel aliquis de aeredibus meis aut quislibet opposita persona. contra hanc dominationem uenire temptauerit. a liminibus aeclesiae extraneus habeatur. et cum supra scripto sancto in die iudicii deducat racionem. et partibus ducis conponat secundum quod lex est. et quod repetit non uindicet. sed haec donatio omni tempore firma permaneat stipulatione subnixa. Actum est in publica curte qui dicitur radaspona anno regni gloriosi imperatoris karoli. XII. sub die VI kal. nouembris indic-

Digitized by Google

tione. XII. Et haec sunt nomina testium. . . . . (*in fine rasura* 1½ *lineae.*)

LXXXVII.

ao. 868.

In nomine dei omnipotentis. cunctis fidelibus christi sit Notum qualiter ego *patarih.* tradidi hereditatem meam. in loco. quod dicitur *vrpahc.* ad s. stephanum. vbi *ermenricus* episcopus. Nobis. presens dignaretur. In ea ipsa ratione nemppe accepi. ab episcopo praedicto et auocato ejus. alteram terram mihi in haereditatem. in loco qui dicitur *anteſna.* hoc tantum accepi. quantum quantum dedi. Et hi sunt teſtes per aurem adtracti. Sig. Diotpertus aduocatus. qui hanc traditionem ſuſcepit. Et alteram peregit. Snello. Gotahelm. Hunger. Hotger. Ellinfrid. Raticho. Gerilo. Chadolt. Liutto. Diotpert. Morihcho. Gunpreht. Actum in uilla quod dicitur ad *henchinaha* ſub die VI. Id. MAJAS. Coram *ermenrico* episcopo. Regnante domno hludouuico rege. Anno XXXVI. regni ejus. feliciter in dei Nomine Amen.

LXXXVIII.

De Traditione, quam Gundheri prsb. fecit.

an. 874.

Notum sit omnibus fidelibus. in christum credentibus quomodo *Gundheri* presbyter tradidit ad sanctum stephanum proprietatem suam. in loco. qui dicitur ad *chunirihesdorf.* et quicquid ibi habuit in aedificiis. in agris. cultis. ast incultis. in pratis. in aquis aquarumque decursibus. et tria mancipia. nomina eorum sunt engilheri. wolfgund. vuerdila. In ea tamen ratione. ut ego inde aliud econtra reciperem. in loco. qui dicitur ad *Slehdorf.* et il-

Digitized by Google

lud sine censu haberem. usque ad finem uitae meae. et post obitum meum. ambo stetissent ad sanctum stephanum. Et hi sunt testes per aures attracti. Ruodpert. Diotrihc. Otpreht. Engilpern. Alarih. Ebarhart. Gerhart. Erhart. Otger. Otto. Acta est haec carta sub die III kal. Marcii. Anno ab incarnatione domini DCCCLXX. IIII.

LXXXIX.

Licencia Hlvoduuici regis de commutacione intrinsecus et extrinsecus pro augendi causa rerum S. Stephani.

an. 852.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatisHludouuicus diuina fauente gratia rex. Notum sit igitur omnibus fidelibus sanctae dei aecclesiae. Nostrisque praesentibus scilicet et futuris. quia harduuicus Uenerabilis episcopus. Nosterque familiaris excellentiam nostram adiens. deprecabatur. ut sibi liceret. a uiris nobilibus eorum res proprias. et mancipia. cum rebus eclesiae et mancipiis. quae in honore sancti stephani protomartyris christi dedicata est ubi domino auxiliante corpus beati ualentini requiescit ac ei ad regendum commissa commutare. ea uidelicet ratione. quod ipsa eclesia nichil juris suae careret. sed potius compendium. et utilitas eidem ecclesiae exinde generatur. Nos vero solemni more. sicut omnibus justa et racionabilia petentium agere uolumus. peticioni eius aurem serenitatis nostrae acommodauimus. ac per hoc. hanc auctoritatem nostram prefato *harduuico* episcopo. seu successoribus suis fieri decreuimus. per quam uolumus. atque jubemus. ut ubicunque ipsi et aduocati eorum, tales res inveeniant. quae aeclesiae illorum apcius et utilius. atque convenientius. conjacere uideantur. liberam potestatem habeant commutare. et ad opus sedis suae subicere. et hoc illorum et advocatum eorum prouisioni consistat. ut eum summa cautela et diligentia consideretur. ne pejus. atque de-

Digitized by Google

terius. vel minus in nullo negotio isto parti. et potestate iam nominati sedis. et monasteriis. ex illa commutatione proueniat. Statuentesque ut deinceps quicquid pro utilitate. sepe dictae eclesiae. et monasteriis praefatus episcopus. successoresque illius. et aduocati eorum commutauerint. in mancipiis ceterisque rebus. siluis. vel etiam territoriis. per hanc nostrae benevolentiae concessionem firmum et inconuulsum perpetuo permaneant. et ut nulli liceat. illam commutationem infringere. vel inrumpere. aut infestare. sed ut diximus. quicquid pars altera alteri dederit. stabilitum et incontaminatum futuris temporibus permaneant. et ut haec nostrae concessionis. auctoritas firmiorem atque diutiorem obtineat uigorem. et a cunctis fidelibus sanctae Dei eclesiae. nostrisque melius credatur. et diligencius conseruetur. Manu propria nostra subter eam firmauimus. et anuli nostri impressione adsignari iussimus. Signum (*Monogramma*) Domni Hludouuici serenissimi regis.

Comeatus notarius ad uicem Rudleici recognoui et.

(L. S.)

Data in XVII kal. febr. In anno christo propicio XVIIII. regni domni hludouuici serenissimi regis. In orientali francia, Indictione XV. Actum radasbona ciuitate regia in dei nomine feliciter amen. —

XC.

De participatione nemoris quod dicitur Pazouahard.

an. 887.

In nomine sanctae et indiuiduae trinitatis Karolus diuina fauente gracia imperator augustus. si liberalitatis nostrae munere locis deo dicatis. quiddam conferimus beneficii. et necessitates ecle-

Digitized by Google

siasticas ad peticiones seruorum dei nostro releuamus iuuamine. atque imperiali tuemur munimine. id nobis et ad mortalem uitam transiendam temporaliter et ad aeternam feliciter obtinendam profuturum liquido credimus. Quapropter comperiat *omnium* fidelium nostrorum. presentium scilicet et futurorum *industria*, quia uenerabilis *Engilmarus* episcopus noster. pataviensis adiit celsitudinem nostram. ut res episcopatus eius. uidelicet possessiones sancti stephani protomartiris christi. sub mundoburdo. nostrae inmunitatis reciperemus. Cujus peticioni, aurem piaetatis nostrae libenter accommodauimus. ita concessimus. atque per hoc preceptum nostrum confirmauimus. precipimus atque jubemus. ut nullatenus nullus judex publicus. vel quislibet ex iudiciaria potestate in ecclesias. aut loca. vel agros. seu reliquas possessiones. quas moderno tempore. in quibuslibet pagis. vel territoriis. infra dicionem regni nostri. iustae et legaliter memoratum teneat. vel possideat monasterium. uel ea. quae deinceps in iure ipsius monasterii uoluerit diuina largitas augeri. ad causas augendas. vel freda exigenda. uel mansiones. aut paratas faciendas. aut fide jussores tollendos. aut homines ipsius ecclesiae. tam ingenuos quam seruos super terram ipsius commanentes. iniustae distringendos. nec ullas redibiciones aut inlatas occasiones requirendas nostris nec futuris temporibus ingredi audeat nec ea. quae supra memorata sunt. penitus exigere presumat. sed liceat memorato episcopo suisque successoribus res predicti monasterii. cum omnibus sibi subiectis et rebus et hominibus ad se iuste aspicientibus. sub tuicionis atque inmunitatis nostrae defensione remota. totius iudiciariae potestatis inquietudine. quieto ordine possidere et nostro fideliter parere imperio. atque pro incolomitate nostrae coniugis seu etiam tocius regni nostri a deo collocati una cum canonicis sibi subiectis. domini inmensam clementiam iugiter exorare. Preterea. quia in altercacione fuit. marca in foreste nostro. quae pertinuit ad sanctum stephanum. idcirco uolumus atque precipimus. et modis omnibus. sicut fuit temporibus *hartuuici* episcopi. quando ille optime ualuit. ita deinceps ad sanctam dei casam pertineat. nemine contradicente. Id est ad *uualdgises. heginpahc.* Ad restiperc. ad pletirspahc. et Ad steinpahc.

Digitized by Google

ubi ille in danubium cadit. Et ut hec auctoritas tuicionis. et largicionis nostrae pleniorem in dei nomini obtineat uigorem. Manu propria subtus. firmauimus et bullae nostrae impressione assigniri iussimus.

Signum domni (*Monogramma*) serenissimi imperatoris augusti

Amalbertus notarius ad uicem Liuduardi archicancellarii recognoui.

Data VII Id. Jan. Anno ab incarnatione domini DCCCLXXXVII Indict. IIII. Anno uero imperii piissimi imperatoris KAROLI VII. Actum ad regenesburc in dei nomine feliciter amen. *)

Complacitatio inter Adalbertum episcopum et Diotricum. Sub Adalberto Episcopo.

Nouerit omnium christi fidelium industria. praesentium atque futurorum qualiter quidam nobilis vir N. *diotrich* tradidit ad sanctum stephanum talem proprietatem qualem ad *santapach* et ad *itinespah.* habuit in manu *Adalberti* episcopi et aduocati sui *Altmanni* et complacitauit quicquid ad *ongeringa* et ad *tuttinga* sanctus Stephanus proprietatis habet. cum duabus uineis quas ipse praenominatus diotrich ibi in beneficium habuit et quidquid ad *eichhi* in beneficium habuit et ad *Huningam* basilicam cum decimis et agris et cum omnibus illuc pertinentibus et quidquid ad praenominata loca pertinet quesitis siue inquirendis sibi et uxorisuae. *Rilinde* et filiae ejus *gerhilde* ut easdem res in proprietatem possiderent usque ad obitum uitae eorum. et si ad santapach et ad itinespah plenitudo recte complacitationis non sufficiat ad *tunindorfh* pleniter re-

*) Adest Originale, cujus Bulla periit. Documentum ipsum nusquam hucusque editum.

Digitized by Google

stituendum Insuper eciam praefatus diotrid tradidit X. et VIIII mancipia his nominibus Azo et uxor ejus Wui et filii ejus. III. Gotalint et filii ejus. III. Plidger. Palmout et filii ejus. Rizavuib. Rachholh et uxor ejus. Eccha et filia ejus. Waltrich Gerhoch Prunhilt. et complacitauit mancipia. L.VI. his nominibus Sicco et uxor ejus et filii ejus. IIII. Wolfger et uxor ejus et filias ejus Ratolf et uxor ejus et fil. I. Altman et uxor ejus et filii ejus. II. Dioza. Raci et uxor ejus et filii ejus. IIII. Dorfolt et uxor ejus et fil. I. Eccho Willihelm et uxor ejus et fil. ejus. V. Uuolazi Azo Ellindejo et uxor ejus et fil. .IIII. Dietheri et uxor ejus et fil. .I. Chodino et uxor ejus Hezaman et uxor ejus et fil. I. Uverilant et uxor et fil. III. Lanzo Suona et fil. I. Gotta Ovdalger Isti sunt testes per aures tracti Ovdalrich Heriman Meginhart Moimar Adalger Adalrich Reginolt Altman Palduuin Egino. Into Erampreth Pezili Ovgo Rampreth Diotmar Gotahelm Gotti Heitfolch Hazco.

XCII.

Sub Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Omnium christi fidelium nouerit industria. Qualiter quidam nobilis vir nomine *sigibertus* talem proprietatem qualem in pago *trungouui* vocitato in loco qui dicitur *liuthuntinga* jure hereditario uisus est habere. In manum episcopi *Berangeri* et sui aduocati nomine *Eramberti* in rectum concambium tradidit ad sanctum stephanum. Econtra praenominatus episcopus cum mana ejusdem sui aduocati Eramberti. in loco qui dicitur *Waldarun* de terra suae ecclesiae tantundem recta mensura et demonstracione ubi siluarum obstaculo mensura non pertinuit praefato Sigiberto tradidit in proprium. hujus autem concambii testium nomina inferius sunt annotata. Ovdalrich. com. Wizili. Erampreht. Ekkirihc. Ezaman. Piligrim. Engilscalhc. Ercanfrit. Pezili. Gerhoh. Arbo. Wezil. Uuolfkanch. Dietrich. Azili. Gerhoh. Altman. Egino. *)

*) Haec et sequentes notitiae scriptae sunt manibus priorae nonnihil recentioribus, attamen coaevis.

XCIII.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Annotatio traditionis quam fecit *Sigiza* monialis in aram sancti stephani. Tradidit namque eadem sigiza ad sanctum stephanum et ad usum fratrum ibi deo famulantium in manum episcopi venerabilis *Berangeri* et fratrum praepositi *Wisundi* talem proprietatem. qualem habuit in uicinio urbis Patauiensis. in monte videlicet qui adiacet villae *scildorf* nuncupatae et tria mancipia. eo scilicet tenore. ut talem praebendam ex fratrum pertinentia quoad uiueret haberet. qualis uni ex fratribus in cottidianum usum contingeret. et si aliquid ex integritate illa neglegentia ministrorum seu aliquo interueniente inpedimento sibi subtraheretur imminutum. infra eiusdem mensis spacium quo defectus seu mutilatio praenominatae summae eueniret. totum id recompensatio adimpleret. et huius complacitationis testium nomina hic subter sunt annotata. Ovdalrih com. Ratolf. Ovzi. Engilmar. Ekkolf. Vualtchuon. Altmar Guntpolt Penzo, Cumpo Azili Pero.

XCIV.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Nouerint omnes christi fideles qualiter quaedam nobilis mulier nomine *Judita* se ipsam. et filium ejus N. Berenhardum. et filiam suam N. Gisilam cum consensu et coniuentia utrorumque tempore uenerabilis episcopi Berangeri absque cunctorum contradictione. in aram sancti stephani in looo sanctissimae sedis patauiensis ecclesiae tradidit potestatiue. eo uidelicet tenore. ut ipsi et omnis potesteritas illiorum cum ad nubilem peruenerint aetatem. V. nummos vel eorum pretium annuatim in praescriptum

Digitized by Google

persolvant altare. et post hac ubicumque sibi placeat libere degant. Hujus traditionis testium nomina inferius sunt attitulata. Engildieo. Racco. Razo. Izili, Chadalhoh. Frouizi. Azili. Azo. Megici. Ovzaman. Azachint.

XCV.

Sub eodem Episcopo Berengero. 1013 — 1045.

Nouerint omnes christi fideles qualiter uenerabilis dei gratia *Berangerus* episcopus sui proprii juris seruuos Guntpreht Ratuvin Vuillihelm Ono. nuncupatos tradidit in aram sancti stephani *Ermberto* aduocato hanc traditionem suscipiente ea uidelicet conditione. ut si praedicti famuli sibi competenti ac sufficienti ab ejusdem sanctae patauiensis aecclesiae episcopo fulciantur beneficio. infra cortem suam sicut caeteri suae ecclesiae ministri cuilibet officio deputati seruiant deuote. Sin autem annuatim V. nummos vel eorum pretium in praescriptum persoluant altare et cuicumque uelint procul omni seruili districtione libere ministrent. Hujus vero traditionis testes ritu baioarico per aures tracti hic inferius sunt notati. Chuonrat. Azili, Ratolt, Herirant, Vualtchuon. Chacili. Gozilo.

XCVI.

Sub eodem Episcopo Berengero 1013 — 1045.

Omnium christi fidelium nouerit industria qualiter comes *Berhtaldus* filius comitis *Oudalrici* imminente suae ex hoc seculo transmigrationis tempore, quandam sui proprii juris ancillam nomine Rihgart ob remedium animae suae, parentumque suorum tradidit in manum *Tiemonis* comitis eo uidelicet tenore ut ipse eam potestatius absque cunctorum contradictione aut in mundi-

Digitized by Google

burdium alicujus aecclesiae aliquo prae signato censu illuc annnatim persoluendo. aut cuilibet libertati eidem R. placuisset aut ipse tradendo manciparet. aut ad alias manus secundum illius peticionem id ipsum faciendum potestative traderet. Hujus uero traditionis testium nomina inferius sunt subnotata. Ticomo com. ejusdem traditoris filius. Gerolt comes. Papo. Marhuuart. Egino. Ratolt. Ekkihart. Erchanfrit. Ermpreht. Postea uero aliquanto temporis interualló transacto praefata R. rogante praescriptus comes *Tiemo* illam sub antedicta ratione in manus comitis tradidit *Ratpoti*. ut ipse hujusmodi libertatis concessionem ad effectum perduceret. quod et ipse de tempore in tempus differendo aliis negociis impeditus minime perpetrauit. verum hac traditione filium suum *Dietbaldum* hereditauit. et jam dicti primae traditionis testes in testimonium hujus secundae ritu baioarico sunt per aures tracti. et ad ultimum praedictus Dieotbaldus debitum patris ut iure debuit persoluit. et eandem R. ad votum et petitionem illius tempore venerabilis episcopi *Berangeri* patauiae in aram sancti stephani coram frequentia ejusdem sanctae ecclesiae clericorum et laicorum sub praefata tradidit conditione, videlicet ut ipsa et omnis posteritas illius cum ad nubilem peruenerint aetatem tres nummos vel eorum pretium singulis annis in praescriptum persoluant altare. in usus fratrum. et ab omni seruili jugo soluti sint sub patrocinioque illius sanctae sedis aduocati ubicunque sibi collibeat libere degant. et ut hoc in perpetuum ratum et inconuulsum permaneat. subscriptorum roboratum est testimonio. Heriman. Adalpreht. Adalram. Emmo. Chazili. Vualtchuon. Gezo. Azatrut.

XCVII.

Sub eodem Berengero Episcopi. 1013 — 1045.

Notum sit omnibus christi fidelibus qualiter *Wiusundus* patauiensis canonicorum collegii praelatus indignus tres sui proprii juris famulos. Albrih. Trutman. Dieotpreht nuncupatos pro sui pa-

Digitized by Google

rentumque suorum animarum remedio. et pro eorundem seruorum sat longo fideli seruicio tempore uenerabilis episcopi *Berangeri* coram frequentia patauiensis collegii in aram sancti stephani cum manu aduocati sui *Azilini* tradit potestatiue. *ermberto* aduocato hanc traditionem accipiente. eo uidelicet tenore. ut *si sibi* competenti inde procurentur sustentatione. devote ac fideliter post ejusdem presbiteri corporis dissolutionem. si tamdiu aduixerint praefatae aecclesiae episcopo seu ejus permisso more ministerialium uel uillicorum suis deseruiant fidelibus. sin autem V. nummos vel eorum pretium annuatim in praescriptum persoluant altare. Caeterum ubicunque sibi placeat sub patrocinio ejusdem ecclesiae aduocati libere vitam ducant. Hujus vero traditionis testium nomina hic subtus sunt notata. Ratolf. Regiuuart. Ovtilo. Ekkirih. Gumpo. Engildieo.

XCVIII.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Isti sunt testes pro quodam parscalcho. *Ecili* nuncupato quem *Arnoldus* coram frequentia cleri et populi tradidit ad sanctum stephanum in manus uenerabilis episcopi Berangeri Arnis. Gerolt. Ratolf. Engilscalh. Gepolf.

XCIX.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Notum sit uestrae karitati. qualiter quidam nobilis vir *Rovdolf* nomine pro amore dei et pro remedio animae suae. ac patris sui Rovdolfi. talem proprietatem qualem ad *murperch* habuit. praeter unam mediam hobam in osterenperge. quam cuidam uiduae Vuezalun nomine dedit. et aream unam ministri

Digitized by Google

sui machelmi ad *forstarun.* ut eo die sepe et edificiis circumdata erat. cum omnibus appendiciis. et jure ad predictam hereditatem respicientibus potestative. et absque omni contradictione in conspectu fratris sui *orendiles.* tradidit in manum Berangeri episcopi et militis sui *Chazilini.* eo scilicet tenore. ut idem chazili traderet in aram sancti stephani. unde prius temporibus *christiani* episcopi et *Rovdolfi* patris sui. injusto concambio diu alienata erat. Isti sunt testes. Jacob. Reginolt. Aribo. Orendil. Grim. Gumpo. Engilscalch. Hitto. Racco. Ovzi. Ratolf. Ovdalrich. Selprat. Ista traditio a praedicto chazilino peracta est In die sancto cenae domini coram frequentia militum et clericorum et omnis familiae. Hujus vero traditionis testium nomina hic subtus sunt notata. Temo comes. Gerolt comes. Ovdalrich comes. Heinrich. Temo. Item Temo. Hartman. Aribo. Alto. Reginhert. Heimo. Pato.

C.

Sub eodem Berengero Episcopo 1012 — 1045.

Notum sit christi fidelibns. quod quidam nobilis uir *Hadamar* nomine pro remedio animae suae et uxoris suae nomine . . . . (*Spatium vacuum absque rasura*) et parentum suorum talem proprietatem. qualem ad *planchinpach* habuit cum uno seruo Ebar nominato. coram frequentia militum et familiae. in manus *Berengeri* episcopi potestative et absque omni contradictione tradidit ad sanctum stephanum. Isti sunt testes. Rafolt. Rovdolf. Chazili. Machelm. Izo. Reginpolt. Ovdalrihc) Waltcovn.

CI.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Notum sit omnibus christi fidelibus presentibns scilicet et futuris. qualiter quidam nobilis vir. *Uvicha* (*hic rasae sunt litterae rt*)

Digitized by Google

vocitatus. talem proprietatem. qualem ad *roschanasuuanch* ipse et uxor ejus nomine *Gisala* possedebant. tradidit ad sanctum stephanum. in manus *Berengeri* episcopi. et aduocati sui *Lutberti*. Econtra vero idem praenominatus Uvichart proprietatem talem qualem miles pretitulati episcopi Deiotrich. *ad perga* pro beneficio habuit. cum aecclesia et decimatione aliisque utensilibus a jam dicto episcopo et aduocato suo. *Lutberto* accepit. His namque testibus roboratum scimus esse. Chazili. Reginolt. Marchwart. Gotti. Alto. Engilscalch. Gumpo. Ozi. Madalgoz. Ovtilo. Rachauvin. Engilpolt. Razo.

CII.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Nouerit omnium fidelium industria. qualiter *Hizili* nominatus quidam proprii ivris sui ancillam Sigipurhc. N. tradidit potestative in aram Sanctī S. (*stephani*) fratrum etiam ad usum. eo scilicet obtentv. ut annuatim V. nummos in eandem persolvant aram. et ipsa quacunque libera. et sine omni degat contradictione. Hujus rei testes inferius subnotantvr. Tierpolt. Ovzi. Racco. Gizo. Racco. Engilpero. Sicco. Ovzi. —

CIII.

Sub eodem Berengero Episcopo 1013 — 1045.

Nouerint omnes. qualiter quidam de familia Waltcoun N. *Wisundum* servum suum tradidit in aram sancti S. ea lege. ut annuatim. V. nummos in eandem persolvat aram. Huius confirmationis hi sunt (testes) Deotrihc. Marhcwart. Meginhart.

Digitized by Google

CIV.

Sub eod. Ber. Episc.

Isti sunt testes. de chrazun. et progenie ejus Deitrihc. Ramanolf. Ovdalman. Chazili. Woluolt. Gezo.

CV.

ao. 1035.

Nouerit cunctorum christianorum Industria, quod quidam nobilis homo *Ratolt* nomine. assensu uxoris suae. Liuzun. et filiae eorum Rizalun manu vero generi sui werenharii. talem proprietatem qualem habuit in atergouve. *albratingun* uocatam. omni contradictione remota potestatiue tradidit in manum *Rovdolfi*. eo tenore. ut eandem *Ovdalrico* patauiensi tunc diacono. quandocunque. vel cuicunque ipse aut certus nuntius ipsius peteret. uelut propriam hereditatem iuri eius et usui tradendo subiceret. et si hanc iam dictam' hereditatem quisquam litigosam partim. vel totam faceret. hanc litem ipsi Ratolt et gener eius finirent. aut more gentis. ubi tunc proxime hereditatem haberent. in comitatu Piligrimi comitis. iusta mensura restituerent. Isti sunt testes. Hitto. et filius ejus Gerhoh. Reginger. Hunolt. Gunthalm. Racco. et filius eius Isanpero. Einhart. et filius ejus Richolf. Hanc vero predictam possessionem albratingun vel waltingun tali modo et his testibus traditam sibi longo post tempore Rovdolf filius Engilscalchi. petitione Ovdalrici. prefati clerici tradidit in manum Chazilini supra maticense cenobium tunc aduocati. precepto reuerendi pontificis Berengeri. assensu vero militum. adclamatione clericorum et totius familiae. ea lege ut iam dictus aduocatus chazilinus. talem proprietatem. qualem iam dictus clericus Ovdalricus in benefitio habuit. ad *semphtinpah* eidem pro concambio in proprivm quesitam et in-

Digitized by Google

quirendam totam redderet. quod et fecit. Isti sunt testes. Pero. Rovdolf. Adalperht. Isanpero. Ovdalrih. Ellinhalm. de familia autem Gezo. Egilolf. Gerolt. Heizo. Ovdalrih. Gebahart. Irminolt. Pero. Chazili. Ovzi. Rihhart. Hizo. Albrih. Ovzi. Richart. Actum est munolfingun in placito iam dicti aduocati Chazilini. coram omni familia. Anno dominicae incarnationis .MXXXV. Indictione .III. III. idus Septbt. Domni uero BERENGERI episcopi XXII.

CVI.

Sub eodem Berengero Episcopo circa an. 1035.

Notum sit cunctis fidelibus qualiter quidam de familia *adalot.* nomine. precepto reuerendi episcopi BERENGERI assensu militum. clericorum ac familiae utriusque id est patauiensis et maticensis. manu tunc aduocati. supra matseo chadalhohi. talem proprietatem. qualem uxor eius Bertha habuit ad *selhdorf.* pro iusto concambio tradidit in manum Rovdolfi aduocati. ea lege ut idem ei redderet ad holzhusun. quod et fecit. Isti sunt testes. Ovdalrich comes. Teitrich. Jacob. Marchuvart. Gamanolt. Ovdalrich. Pero. De familia. Emmo. Izo. Uvaltchovn. Mazili. Uvolfpero. Erinzo Gerolt. Eccolf. Ghazili. Eigil. Adalhart. Chacili. Egilof. Ramperht. Ovdalrich. Helidolf. Richart. Adalhart.

Actum est in curte dominicali pazovuva. V. Id. ivlii.

Pro concambio quod idem *adalot* fecit cum *piparpach* ad *holzhusun* lauriaco. Isti sunt testes. Otto. Pilgrim. Erchanpolt. Hacco. Erenzo. Marcwart. Raffolt. Item Raffolt. De familia. Wasigrim. Gerhart. Otuvin. Irmanolt. Adaluni.

CVII.

Sub Berangero Episcopo circa 1035.

Isti sunt testes proprietatis *adalhardi* inter hardirun quam tradidit

in manum Berengeri episcopi. Megingoz. Chazili. Marchuart. Deiotrich. Adalpero. Heitfolch. Wilhalm. Eramperht. Ovtilo. Razo. Ovdalrich. Hezo. —

CVIII.

ao. 1058. Ex duplici notitia manus coaevae. Confer. 113.

Nouerint christi fideles. quia quaedam Nobilis mulier. *Rihkart* nomine. precarium quoddam fecit cum domno BERENGERO episcopo. Tradidit namque cum manu aduocati sui Ovtilonis. talem proprietatem, qualem ad *tvalda.* et *sulzpah.* et *figularun* habuit in altare sancti Stephani. et manum domni episcopi. cum omnibus ad predicta foca pertinentibus Uvalda absque mancipiis. Sulzpah. et figularun cum mancipiis ut eo die possessa erant. ea lege. ut quamdiu ipsa uiueret tale beneficium. quale. Chazili filius eius dum uixit habuit. illa haberet. ad hoc etiam. et curtem unam ad *niuvnhofun.* prope possinmunsturi. ut ipso die jam dicto episcopo seruiebat. et III. hobas ad hufhusun ulteriorem. et in uno quoque anno .V. carrad. ujni.) et si quid ex predictis rebus illi subtraheretur. suum sibi remaneret. Isti sunt testes. Uvillihelm. Chadalhoh. Dietrih. Meginolt. Ratpoto. Razo. Petto. Deginhart. Ovdalrih. Pezili. De familia. Uvaltchovn. Emmo. Eccolf. azili. — Uestiturae autem quam eodem die episcopo eidem contradidit. hi sunt testes. Dietrich. Chadalhoh. Razo. Ratpoto. Haec sunt namque mancipia. Ozi. Liupolf. Ozi. Anzo. Eccho. Anzo. Azili. Diethart. Huzco. Ovoza. Gozi. Uvinizi. Uvazaman. Gezo. Rovdiele. Ozi. Kenno. Rovdiele. Uvaltfrit. Dietlint. Azala. Uvaltrat. Engila. Rovzila. Heiza. Trutila. Heiza. Lanza. Azauuip. Eza*). Facta est autem traditio haec. anno dominicae incarnationis. .MXXXVIII. .XVII. Kal. Febr. .XI. ao. imperii Chovnradi imperatoris. Heinrico filio eius ducatum bauuariorum gubernante in Christo.

*) Hic desinit prior notitia, altera sequentia addit.

Digitized by Google

CIX.

ao. 1037.

Notum sit omnibus christi fidelibus qualiter quidam nobilis uir nomine, *Engildeo*. pro remedio animae suae et uxoris suae. grundrade. sancto stephano. et in manus berengeri patauiensis ecclesiae episcopi. et aduocati eius liutberti potestatiue tradidit. talem proprietatem qualem habuit inter fluuios dumilicha et sabinicha. a termino danubii usque ad sclauinicum terminum. scilicet cum cultis et incultis. eo tenore. ut inibi perpetualiter permaneat possidenda. Et ut haec traditio stabilis et inconuulsa permaneat. testes ritu bauvarico per aures tracti subnotati sunt. Rapholt, Iterum Rapholt. Aribo. Piligrim. Gotti. Rovdolf. Julo. Iacob. Ekkirihc. Otto. Hezil. Adalram. Richeri. Facta est autem traditio haec. Anno dominicae incarnationis .MXXXVII. Non. Decemb. .XI. anno imperii. Chovnradi imperatoris. Heinrico filio eius regnum bavuariorum gubernante in christo. —

CX.

Circa an. 1038.

Cunctis christi cultoribus notum sit. quod quedam ancilla sancti stephani. *Engiza*. uocitata. quandam sui proprii iuris famulam nomine Heiza. potestatiue in aram praenominati sancti. absque contradictione omnium hominum tradidit. eo tenore. ut praedicta Heiza et partus eius qui ex ea gigneretur aut genitus esset. annuatim post mortem dominae eorum quinque denarios in praedicto altare ad seruitivm fratrum persoluant. Hanc his testibus ut stabilis sit. firmatam esse scimus. Chadalhohc. Uvezil. Covntipolt. Azili. Ovtilo. Gezo. Iterum Gezo. Alprihc. Azili. Pezili. Anzo. Gezo. Anzo.

Digitized by Google

CXI.

circa an. 1038.

Noticiae sanctorum fidelium commendare cupimus, qualiter quidam nobilis uir *Regil* nomine Uvillihalmum quendam libertum eius petitione ipsius tradidit ad muntiburgium et ad seruitium in aram sancti stephani. ea namque lege quo per unumquemque posthac annum .V. denarios det in fredum ad seruitivm fratrum. Si vero praedictus Uvillihalm in hanc paupertatis miseriam cadat. quod duobus annis praedictum censum non exsoluat. tertio si liber degere uelit totum persoluat. aut seruili iugo denuo atdicetur. et hi sunt testes. Chazili. Salaman. Minpolt. Enziman. Chazili. Houeman. Gezo. Ovzi. Chunipert.

CXII.

circa an. 1038.

Hi sunt testes Megilonis. quem *azili* dominus eius pro tribus denariis tradidit in aram sancti stephani. Arnolt. Etihc. Uvalchovn. Salaman. Ovdalman. Uvillipolt. —

CXIII.

ao. 1038. Confer. Nus 108.

Isti sunt testes proprietatis *ad uvalda.* qvam *Rihkart* tradidit in aram sancti stephani ad seruitivm fratrum. Dieotrihc. Uvolftrigil. Irmfrit. Azili. Reginpolt. Uvasigrim. Ratolf iterum Ratolf.

Digitized by Google

CXIV.

circa an. 1038.

Notum sit omnibus christi fidelibus praesentibus atque futuris, qualiter praepositus *Adalpreht* quandam sui iuris uineam tradidit cum potentiua manu aduocati sui LIVERZEN. in manum episcopi BERENGERI supra altare sancti stephani patauiensis aecclesiae. et his fratribus qui altari deseruirent pro tota decimatione uini quae *chorbheim* soluitur in tota barrochia de cultis et de colendis uineis, vsque ad finem uitae. Huius rei testes sunt. Chazili. Marhuuart. Adalbero. Chadalhoc. Ovdalric. Adalolt. Enzi. Hoc factum erat in eadem ciuitate patauiae .IIII. Non. Sept.

CXV.

circa an. 1038.

Nouerit omnium industria. qualiter *Oudalricus* patauiensis ecclesiae diaconus in aram sancti stephani protomartyris sui iuris seruum AMONEM nomine pro animae suae remedio tradidit. eo scilicet tenore. ut idem AMO .V. denarios per singulos annos fratribus ibidem seruientibus persolueret. et ipse securus ab omni seruicio ubicunque locorum sibi libitum esset sine contradictione omnium degeret. Isti sunt testes. Meginhart. Ovdalrich. Pecili. Chazili. Uvalchovn. Eccolf. Iterum Eccolf. Rovdmar. Egilolf. Gerolt. Lanzo. —

CXVI.

Sub Heinrico Duce et Piligrimo Episcopo 983—991.

Notum sit cunctis praesentibus scilicet et futuris qualiter *Heinricus* strennuus *baioariorum dux.* in marca Liutbaldi marchionis

Digitized by Google

congregatis omnibus tam episcopis quam comitibus primoribusque. cum plebibus regni. publico placito habito. populum terminalem pro facienda generaliter omnibus iusticia iurare fecit. quod iure uniuscuiusque proprium esset de illis praediis quae tunc subditione tenebantur dominica. et quid episcopatuum aut abbatiarum familiae deberent marchioni. Inter cetera autem quae ad sanctum stephanum protomartyrem sedemque patauiensem iuste legaliterque pertinere deberent. Tunc inprimis familiam sancti stephani ab omni iugo uel districtione marchionis hoc est collectis. donatiuis. operibus. mansionaticis et ceteris seruitiis liberam et absolutam asserebant. Deinde haec loca ad sedem patauiensis aeclesie attinere sub proposita iusiuratione firmabant. tempore pontificatus et praesentia piligrimi episcopi. *muotarum* quae *eparespurch* nominatur. sursum de uuintestale a termino sancti michaelis rosseza. deorsum usque chlepadorf salzpurgensis aecclesiae locellum. et ita perlatum in australem plagam ad deserta montana. exceptis duobus paucorum iugerum prediolis. Deinde treisimam ciuitatem monasterii sancti yppoliti martyris. ea integritate ut quondam beatae memoriae Adalbertus episcopus sub purchardo marchione in sua tenuit uestitura. et quem admodum carta legali affirmatione antiquitvs roborata et in publico recitata designabat. Postea persnicha sicut vuillihellmus in proprium possidebat. quod tempore praesenti boemani insidendo arabant. Deinceps liliunhoua iuxta tullonam. Egilinsteti. zeizmannestetin et abbatesteti. cum omnibus iure ad se respicientibus. Post modum autem a septem collibus ab occidente ciuitatis Zeizinmure sursum ad australem plagam chunihohestorf et sic usque in cacumen montis comageni. et ita usque ad hangintenstein. et ita ultra danubium usque ad mareuinos terminos in latum. et sursum in longum usque ad mochinle. et trepinse et utramque ripam fluminis danubii infra iam dictum terminum. locumque piscationis husonum quem hactenus tullonenses suis uendicabant usibus sanctum stephanum protomartyrem legaliter attinere. Nomina autem qui ista iurando affirmauerunt haec sunt. Meginhart comes. Papo comes. Marchuvart comes. et frater eius Rudker. Tiemo comes. Pertolt. Werinheri. Rupo. Egil. Mimilo.

CXVII.

circa 985.

Notum sit omnibus christi fidelibus presentibus scilicet et futuris. qualiter tempore Piligrimi episcopi. synodo aggregata semel in *lauriacensi* aecclesia. oratorio sancti laurentii martyris christi. secundo autem in basilica sancti agapiti martyris *mutarun*. orientales diocesaneos suos prestito iusiurationis sacramento. quod suae sanctae aecclesiae iuris in decimatione contingeret. interiacentis prouinciae. inter anesum fluuium et comagenum montem synodice percontans. concordi responsione in unam hanc coniuere sententiam. penitus uidelicet ac continuatim. omnem decimationem infra praescriptos limites anesi scilicet fluminis et comageni montis. ante proximam barbaricam suae desolationis deuastationem indicione et potestate praedictae sanctae patauiensis aecclesiae. sibique praesidentium episcoporum et fuisse. et adhuc iure esse debere. hac tantum excepta decimatione quam ab aliis aecclesiasticis possessionibus ex dominica pertinentia ad portam usus ubique censuit dari. et eam tantum quam ex antiqua regum munificentia constat esse traditam. Haec sunt nomina sacramentalium. Meginhart com. Pabo com.. Rupo. Vuerinheri. Engildieo. Eigil. Vtiho. Mimilo. Wasigrim. Gerolt. Adalfrit. Gerhoh. Heridieo. Hacco. Ediram. Ernust. Azili. Allo. Mazili. Gozili. Vuolfker. Gumpo. Ermperht. Ellinperht. Diotrihc. Ozi. Salaman. Zakko. Diezi. Gezo. Sinzo. Pezo. Gotti. Liuzeman. Vualto. Uvolfheun. Izo. Peraman. Gerolt. Allo. Durinch. Vuerinhere. Altman. Ello. Zacco. Uvizili. Henzo. Raci. Ovdalger. Wizili. Reginger. Altman.

Preterea notum sit cunctis. qualiter ad *Mistilpahc* habito aecclesiastico placito. praefatus *Piligrimus episcopus* populo sacramento obligato. ex quibus locis decimatio ad baptismales aecclesias iure pertinere deberet interrogans. sub iusiuratione promulgatum est. inprimis ad Sirnihca hanc ex his locis respicere decimationem Garstina. Sapinihca. Stirapurhc. Riuti. Suammara.

Digitized by Google

Wolfesvuanch. Tuncinesdorf. Dehinc ad sconheringa decimam de Willieringa. Ad nardinam autem decimam de agesta. ex colonis omnique curtis illius pertinencia. Ad linzam autem decimam de Chazapach. et de Povchnoua. et decimam aecclesiae Wizimanni. ad baptismalem aecclesiam Chrenginpach pertinere debere. Insuper vero Piritaschirieha. cum .I. dotali hoba. sic et aecclesiam sanctae Ceciliae similiter cum I. hoba. nec non et praedium ad niuuarvn ad iam dictam patauiensem cathedram iure pertinere affirmabant. Huius testimonii sacramentalium nomina haec sunt. Vuerinheri. Rupo. Eigil. Mimilo. Mazili. Diotrihc. Hakko. Marhvuart. Ernust. Gumpo. Wolfker. Ellinperht. Reginger. Ecchо. Vualto. Altman. Reginhart. Azili. Hezeman. Liuzeman. Zakko. Gezo. Izo. Iterum Gezo. *)

CXVIII.

Sub Reginmaro Episcopo 1121 — 1138.

Notum sit christi fidelibus. quod *Gerhardus* nobilis homo. cognomine longus *de haga*. tradidit sancto stephano quedam mancipia in manum ipsius legitime posita. uidelicet Mahthildam cum filia sua Gerlinda et cum tribus filiis suis. Eberwin. Adelrich. Nendinc. cum predio suo. ea conditione quod predicti uiri et feminae et omnis posteritas iustitiam et legem ministerialium. S. Stephani in perpetuum obtinerent. Reginmaro eiusdem sedis uenerabili episcopo praesente. suscipiente. et eandem traditionem banno suo confirmante. Testes sunt Ekkepreht comes. Dietrih comes de fornbach. Baltmar et frater eius Diethere. Waltchun de grizpah. De Ministerialibus Manegolt. Engilpreht de struben. Antrih. Otto praepositus. Eccahart carpentarius. Brun de mersten-

*) *Conferatur*: *Hansiz* Germania S. I. 227.

ningen et filius ejus. Chovnradus. Sigehart. Pertoldus. Reginboto. Gerhart nobil. Wernher et frater eius gozwinus. *)

CXIX.

Sub Berangero Episcopo 1013 — 1035.

Nouerit industria cunctorum christi fidelium quod quidam nobilis uir nomine *Fritilo* precarium quoddam faceret cum episcopo Berangero in conspectu omnium militum suorum. ad *musilisky-richun.* Tradidit enim potestatiue talem proprietatem qualem habuit ad *waltrichesdorf.* cum aedificiis et omnibus appendiciis. in manum iam dicti presulis et aduocati sui Liutberti. Econtra suscepit ab eis decimam popularem cum mancipiis II. ad *Herilacha* et omni anno. X. idrias uini. undecunque sibi datis a parte episcopi eo scilicet tenore. ut quamdiu ipse Fritilo et uxor eius Liubista uiuerent. haec haberent. Isti sunt testes. Hartuuicus comes. Ovdalricus comes. Rapholt. Aribo. Azili. Rovdolf. Piligrim. Chazili. Reginolt. Dietrich. Ozi. Rovdolf. Gumpo Reginhart.

CXX.

Sub Reginmaro Episcopo 1121 — 1138.

Notum sit omnibus christi fidelibus. qualiter facto inter *Reginmarum* episcopum aecclesiae patauiensis et eiusdem aecclesiae ministerialem *Manegoldvm.* legitimo concambio. *manegoldus* tale praedium quale habuit ad sanctum dionisium. id est V. hovbas super altare S. Stephani in proprium dedit. et econuerso .IIII.

---

*) Notitia haec manu singulari folio separato inscripta est.

Digitized by Google

hovbas in locis sibi adiacentibus. scilicet ad wezan .I. ad heichenpach .I. ad probestesrovte .I. ad grovbe dimidiam. ad suente dimidiam per consensum praenominati episcopi ab altari in suam proprietatem recepit. Haec commutatio facta est ut diximus tam episcopo quam Ovdalrico aduocato praesente. et utroque sua auctoritate eam confirmante. Et ne possit uel antiquitate aboleri. uel alicuius uiolentia commutari. placuit eis. quod factum est et litteris assignare. et sub sequentibus testimoniis comprobare. Testes sunt Adalbreht comes de pogen. Ovdalschalch gener ovdalrici aduocati. Baldmar de halsa. werigant. Timo. Dietrich de chazes. Rapoto de sliphingan. Ernust de treisma. Ministeriales ecclesiae. Engilschalch et walchun de pomlingen. Porn de holzhusen. Otto de strovben. Perhtolt camerarius. Rovpreht de ovfhusen. Altman de igilpach. Perihart de wieschingen. Heinrih pincerna. Pernolt. wolfrat. Timo. Antrih. Fenegolt. Werinhere de ranaha. Tiemo de povchinperch. Adalbero de pollenheim. et filius eius Ovdalrich. Heinrih tahila. Marchuart de werde. Azili de studahe. Dietrih schecha. Dietmar cognomine govgraua. Arnolt de pornheim. werinhere de lohheim. Magenes de churnperch. Heinrih de ahtala. Sigiboto de ovhalmingen.

CXXI.

Sub eodem Reginmaro Episcopo 1121 — 1138.

Notum sit omnibus. qualiter dominus *ovdalricus de hohenpurch* quandam suae ditionis matronam nomine Elisam cum duobus filiis suis Gunthero et Waltchunone in manum cuiusdam nobilis uiri wintheri delegauit. ea lege. ut ipse eos cum omni posteritate sua super altare sancti stephani sub conditione ministerialium traderet. Quod et praedictus wintherus fecit. Reginmaro episcopo id concedente. et assensu tam aduocati ovdalrici quam ministerialium confirmante. Testes huius rei sunt. Manegolt de vovlespach. Otto praepositus. Sigifrit. Pernolt. Adalram. Tiemo. Gerolt. Hil-

Digitized by Google

tipreht. praesentibus canonicis. Adalgozo decano. Ovdalrico magistro. Pernoldo. Chunilino. Tiemone. Hartmovdo.

CXXII.

Sub Berengero Episcopo 1015 — 1045.

Nouerint omnes christi fideles qualiter quidam nobilis uir nomine *Gumici* quandam sui proprii iuris ancillam Lantrat uocitatem coram frequentia cleri et populi absque cunctorum contradictione potestatiue tradidit in aram sancti stephani patauiae in die inuentionis corporis eiusdem protomartyris. tempore Berangeri venerabilis episcopi. Eramberto aduocato et viusundo fratrum praeposito hanc eandem traditionem accipientibus. ea uidelicet ratione ut iam dicta Lantrat et omnis posteritas illius cum ad nubilem perueniant etatem V. nummos vel eorum precium annuatim in praescriptum persoluant altare. et ab omni seruitutis iugo soluti ubicunque sibi placeat maneant et arbitrii sui consultui satisfaciant. Huius uero traditionis testium nomina inferius videntur notata. Chazili. Gerolt. Tierpolt. Izo. Item Izo. Iterum Izo Iterum Izo. Vuolfolt. Engilpolt. Ovzi. Dietuni. Vuizachin. Adalhart.*)

CXXIII.

Sub Engilmaro Episcopo 874 — 897.

Fructuosa ualde ac non solum honesta uerum etiam nimium utilis consuetudo. olim inter homines inoleuerat. Commutandi uidelicet quasdam res pro ambarum utilitate partium. Hac igitur ra-

*) Haec notitia cum sequenti manu incipientis saeculi XI. inscripta est folio separato.

Digitized by Google

ratione conuenit inter *engilmarum* patauiensis ecclesiae *episcopum* et liutfridum et ermpertum fratrem eius. Tradidit namque idem episcopus per manum aduocati sui adalgarii praenominatis fratribus de sancti stephani proprietate in loco qui dicitur tegirinpah. iugera XI. et dimidium. Econtra ipsi praenominati fratres ad sanctum dei patronum stephanum. Engilmaro episcopo Adalgario aduocato accipiente. de illorum proprietate tradiderunt in loco qui dicitur *pharrachiricha* iugera .XX. Isti sunt testes per aures tracti illius commutationis. Liutperht. Engilscalh. Recho. Ratmunt. Deotfrid. peregrim. gotafrid. arnperht. *) **)

CXXIV.

ao. 1135.

C. In Nomine sancte et Indiuidue trinitatis. Christiane omnibus religionis amatoribus tam futuris quam presentibus notificamus. quod venerandus *princeps marchyo Luipoldus* niquitatem de finibus suis uolens expellere. inuasiones et iniurias mitigare. lites et rixas sopire. ante omnes ecclesias dei summa cautela munire. A domino Reginmaro sancte Pataviensis ecclesie episcopo. sepe paterne admonitus. deuote instructus. humiliter rogatus. decimas Parochyarum Niwenburch. Holarbrunn. Gors. Polan. Echindorf. Ruspach. Mistilbach. Valchenstein. Lieche. Mvzlich. widerueldc. Maior Bulca. Alahte. quas tam ipse quam generosi antecessores sui seculari consuetudine non iure canonico possiderunt. presentibus filiis suis Adilberto et

*) Hanc notitiam excipit alia eadem manu scripta, eadem formula incipiens, sed incompleta, nomen tantum donatoris his verbis continens: Tradidit quidam nobilis homo N. uuillipold. . .

**) Sequentes Copiae post medium saeculi XII. scriptae extra ordinem copii sdiplomatum imperialium, in hoc codice similiter sed manu saeculi XI. descriptorum, in duobus foliis separatis postponebantur.

Digitized by Google

Liupoldo deuoto consensu consentientibus et concordi uoce factum patris eorum approbantibus. in manu prefati episcopi pro salute et tranquillitate uite sue. necnon Nobilis thalami sui consortis et filiorum suorum. et omnis generose cognacionis sue tam preterite quam presentis et future sancte ecclesie remisit. et remittendo filiis alienis qui irreuerentissime os suum in celum ponunt et lingua eoram transit in terram sanctorum institutiones patrum infirmando. et iudicia eorum retractando. omnem occasionem illicitam decimacionis possessione retinendi abstulit. Nouit enim satis esse secundum apostolum ad dampnacionem peccatis alienis consentire ne dum fouere et deffendere Prefatus uero pontifex propensiore animo diutius atque diligentius deuotionem ac reuerentiam quam deo et beato Stephano prothomartyri illustris iam dictus princeps exhibuit. pertrectans cleri sui caritatem principum suorum beniuolentiam populi sui deuotionem monuit. rogauit obsecrauit. quatinus diuine pietati. quam humilibus dat gratiam pro tam honesto tanti uiri facto. et pro tanto ecclesie sue honore. et utilitate gratias referrent. promittens etiam iuste peticioni eorum assensum secundum officii sui debitum deinceps accommodare. incommodando et honori et utilitati ipsorum deuote assurgere. Precibus igitur et ammonicionibus prepositi Hartmanni uiri religiosi cuius sana exhortacione et doctrina et consilio fideli Marchyo decimas sancte ecclesie remisit. dominus pontifex rogatus et ammonitus tum pro dei et beate Marie perpetue virginis decimacionem parrochie cenobio sanctae Marie quod idem iam sepe dictus Marchyo religioso affectu Niwenburch construit consensu cleri sui et populi facta legitima et canonica transmutacione per manum domini Adalberti potenti manu delegavit. Prepositus uero dignis et frequentibus augmentis facultates praedicti cenobii sollicitudini pie et discrete prouidencie sue commisit pro deo et secundum deum studens canonice multiplicare .IIII. uirorum beneficia chalmunze sita. pro decimacione superius memorata. per manum Marchyonis et aduocati. manu episcopi sancte Pataviensis ecclesie absque omni contradiccione delegauit. vt autem tradicio stabilis et firma permaneat sigilM sui impressione signauit et signando confirmauit.

Digitized by Google

facta est autem hec commutacio Griffensteinn. anno ab incarnatione domini MCXXXV. Indictione .XIII. Regnante Leovthario tercio huius nominis Imperatore. Annno Imperii eius XI.

CXXV.

ao. 1145.

C. In Nomine Sancte et Indiuidue Trinitatis. *Reginbertus* dei Gratia Pataviensis Ecclesie Episcopus. Ordo officii nostri nos hortatur et ammonet ecclesiam quia domus dei. domus orationis uocatur honorare. et sicut sponsam uiro suo omnibus modis ornare. Si quos uero homines in uinea domini Sabaoth cernimus iuxta desiderium bone uoluntatis plantare. nostrum est rigare. quum certum est ab ipso fonte tocius bonitatis incrementum emanare. Huius rei gratia ego *Reginbertus* sancte Pataviensis ecclesie episcopus. notum fieri uolo omnibus presentibus et futuris. quod quidam nobilis homo *Piligrimus de Wenge.* plenus opere bono. et apud deum et homines bone uoluntatis ecclesiam in uilla que dicitur *veclabrucce* domino edificauit, ed edificatam per manus nostras interuentu fidelium nostrorum consecrari impetrauit. In eodem vero loco predicto uno manso. et alio manso qui situs est in illo loco qui dicitur *Ode.* et *Rotenbach* uno manso et molendino in monte qui dicitur *Riute* duobus prediis *Sibinbach* tribus uineis cum agricultura *Scalcheim* predio quod quidam nomine Lagino predicto uiro Pilgrimo tradidit. et XXX. mancipiis Luzemanno frowino cum fratribus suis et sororibus. Hunoldo et aliis quos longum est dinvmerare. predictam ecclesiam dotauit. et eandem ecclesiam pro remissione peccatorum suorum cum omnibus prediis prenominatis et mancipiis in omni genere utilitatis. inductus consilio et precibus nostris. potenti manu sine

Digitized by Google

aliqua contradictione supra altare sancti Stephani protomartyris patavie in die consecracionis eiusdem ecclesie. veclabrucce delegauit. Concessimus ergo praefate ecclesie quum ibi domus pauperum et receptaculum esse debet infirmorum proprium sacerdotem. et propter hoc quod dicitur Infirmus fui. et uisitastis *me.* concessimus etiam liberam sepulturam omnibus in eodem *loco* pauperibus christi administrantibus sic tamen ut ad Pataviensem ecclesiam sicut ad matrem et dominam respectus habeatur. et quicquid ibi per dei misericordiam augeri uel in melius mutari potest. totum salua gratia et permissione Pataviensis episcopi. et ipsius ecclesie fiat. et ei honor et reuerentia per omnia et in omnibus integraliter exhibeatur. Quod haec uero rata et inconuulsa permaneat. sub uinculo anathematis precipimus. et presentis pagine inscriptione roboramus. inpressioneque sigilli nostri confirmamus. Hec facta sunt Anno ab incarnatione domini MCXLIII. Indictione IIII. *) VII. kal. nouembris. Datum matse.

CXXVI.

Circa an. 1180.

C. In Nomine Sancte et Individue Trinitatis. Theobaldus dei Gratia Pataviensis Episcopus. Ne res gesta uertatur in fabulam. neu per obliuionem aut incuriam uel etiam per industriam fallendi causa exquisitam acte rei fiat alteracio. litterarum solet beneficio

*) Sic copia, in qua tamen legi etiam potest VII.

Digitized by Google

precaueri. Littere namque sunt indices rerum. notae verborum. quibus tanta vis est. ut absentibus sine uoce loquantur. et unica memoriae custos est scriptura. Necessario igitur et utili litterarum freti ministerio scriptis mandari praecipimus. quod Nobilis vir *Walchunus de Steinn* multo studio multaque prece mediante. oblatis etiam LXX. talentis hoc apud nos obtinuit. ut in hereditariam nobilis viri *Reinberti de Elsarn* possessionem. quae nobis et ecclesiae nostrae titulo potestative donationis attinere dinoscitur jure feudi succedat. Verum quia mortis eventus omnes indifferenter exterminans. res temporales variare consuevit. praedictus vir Nobilis Walchunus in hac parte providus et circumspectus. ne peccunie sue utpote de futuro date detrimentum pateretur. indempnitatis formam et securitatem a nobis expetivit. Nos autem sicut de nullo malum cogitamus. ut etiam nulli causa mali vel detrimenti essemus. reditus nostros quos in *Halle* habuimus sub .XV. librarum aestimatione solo et simplici nomine feodi ipsi obligavimus. ut videlicet jus et titulum feodi obligatum teneret et nullum inde usufructum teneret et perciperet. Quo tandem mutato consilio eosdem reditus alias infeudavimus. et curiam nostram decimalem quam in *Tulna* habuimus. eodem modo quo et in ante reditus nostros obligaveramus in Halle. solo et simplici titulo feudi obligavimus. ut usufructus inde non percipiat. sed collectos integraliter in dominicalibus reponi praecipiat. Si quid etiam aestimationi .XV. librarum defuerit. nos supplebimus. Memoratus autem Walchunus et filius ejus *Rapoto* data fide dextras nobis porrexerunt. ut hereditate praefati Reigenberti de Elsarn. per mortem ipsius incipiente vacare. et exhibito sibi vel a nobis vel a successore nostro si nos non esse contigerit titulo et jure feudi. dominicalia nostra taliter obligata. ab omni occupatione libera esse debeant et quieta. Ut ergo dictis fides exhibeatur. praesentem paginam sigilli nostri impressione et testium qui aderant sub-

Digitized by Google

scriptione corroboramus. Hii sunt testes. Albertus comes de Bogen. et ceteri.

*) Caeteros testes haec copia omittit, quos ex alio libro copiali Passaviensi hic addere placuit. Rapoto et Heinricus Comites de Ortenberch. Dietricus comes de Viechtensteine. Pabo de Zollingen. Dietricus de Poumgarten et frater ejus Heinricus. Albertus de Chambe et fratres sui Alrammus et Walchunus. Chunradus de Rotte. Hadmarus de Ahuosen. Richkerus de Wesen et frater ejus Wernherus. Chadelhohus de Valchinsteine. Liutoldus de Sauerstetin. et alii quam plures.

Digitized by Google

Ecclesiae Pataviensis, olim Laureacensis Codex Traditionum alter.

I.

Egilbertus pataviensis antistes, antecessoris Berengeri vestigia premens, cellae quam Guntherus eremita in Nordwald exstruxit, omnem decimam terrae cultae vel incultae infra eandem cellam, ad dies vitae suae et Ratmundi abbatis inferioris Altahae concedit.

1046. 12. Novbr.

Noverit Christianorum Omnium. et maxime protomartyri Stephano christi industria famulantium. qualiter Radhmundus Altanensis (sic) cenobii abbas venerabilis. michi Egilberto. Patauiensis aecclesie praesuli, quamuis indigno traditionem quandam attulit, In qua continebatur quod antecessor meus BERINGERUS EPISCOPUS ob diuinae pietatis respectu. et cuiusdam heremite Gvntharii peticionem oratorium quoddam ab eodem in Nortwalde constructum in honore Sancti Johannis Baptistae et precursoris domini consecrauerit. et decimam eiusdem cellulae fratribus ibidem deo seruientibus dum ipsi hac uita concederent frui absque lite retinendam concesserit. sperans per tale meritum. fauente eorundem oratione fratrum eterne retributionis premium. Cuius factum non solum hac in re. sed etiam in aliis cupiens sequi. traditionem quam dixi decreueram per me renouari. coelestis spe remunerationis ad hoc inductus. et iam dicti Radhmundi abbatis cuius potestati cellula eadem obitu Gunthariі praefati successit peticione devictus. Unde decimationem omnem infra eandem cellam tunc

culte terre fratribus ibidem degentibus episcopali iure et potestate quamdiu ego aut idem Radhmundus abbas uiueret condonaui. Uerum ne hanc posteri quasi propriam retinendo iniuste sibi temptent usurpare. situlam mellis ecclesiae meae statui singulis annis ex fratribus eiusdem cellule persolui. causa scilicet testimonii. Actum est anno Millesimo XL. VI. incarnationis domini nostri iesu christi Heinrico tercio regnante anno VII. Indictione XIIII. II. Idus Nouembris. Hec autem traditio ut stabilis et firma me viuente permaneat. jussi hanc kartam scribi. et sigilli huius inpretsione Signari.

(Confer: Bonaventurae Piter Monasterii Rayradensis prope Brunam in Moravia Praelati: Thesaurus absconditus in agro seu monasterio Brzewnoviensi prope Pragam Ord. St. Benedicti S. Guntherus Confessor et Heremita ante Princeps Hassiae, sive Thuringiae S. Stephani Hungarorum Regis cognatus, postea in Monasterio inferioris Altahae ejusdem Ord. S. Benedicti sub S. Gothardo Abbate, et inde Hildesheimensi Episcopo professus, et cum ejus indultu Heremita — Brunae 1762).

II.

Reginmarus pataviensis episcopus concambium inter canonicos S. Stephani et formbacensem abbatem Wirntonem de praediis in Sulzbach et Walmesheim confirmat et ecclesiam formbacensem parochiae juribus exornat.

Circa 1122.

In Nomine Sancte Trinitatis Ego Regimarus Patauiensis episcopus cunctis fidelibus notifico concambium quod inter canonicos sancti Stephani. et Formbacensem abbatem Wirentonem factum est. quod ut posterorum noticie liquido clarescat. sigilli nostri testimonio confirmamus. Predictus namque abbas per manum aduocati sui comitis Hermanni. dedit patauiensi ecclesie duos mansos apud Sulzbach pro decimatione que est inter fluuium enum. et riuum formbach. et uallem quandam superius terminalem. quam cum dimidia huba ad Walmeisheim per manum aduocati nostri Vdalrici

Digitized by Google

in mutua vicissitudine ei dedimus. Huius rei sunt testes. Regingerus de Tumoltesheim. Beringerus et Wernhardus filii eius. Isinrich de Annedorf. Engelram de Meremos. Walchun de Mulheim. Walther de Fustriche. Walther de Lengenowe. Wernhard de Hagenowe. Perhtolt de Haidendorf. Preterea concedo et episcopali banno confirmo. ut ecclesia sancti Martini in eodem formbacensi loco sita. parrochia sit plebis que in prescripta terminatione habitat. et baptismum ac sepulturam. cunctaque ecclesiastica sacramenta a prenominato abbate Wirentone et omnibus eius successoribus percipiat. nullusque alius parrochianus quicquam ibi disponere presumat. Si quis autem eidem monasterio aliquam violentiam in hac nostra concessione inferre presumpserit. a deo se dampnandum et nostro banno constrictum sciat. donec eidem ecclesie digne satisfaciat.

(Confer: Mon. Boic. IV. 127.)

III.

Leopoldus orientalis Marchio unacum filiis suis Adelberto et Leopoldo resignat ecclesiae pataviensi et illius episcopo Reginmaro decimas parochiarum Neuburg, Hollabrunn, Gars, Pöllan, Eckendorf, Russbach, Mistelbach, Falkenstein, Mäusling, Leis, Pulka, Aland, Widerfeld, quas antecessores sui, seculari consuetudine, non canonico jure retinuerant, e contra Reginmarus decimationem in Neuburg retrocedit Marchioni pro ecclesia S. Marie, ibidem (Kloster Neuburg) noviter ab illo exstructa et fundata.

1135. in castro Greifenstein.

(Diploma jam in anteriore codice pag. 93 sub Nro. CXXIV. editum, etiam apud Petz Cod. dipl. I. 314. confer. etiam Hormayrs histor. Taschenbuch 1813. et Maximiliani Fischer hist. Claustro-Neoburg. II. 120.)

IV.

Reginmarus antistes pataviensis ecclesiae suae, ecclesiam Holenstadt in augmentum prebendae confert et locum Okerstorf pro ea concambii modo receptum, ministeriali suo Heinrico beneficiario jure tradit.

Circa 1135.

Notum sit Christi nostrique fidelibus. qualiter ego Reimarus dei gratia Patauiensis episcopus legitimum cum eiusdem ecclesie dilectis fratribus feci concambium. Seruicio namque Heinrici ministerialis mei ammonitus. et maxime consensu et peticione fratrum inductus. ecclesiam Hohenstat illis in augmentum prebende tradidi. et locum qui dicitur Okinstorf. in commertio receptum. beneficiario iure predicto Heinrico concessi. Facta est hec commutatio in cena domini. Vdalrico aduocato presente. et utramque traditionem manu sua affirmante. Quod ne uel tempore aboleri. uel aliqua potestate possit immutari. placuit hanc cartam tam sigillo nostro confirmari. qui testimonio. Testes sunt. Mazalinus de Mulheim. Dietricus de Pomgarten. Eppo de Ekke. et Waltherus de Lengenowe. fratresque sui Brun. et Vdalrich. Manegolt. Porn. Gerhoh. Albwinus. Rudolf. de uorholcin. Wernher de Rennahe.

V.

Leopoldus largus Austriae Marchio, brevi post Bavariae dux, per manum fratris sui Adalberti advocati tradit super altare S. Stephani, ecclesiam S. Petri Viennae, in concambium recipiens vineam in loco Wartberg et simul impetrans ut idem D. Petri templum cum caeteris sacris aedibus Viennae constructis, deinceps in plebani viennensis sint regimine.

Mautern. 1137.

Notum Sit cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. qualiter marchio L. (Leopoldus) per manum fratris sui A. aduocati tradidit super altare Sancti Stephani protomarty-

Digitized by Google

ris. ecclesiam beati Petri apostoli. in Wiennensi loco positam. recipiens a uenerabili patauiensis ecclesie episcopo R. in legitimum concambium vineam unam Wartberch. sitam et dimidiam partem dotis iuxta ciuitatem positam exceptis curtilocis ubi stabula sunt constructa. eo tenore. ut supradicta ecclesia et cetera oratoria in eadem barrochia consecrata deinceps in winnensis plebani sint regimine. Et ut hec amodo inconuulsa permaneant supradictus Marchio inpressione sigilli sui sanciuit. et episcopus sub banno sue auctoritatis confirmauit. Huius rei testes sunt. Ernustus frater Murchionis. Theodericus comes. Leutoldus comes. Otto. Adelrammus aduocatus. Chadoldus. Waltchunus de Griezpach. Ghadoldus. Diepaldus de Chagere. Ministeriales uero. Hadmarus. Marcwardus filius eius. vdalricus. Adalbero. Chunradus. Heinricus de Guncinesdorf. Ministeriales episcopi. Theodericus. Ebo. Perhtoldus. Aderant etiam capellani episcopi. Perhtoldus. prepositus tituli beati Ypoliti. Adalbertus prepositus cenobii beati Nycolai. Lvdegerus prepositus tituli beati Georii. Lanzo Archipresbyter. Acta sunt hec Mutaren Anno ab incarnatione domini M°. C°. XXXVII°.

(Commemorat jam Aventinus in excerptis Pataviensibus ab Oefelio luci datis. Edidit L. B. de Hormayr XI. 23. annal. literar. Vienens.)

VI.

Reginbertus pataviensis episcopus mulierem quamdam Heilicam jam ab antecessore Reginmaro in jus ministerialium susceptam, denuo in illud recipit, testificante Engelberto duce Carinthiae et Filio eius Rapotene.

1138.

In nomine Sancte et Indiuiduae trinitatis. Reinbertus Dei gratia patauiensis episcopus. salutem Christi fidelibus. Peticione fratrum nostrorum rogati. quod antecessores nostri decreuerunt. et nos decernimus, quod ipsi privilegio suo confirmauerunt et nos nostro confirmamus. Itaque sciendum. quod mulierem nomine Heilicam. ab antecessore nostro Reinmaro episcopo in ius ministerialium susceptam. et nos suscipimus. et ut ipsa et omnis poste-

ritas sua legem semel concessam in sempiternum habeat. nos et banno et sigillo nostro ratum esse concedimus. Testimonium cuius rei ne uel tempore aboleri. uel ulla conditione possit immutari. subscriptione testium corroboramus. *Engilbertvs dux. et filius eius Rapoto.* Reinpreht et filius eius Haertwich. Erchinbreht de Mosibach. Dietrich de Povmgarten. Vdilschalch de carinthia, Walchun de Griezbach, Eberhard de Rota, Manegolt de wesen. Porn iudex. Engelschaleh de Ouhalmingen. walchun de Mareinrute. Albwin de Galchwis. Ebo et Ekolf de Possemunster Erimpreht de Schachin. Data patauiae IIII nonas octobris. Reginberto episcopo. et episcopatus sui primo anno.

VII.

Reginbertus patauiensis antistes firmat traditionem mancipiorum et praedii Engelwartsheim, factam a Geroldo quem Wichmannus vir ingenuae nobilitatis de Saxonia, super aram beati Stephani posuerat.

Circa 1143.

Ego Regimbertvs celesti gratia Patauiensis episcopus cunctis ecclesie sue Christique fidelibus Salutem in perpetuum. Meminerint qui sunt quique futuri sunt ecclesie nostre fideles. quod vir quidam ingenue nobilitatis de Saxonia. wichmannus nomine. quendam Geroldum cum sua posteritate ad aram beati Stephani protomartiris. in patauia. sub ea conditione proprietauit. ut ille Geroldus videlicet ad predictum altare seigam auri annuatim persoluat. ita quod postmodum ipse a nullo episcoporum cuiquam in beneficiale mancipium prestari debeat. Quo firmato idem Geroldus predium quod in villa sua Engelwartesheime possidere uisus est. per manum testatoris sui. liberi cuiusdam hominis. in nostram manum super aram predicti martiris. eo tenore delegari postulauit. ut idem predium in usus deueniat Patauiensium canonicorum si heredem ipse post mortem suam non habuerit legitimum. Eadem nobis traditione data sunt et mancipia. Perhtoldus.

Digitized by Google

frater iam dicti G. et soror eorum Gisila. cum posteritate sua. Huic peractioni immunitate banni nostri corroborate. testes adhibiti sunt. wernhart. de Mosebach. wernhart de Mozingen. Palmarus et frater eius Ditherus. de Halse. Ex ministerialibus ecclesie. walchun de Slehdorf. et filius eius walchun. Gebhart et filius eius Sigeboto de Tannberch. Rudigerus camerarius. Hartmut et ceteri.

VIII.

Reginbertus pataviensis praesul exstructam a Piligrimo de Wenge et dotatam et infirmorum pauperumque solamini destinatam ecclesiam in Vöcklabruck, in die consecrationis ad altare S. Stephani suscipit et varia eidem jura impertitur.

Mattsee 20. Octobr. 1143.

(Editum jam in antecedente Codice Lauracensi sub No. CXXV. p. nec non in ill. l. B. de Freyberg: Sammlung hiſtoriſcher Schriften und Urkunden.)

IX.

Idem Diploma, cum appositione plurium testium. ex nobilibus utriusque Austriae et infra et supra Anasum.

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Regenbertus dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus. Ordo officii nostri nos hortatur et ammonet ecclesiam quia domus dei. domus orationis vocatur honorare. et sicut sponsam uiro suo omnibus modis ornare. Si quos vero homines in vinea domini Sabaoth cernimus iuxta

Digitized by Google

desiderium bone voluntatis plantare. nostrum est rigare. quum certum est ab ipso fonte tocius bonitatis incrementum emanare. Huius rei gratia ego Regenbertus sancte Patauiensis ecclesie episcopus notum fieri volo omnibus presentibus et futuris. quod quidam nobilis homo Pilgrimus de wenge. plenus opere bono. et apud deum et homines bone voluntatis ecclesiam in villa que dicitur Ueclabrukke domino edificauit. et edificatam per manus nostras interuentu fidelium nostrorum consecrari impetrauit. In eodem vero loco predicto uno manso. et alio manso qui situs est in illo loco qui dicitur. Ode. et Rotenpach uno manso et molendino. In monte qui dicitur Rivte duobus prediis. Sibinpach tribus vineis cum agricultura. Schalcheim predio quod quidam nomine Tagino predicto uiro Pilgrimo tradidit. et XXX mancipiis. Luzemanno. frowino. cum fratribus suis et sororibus Hunoldo. et aliis quos longum est dinumerare. predictam ecclesiam dotauit. et eandem ecclesiam pro remissione peccatorum suorum cum omnibus prediis prenominatis. et mancipiis in omni genere utilitatis. inductus consilio et precibus nostris potenti manu sine aliqua contradictione supra altare Sancti Stephani protomartiris Patauie in die consecrationis eiusdem ecclesie vechalerbrucge delegauit. Concessimus ergo prefate ecclesie quum ibi domus pauperum et receptaculum infirmorum esse debet proprium sacerdotem. et propter hoc quod dicitur. Infirmus fui. et uisitastis me concessimus etiam liberam sepulturam omnibus in eodem loco pauperibus Christi administrantibus. sic tamen ut ad Patauiensem ecclesiam sicut ad matrem et dominam respectus habeatur. et quicquid ibi per dei misericordiam augeri uel in melius mutari potest totum salua gratia et permissione Patauiensis episcopi et ipsius ecclesie fiat. et ei honor et reuerentia per omnia et in omnibus integraliter exhibeatur. Quod hec uero rata et inconuulsa permaneant sub uinculo anathematis precipimus. et presentis pagine inscriptione roboramus. impressioneque sigilli nostri confirmamus. Huius rei h sunt testes conscripti. Vodalrich de wilheringe. Herbort de Scherolfingin. Engelschalh de vrah. Chunrat et frater eius Heinrich de wenge. Udalrich de Asparen. Eppo de Oberendorf. Reinger de Urah. Adalber de Lehalmingen.

Digitized by Google

Chadelhoh. wecil. Pernolt. de Haselpach. Porn de Holzhusen. et filii eius. Rudeger. et Porn. Hartnot de Hage. Sibot de Tannberch (Tanberch) Otpreht de Affete. Rudolf de Percheim. Hec autem facta sunt. Anno ab incarnatione domini M.C.XL.III. Indictione IIII. VII. Kalend. Nouembris. Data Mathse. IIII. kal. Nouembris

X.

Reginbertus patauiensis praesul ecclesiam Haderichsberg sive Hargelsberg tradit ad altare S. Floriani in manus Dietmari praepositi.

1145.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Reginbertus Dei gratia Patauiensis episcopus. Si erga monasteria seruitio dei fideliter mancipata. more paterno munifici ac studiosi fuerimus. deum nos ob hoc propicium habere credimus. et indubitanter speramus. Nouerit igitur omnium fidelium tam futurorum quam presentium industria. qualiter nos ob perennis uite premium feliciter capessendum. consilio clericorum et fidelium nostrorum habito. rogatu dilecti fratris nostri Dietmari prepositi. ceterorumque fratrum eius in cenobio *Sancti Floriani*. delegauimus ad altare ipsius iam dicti martyris ecclesiam Hedigerisperge. cum dote et dotalibus mancipiis. ceterisque fidelium oblationibus collatis et adhuc conferendis ad subsidium diuini obsequii. deo et Beato Floriano ibidem exhibendi. Sed quum etas aufert totum. et omnia temporalia mutat. et quia more torrentis transeunt tempora. et cum temporibus memoria. scripto mandamus. et ut inconuulsum ratumque perenniter maneat. et nullius violentia deinceps inmutare ualeat. sigillo et banno nostro confirmamus. quorundam fidelium nostrorum testimonia adhibentes. quorum sunt hec nomina. Chuonrat de Svnnelburch. Goteschalch de wiltperge. Egino de vrla vdalrich de Ippha. Porn de Holzhusen. Gerhoch de Rorbach. Ar-

Digitized by Google

nolt et frater eius Meinhart de Linze. wernhart Hezelonis filius. Purchart et Sifrit. de Taemin. Hizo et Sigimar. de villa.

(Diploma Reginberti Episcopi, parrochiam Hargelsberg Canonicae ad St. Florianum tradens, datum est Pataviae, octovo Kal. Decembr. 1145. Indict. VIII.)

XI.

Reginbertus episcopus, cruce signatus, parocho in Mannswerd, decimas in Fischamünde ab Adelramo de Berg injuste detentas revindicat.

Laureaci 1147.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis Regimbertus Dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus. Qoniam nostri iuris est iusticiam ecclesiis nobis subditis conseruare. et queque iniuste ablata illis congregare. Significamus omnibus Christi fidelibus. tam presentibus quam futuris. quod nos precibus et querimonia dilecti fratris nostri Gebehardi. de Mansuuerde inclinati. rationem cum domino adalrammo de Berge. legitimis. induciis datis posuimus. et quatuor villas in loco vischamunde decimationum iudiciario ordine quas diu iniuste tenuit. obtinuimus. De cetero quod nulli hominum liceat deinceps predicte ecclesie easdem decimationes minuere auferre Sacerdotem in his conturbare sub uinculo anathematis interdicimus. et presentis pagine inscriptione sub sigillo nostro confirmamus. Siquis autem id infirmare attemptauerit. sciat se iram et indignationem omnipotentis dei incurrisse. Huius rei testes sunt Vdalricus de Bernekke. waltherus de Traisma. Harnit de Rauna. Liupolt et frater eius Adalbertus de Stamheim, Adalramus et frater eius Egino. de vrla. Rudegerus camerarius. Hartmut pincerna. Siboto dapifer prepositi. Chadelhous Patauiensis ecclesie prepositus. Enwicus prepositus. Ludigerus prepositus. Gerboto decanus. Ebergerus de wienna. Ce-

Digitized by Google

pellani. Adelgotus. Otto. Hugo. Heinrich. Guntherus. Reinherus. Hec autem acta sunt in loco Laureacensi. anno ab incarnatione domini M. C. XLVII. Indictione Nona.

XII.

Conradus pataviensis praesul annuente fratre suo. Henrico Austriae duce, et astante magna procerum et ministerialium multitudine, firmat donationem areae in Leuchlingen a nobili domina Benedicta de Algersbach cum consensu fratris sui Dietrici, fideli suo Reginberto et ejus posteritati factam, quam etiam filii ejusdem matronae, de mortuis parentibus, denuo stabilivere, complura addentes praedia, vineam et homines proprios. Dietricus de Algerspach, Benedictae filius, pataviensi ecclesie infensissimus et excomunicatus, pro damnis episcopo illatis, Reginbertum cum familia sua ad altare S. Stephani, ministeriali jure donat. — Actum pluribus vicibus, in Wienna ciuitate et in choro Pataviae, nec non ad S. Hippolyti. — Inter 1157 — 1163.

Chunradus Dei gratia Patauiensis episcopus Cunctis ecclesie sue Christique fidelibus salutem in perpetuum. Etas hominum fluxa est. et labilis memoria. ideoque scriptis diligenter sunt committenda. que utile et iustum est. sicut statuta sunt esse in suo uigore retinenda. Proinde presentibus atque futuris Christi fidelibus per apices istos fideliter notificamus. quod quedam matrona nobiliter ingenua dompna uidelicet de Adelgerespach. nomine be-

nedicta una cum consensu fratris sui comitis Dietrici. aream que est in Leycholingen. secus basilicam. fideli suo Regenberto sueque posteriati. tum pro gratia. partim pro pecunia. et seruitutis instantia iure contradidit legitimo. quomodo et alia eidem areae compendentia. Quam etiam postea filius eiusdem domne pretaxate Dietricus. pro firmiori tenore mortuis parentibus suis. unacum germanis suis. eidem Regenberto iterata confirmatione stabiliuit habendam. Curtile quoque super montem Adelgerespach. et pomerium. ceteraque in pratis uel arbustis appenditia. necnon et vineam in winsendorf. et montem et nemus ubi plantata est uinea. insuper et reditus de eodem monte uel vinea. mansum quoque in Vssendorf. et mansum in Newesidel. et hominem wolfoldum. cum XV hominibus de sua familia. et aream in monte in Leichelingen. mansum et uineam contradidit firmissimo iure. Regenberto. et uxori sue Judithe. eorumque successioni perpetue. Testes sunt Rudolfus albus. Rudolfus niger. Stephanus. Rudolfus Eridbreht. Hartman. Hartman. Hartman in monte cum filiis suis. Gebehardus cum consobrinis suis. Sigfrith. et frater suus Yvalbrunus. et Jugurtha. Erlwin. Dietmar. Berhtolt de Lengenbach. Berhtolt de Ludemaresuelt. wolfher de Tegenwag. Rudbreht. Eberhart. Herliep. Herman. Babo. Heinrich. Pilgrim. Uolrich. Herbort. Altman cum fratre suo Heitfoleo. Vlschalch de Castin. walther de Behaimchirchen. cum filiis suis. Adalbero et Meinhardus frater eius. Durinchart et frater suus Babo de Leichelingen. cum tribus fratribus suis. Berhtolt de route. Sighart cum fratre suo wernhart. Porro cum postmodum prefatus uir nobilis Dietricus de Adelgerespach per quandam discordiosam seditionem cum quibusdam aliis complicibus suis Patauiensem deuastasset ecclesiam. et proinde fuisset a nobis excommunicatus. postremo penitentia ductus. dampna que intulit ecclesie. sic per misericordiam nostram aliquatenus composuit. quod predictum militem suum Regenbertum. unacum filiis. possessionibus et cunctis suis. in manus nostras ad obtinendam ministerialem iusticiam legitima donatione contradidit. In qua compotisione rite ut dictum est confirmata in *Wienna* (Wiena) *ciuitate*. presentes erant. et ut testes per aurem tacti. *frater meus domnus Heinricus dux Austrie*. Co-

Digitized by Google

mes Luitoldus de Plaegia. comes Gebhardus de Purchovsen. comes Chunradus de Pilstaine. Comes Heinricus et frater eius Sigehardus de Schala. Domnus Vdalricus de Berneke. Domnus Dietmarus de Spilberch. Domnus Regingerus et frater eius wernhardus de Ride. Domnus Uodalricus de Pergen. Ex ministerialibus uero Adalbero de Gobathsburch. Adalbero de Chunringe. Germundus Rudigerus et frater illius Adelbertus de Minnepach. Vdalricus de Trebanswinchel. Rudigerus de Asparn. Kadelhoch de Tulbingen. Ex ministerialibus vero ecclesie Adelbertus de phafsteten. Heinricus de Ernestingen. et filius illius Marquardus. Hartmudus. Otto de wolfpeizingen. Aiglo. vdalricus de Porenhaim. et frater eius Sigeboto. Perhtoldus de Chlamma. et ceteri. Deinde consequenter prenominatum militem Reginbertum. Patauie choro et ministerialibus ecclesie representatum. Ministeriales cuncti qui aderant in consortium ministerialis nominis et iusticie. consono ore atque fauore receperunt. Testes adhibiti sunt. Hallensis comes. Engelbertus. et filii eius. Gebehardus et Tietricus. Vdalricus de Berneke. Adelrammus de Chambe. Baltmarus. Ex ministerialibus Rudigerus iudex. waltherus. vdalricus. et frater eius Sigeboto. Sigeboto de Matse. Rudigerus et Porno frater eius. Otto. et Heinricus de wolfpeizgen. Berhtoldus de Clamma. et ceteri. Non pretereundum est. quod idem Reginbertus possessiones suas quales appellamus liberas ex materna hereditate uel in dote uxoris sue susceptas. in loco sancti Ypoliti. in usum ecclesie nostre per manum ministerialis nostri Hartmudi delegauit transfundendas. Ubi testes adhibiti sunt. Comes Adelbertus de Hoheneke. Udalricus de Berneke. Gotschalcus de Rideke. Ex ministerialibus vero Waltherus. Udalricus. et frater eius Sigeboto. Bernoldus et gener eius walchunus. Perhardus. Rudigerus de Holzhusen. Otto et Heinricus frater eius de wolfpeizgen. Adhuc etiam sepedictvs fidelis noster Reginbertus. bona sua in Lachelingen. et in circuitu sita. me uolente in manum ministerialis nostri Meinhardi de Spilberch. ad usum ecclesie nostre delegauit. que et ille de more possedit. Que sunt hec Ougense uillicatio una. et uinea instructa. mansus unus apud Meters uillicatio prima. et uinea vna instructa. et mansus nemoris ibidem. apud Werdam duo mansus.

Digitized by Google

apud Raeztinden. molendinum unum. et mansus unus. obpigneratus. In Reginoltspach. mansus unus. In Hademarescella. mansus unus. In ruothe mansus unus. In winsendorf uinea una. In rodoltingen dimidius mansus. In Laichelinge duo mansus nemoris. Ibidem tres etiam uillicationes. et area secus ecclesiam. In Chulbingen. dimidius mansus. Haertwigus. et LX mancipia cuius rei testes sunt. comes hallensis Engilbertus. et filii eius Gebehardus et Dietricus. Babo de Zollingen. wernher de waninstorf. Goteschalch de Hanechouen. Pernhart de Trune. Adelram de chambe. Ex ministerialibus uero ecclesie. wirnt de warta Ekolf de Possemunster. Heinricus de Spilberch. et pater suus. Meinhart. Durnch. vdalricus. et frater eius Sigeboto. et ceteri. Cum igitur omnia pretaxata concorditer et nemine quid contradicere possit habente. fuerint exacta. nos pro nostro iure et officio hanc paginam inde conscriptam. nostris successoribus episcopis suo et nostro banno defendendam relinquimus. ut siqui fortasse continentiam illius infringere uoluerint. per excommunicationem et maledictum dei nisi satisfecerint diuine ultioni in perpetuum se subiacere nouerint. AMEN.

(Edidit L. B. de Hormayr in annalibus literariis Wienensibus. XXXIX. 107. Confer. quoque Diploma Henrici Jasomirgott. Bav. Ducis e terra sancta redeuntis, unacum fratre suo Conrado, Pataviensi Episcopo, datum in Conventu celebri Anasi in iisdem Annalibus XL. 125.)

XIII.

Conradus Episcopus traditionem mancipiorum recipit ab Engilberto Hallensi Comite, Hadewich ipsius conjuge, nec non eorum filiis Gebehardo et Theoderico.

1158. 2. Junii.

Chvnradus Celesti gratia Patauiensis episcopus. Cunctis ecclesie sue Christique fidelibus. salutem. Nosse rogamus et meminisse

Digitized by Google

tam futuri quam instantis temporis Christi fideles. qualiter gloriosus princeps comes Hallensis Engelbertus ipse pariter et uxor eius matrona prenobilis Hadeweich. necnon et utriusque filii Gebehardus et Theodericus omnes pari consensu et uoluntate nullo penitus refragante quosdam sue proprietatis homines. Eberwinum uidelicet Herbordum. Engelmarum. Erchenboldum. in manum cuiusdam liberi hominis Meingoti. de Scylthdorf hac delegarunt conditione quatenus eosdem ipse postmodum eo delegaret. quocunque sese illi delegari postularent. Quod et factum est ita adhibitis testibus infra subnotatis. qui sunt ex ingenuis quidem et principibus predicti fratres Gebehardus et Theodericus. ex ministerialibus uero eorundem Gotefredus. de Praemae. Heinricus de Grauendorf. Purchardus. Pilgrimus. et suus eiusdem nominis cognatus. Engelbertus. waltherus. Rudigerus. Siquidem ut pretaxata conditio. et hominum qui delegati sunt exigebat peticio. Meingotus ille fideliter prosecutus. ueniens ad sanctuarium beati. Stephani homines illos ut dictum est in manu sua depositos sua ipsorum peticione ad V. denarios annuatim in usus fratrum persoluendos more sollempni tradens delegauit. et sicut fieri solet fratribus ipsis cum ipsa traditione inuestituram quoque contradidit. Testes sunt. Rudigerus iudex. Rudolfus de Gaiza. Helmpertus et filii eius. Duringus. Engelbertus. willehalmus. Madelwinus. Duringo monatarius. wernhardus. Pilgrimus. et suus eiusdem nominis cognatus. waltherus. Rudigerus. Arnoldus. Vorlingus. et frater eius Rudigerus. Lanzo. Rudbertus. Rudigerus. Gozo. Dietmarus. Purchardus. Perhtoldus. Et ut hec essent certiora. sigilli nostri impressione corroborari precepimus. Acta sunt hec anno post incarnationem domini M°.C°.L°VIII°. Indictione V. IIII°. nonas Junii. Anno serenissimi regis Friderici VI. Imperii vero sui III°. Anno autem episcopatus nostri XI°.

XIV.

Conradus episcopus civibus suis ad D. Hippolyti propriam concedit et jurisdictionem et jura contra praegravationes extraneorum.

1159. 3. Maii.

Chvnradvs Celesti gratia patauiensis episcopus. cunctis ecclesie sue Christique fidelibus salutem in perpetuum. Quia iusticie est unicuique quod suum est tribuere. nos quoque burgiensium nostrorum de Sancto Ypolito peticionem unanimem in hoc presertim exaudimus. quod suam eorum ex aliqua parte iusticiam postmodo liberam et inconuulsam. priuilegio nostrorum contra obliuiosam uetustatis memoriam nobis exponimus. et sigilli nostri inpressione communimus. Hanc igitur et talem eis concedimus iusticiam. ut pulsatus ex eis quisquam ab aduocato suo. hoc moderno seu quolibet futuro. super quacumque rerum ei debet responsor astare. examinatione iudicii aque uel ferri. uel huiuscemodi quocumque populi uulgique iudicio a culpa illa et inposito. se nullatenus debuat expurgare. Preterea quoniam plerique extra ipsorum habitantes uillam. tam iniuriose quam mendose. aliquo sibi debito quempiam eorum esse obligatum. protestantes testimonio extraneorum eos frequenter conuicerunt. contra huiusmodi iniuriosas et animabus mortalium. admodum obnoxias extorsiones uolumus eos aliorum unquam quam suorum deinceps testimonio conciuium de re qualibet ualere conuinci. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M°.C°.L°.IX°. episcopii nostri anno XII. vodalrico sancti ypoliti preposito. Adalberto eiusdem loci parrochiano. Burgensium interuentu. Pernoldi. Eberonis. wisintonis. Anzonis. Regimberti. Hilperti. Gotfridi. Leubmanni. Reinpotonis. Ortwini. Ruodberti. Adalberti. Ingilmari. walchuni. Chunradi. Ebergeri. Chunonis. Friderici. Perhtoldi. Heinrici. Fridberti. Leupoldi. Sigbotonis.

Digitized by Google

Ruodegeri. Eberhardi. vodalrici. Engelmari. wolframmi. Gotfridi clerici. Indictione VI^a. Quinta nonas Mai.

(Editum a L. B. de Hormayr in annalibus liter. Viennensibus XXXIX, 107.)

XV.

Conradus antistes confirmat fundationem capellae et domus leprosorum ad S. Egidium in ripa Eni, in Biburg, secus Pataviam et donationem Sighardi et filii sui Sighardi canonici pataviensis de praedio suo Stockstall in orientali plaga.

Patavie 1160.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Chunradus dei gratia patauiensis episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in domino in perpetuum. Ordo officii nostri nos ammonet et hortatur. homines in sanctis propositis suis confortare. studiaque eorum pro capescenda diuina remuneratione effectui mancipare. Uniuscuiusque facta cito a memoria hominum laberentur. nisi testimonio litterarum commendarentur Ea propter notum facimus omnibus Christi fidelibus tam futuris. quam presentibus. quod nos inducti precibus et consilio fratrum nostrorum de choro. aream quandam nostri iuris cum omnibus suis appendiciis. super ripam eni fluminis. in loco qui Biburch nominatur secus Patauiam super reliquias beati Egidii, in cuius honore capella ibi constructa est. eo tenore tradidimus. ut leprosi mansionem et receptaculum ibidem habeant, et in ipsis alii qui regnum celorum ui diripere noluerint, eternas mansiones quas nullus persecutor adpropinquat promereantur et acquirant. Preterea in eodem scripto hominibus ad memoriam ducimus. quod quidam nobilis homo Sigehardus.

Digitized by Google

de Stochestale cum filio suo concanonico nostro Sighardo. idem predium Stochestale in orientali plaga situm. In cultis et incultis. pascuis. pratis. aquis. aquarumue decursibus. et in omni genere utilitatis. super easdem reliquias nullo hominum contradicente nobis presentibus pro dote delegauerunt. hac conuentione interposita. ut uterque eorum suo in tempore pacifice possideat. et singulis annis ad pretaxatam capellam ad usus infirmorum qui ibi morantur LX. nummos. ad pontem. XXX. fratribus de choro totidem. Sanctimonialibus sancte Marie. et fratribus sancti Nycolai. LX. equaliter alter eorum diuidat. et persoluat. Illis autem uiam uniuerse carnis ingressus. quicunque eidem loco magistri nomine succedat. hic omni anno in memoriam eorum qui hoc idem predium pro remedio animarum suarum pauperibus contulerunt. in die quando agitur memoria omnium animarum. ad pontem et ad tria claustra S. Marie. S. Stephani. S. Nicolai. dimidium talentum equaliter ipse et successores sui in perpetuum distribuant. cetera aduersus pauperum colligant. Super idem altare prenominati uiri XX mancipia tradiderunt. statuentes ut X cottidie domui pauperum seruiant quos ipsi ex nomine designauerint. Alia vero X mancipia singulis annis censum V denariorum reddant. Ut hec rata et inconuulsa in perpetuum permaneant. presenti scripto confirmauimus et ut nulli successorum nostrorum liceat hoc factum inmutare sigilli nostri inpressione roborauimus. Siquis autem attemptauerit hanc traditionem nostram disturbare. attenuare. inminuere. transfundere. iram et indignationem omnipotentis dei incurrat. et sanguine et corpore Christi in extremis careat. Acta sunt autem hec Patauie. Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi Millesimo C.LX°. Indictione VIII Anno uero domini Friderici regis VII. Imperii uero sui IV°. Pontificatus nostri anno XII. Ego cunradus episcopus. laudo et subscribo. Ego Rovdbertus S. Ego Rovbertus S. Ego albwinus prepositus S. Ego Chovaelinus S. Ego Sighardus S. Ego Otto S. Ego Adalbertus S. Ego Theodoricus S. Ego Fridericus S. Ego Jacobus S. Ego Otto capellanus S. Ego Fridericus S. Ego Pilgrimus S. Ego Swithardus S. Ego Gozwinus S. Ego Ekkehardus S. Ego Heinricus magister scolarum S. Ego vlricus S Ego Heinricus S. Ego Dietmarus S. Ego Ekkehardus S. Ego Adalbero S.

Digitized by Google

XVI.

Conradus patauiensis praesul confirmat fundationem domus leprosorum et capellae d. Egidii a Sighardo canonico et Henrico plebano ad S. Paulum perpetratam secus Pataviam, in Biburch, super ripam Eni fluminis, possessiones simul eidem hospitali condonatas enumerat.

Patauie. 26 Novbr. 1163.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Chvnradus dei gratia Pataviensis episcopus. omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum.

Ex quo plurimum deus in pauperibus honoratur. sicut euangelica lectione pronunciatur. et quia magna fidutia est coram deo elemosina omnibus eam facientibus. et liberat a morte sicut beatus tobias et ceter isancti patres affirmant et attestantur. summopere unusquisque fidelium apud se reuoluere debet quod dicitur. quecunque seminauerit homo in benedictione hec de benedictionibus. et metet. Inde est quod nos his auctoribus. aliisque euidentissimis sanctorum patrum exhortationibus et probabilibus rationibus animati et inducti. fundum cuiusdam capelle super ripam eni fluminis in loco qui Biburch in uulgo uocatur secus patauiam super reliquias beati Egidii in cuius honore eadem basilica a duobus fratribus nostris constructa est. Sigehardo concanonico de choro nostro et Heinrico plebano sacerdote de sancto Paulo. cum aliorum fidelium amminiculo. cum area et omnibus suis appendiciis hac intencione tradidimus. ut leprosi mansionem et receptaculum ibidem habeant. et in ipsis alii qui regnum celorum ui diripere noluerint. eternas mansiones quas nullus persecutor appropinquat promereantur et nequirant. Eundem locum ad ordinandum decano et fratribus concanonicis de choro commisi-

Digitized by Google

mus. ut si forte Sigehardus frater qui in presentiarum curam loci et pauperum indefesso studio gerit iuxta quod sibi creditum est. de hac uita decedat. communis sollicitudo decani et fratrum concanonicorum sancti Stephani pium. mansuetum discretum. et qui domui dei preesse sciat. unum ex ipsis substituat. hoc adicientes peticione ipsorum. ut quicunque ex ipsis uiam uniuerse *carnis* ingressus fuerit. prebendam illius cum omni integritate usque in aniuersarium eius in usus pauperum transeat illorum. ut per hoc frater ille qui de miseria huius uite migrauit. ueniam de negligentia. et indulgentiam omnium suorum consequatur peccatorum. Preterea in presentis pagine scripto adnotari fecimus omnia que nos ad eundem locum ad usus infirmorum tradidimus. aut a fidelibus Christi que tradita sunt et delegata suscepimus. Parrochiam in Chelchperge. Curtile quoddam in Sigenheim cum omnibus suis pertinenciis et appendiciis. Curtile in Pencinlinge quod Otto canonicus de Riede. nobis ea coniuentia resignauit et exfestucauit. ut pauperibus pretaxatis traderemus. Mansum in Wicelingen ubi wolfa danubium influit. Iminccllc cum suis appendiciis. Mansum dimidium in Chezzerwalde. pro quo concambio recepimus ab Engelberto de Strouben quosdam agros et hortos eidem loco adiacentes et contiguos. In cena domini omnia uestimenta que de camera nostra pauperibus erogari debeant istis pauperibus et in eadem die distribui ab eo qui eidem domui preest precipimus. Calceos qui certis et statutis temporibus per circulum anni de iure eiusdem camere nostre in foro persoluuntur. ad calciamenta eorundem pauperum tradidimus. et in forestro nostro liberam lignorum adquisitionem ad opus eorum concessimus. Ruodbertus decanus quoddam curtile in Hirzebach et Brachbach eisdem tradidit. et absque omni contradictione publice delegauit. Sigehardus concanonicus noster et fundatur loci predium suum in austria Stochstal ad eundem locum cum omnibus suis appendiciis. et mancipiis. et cum aliis prediis que precio appreciatus est. Braetineich. Forha. Predia duo Sulbrvnnen unum haida. Dimidium mansum Haibach. quem ab adalberto sacrista in concambio per manus episcopi pro alio dimidio manso in Okkerstorf

Digitized by Google

recepit. Dimidium mansum in Sturcezpach. In grillenporze tres modios auene. ad usus pauperum tradidit et delegauit. Heinricus beate memorie plebanus de sancto Paulo predium unum in Ratinberge. Meginhardus de Spilberch unum predium in Chalba. Roudigerus Scrorare quoddam prediolum in Nuonlingen. ad eundem locum tradidit. et delegauit. Quecunque in presentiarum per manus nostras aut fidelium Christi ad eundem locum tradita sunt aut racionabilibus modis prestante domino nostro in futurnm adipisci poterunt. sub tuitione dei patris omnipotentis. et filii ejus domni nostri Jesu Christi et spiritus sancti qui ab utroque procedit. ponimus et munimine sancte trinitatis insignimus. ut nulli successorum nostrorum liceat que ad hanc nouellam plantacionem in usus et in refectorium pauperum tradita sunt auferre. diminuere. transfundere. alienare. uel aliquo modo disturbare. sed semper rata et inconuulsa permaneant. Hec acta sunt anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi Millesimo. C$_o$.LXIII°. Indictione X. VI. Kal. Decembris. Data eodem Patauie.

Ego Chvnradus episcopus S. S. Ego Rovdbertus decanus SS. Ego Albono prepositus SS. Ego Chovnilinus SS. Ego Sigehardus SS. Ego Otto SS. Ego Adalbertus custos SS. Ego Fridericus SS. Ego Jacobus SS. Ego Otto capellanus SS. Ego Fridericus SS. Ego Jacobus SS. Ego Otto capellanus SS. Ego Fridericus SS. Ego Pilgrimus SS. Ego Gozwinus SS. Heinricus magister SS. Ego Heinricus prepositus SS. Ego Ditmarus SS. Ego Albero SS. Ego Willehalmus SS. Ego Gerhardus SS. Ego Imbertus SS.

XVII.

Rupertus episcopus civibus de Amberg impertitur in civitate sua Patavia omne jus Ratisbonensium in nundinis et ceteris temporibus ad locum hunc venientibus certa lege, ut aliena non pro suis mercimonia transducant.

1166.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Rudbertus Dei gratia Patauiensis episcopus omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Inducti mandato domini nostri Imperatoris Friderici. et precibus Eberhardi Babenbergensis episcopi. qui in conspectu principis magnum gratiam inuenit. concessimus sine omni detrimento successorum nostrorum ciuibus de Amberch in ciuitate nostra Patauia in nundinis et ceteris in temporibus ad locum nostrum venientibus. et mercimoniis suis nauigio transeuntibus ius ratisponensium hoc tenore et coniuentia ut non presumant assumere hac fidutia et occasione aliena bona. et sursum et deorsum in danubio sine debito theloneo transferre. Uoluntas domini Imperatoris ius est. et qui resistit potestati. contrarius est diuine ordinationi. ea propter quod nos in nullo et post nos successuros attenuat. pro imperiali gratia. et reuerentia dilecti fratris nostri. Eberhardi. venerabilis Babenbergensis episcopi. concedimus et permittimus. et omnimodis cartam scriptam impressione sigilli nostri roboramus. Hec acta sunt. anno ab incarnatione domini M°.C°.LX.°.VI°. Indictione XIII^a.

XVIII.

Theobaldus praesul haereditatem Reginberti de Elsarn, Walchuno de Stein et filio ejus Rapothoni, certis conditionibus in feudum confert.

1173. — 1188.

(Editum jam sub Nro. CXXVI. in collectione ill. l. B. de Freyberg et in antecedente Codice p. 473.)

Digitized by Google

XIX.

Theobaldus episcopus fratribus suis canonicis de choro parochiam ad S. Paulum in ipsa civitate Pataviae cum decimis in Katzelstorf in augmentum praebendae tradit.

Patavie 1170.

Ego dithpoldus celesti gratia Patauiensis episcopus cunctis ecclesie nostre Christique fidelibus salutem in perpetuum. Quia et uerbi dei et possessionem ecclesiasticarum iure pastoralis officii dispensatores esse tenemur. antecessorum quoque nostrorum pontificum exemplis edocti. ut fratres nostri de choro uenerabiles canonici domino iugi deuotione ad omnes cursus deseruientes. de crastino minus essent solliciti. in augmentum sui stipendii aliquid superaddere nobis dignum et illis necessarium esse duximus. Qui ut ex deuotissimis deuotiores essent et pro nobis et omnibus uiuis. atque defunctis exorare. parrochiam in ipsa ciuitate patauie. ad titulum sancti Pauli. eis in auctionem prebende sue contulimus. assensu et astipulatione multorum quos infra singulos ex nomine notauimus. Rogare quoque predictos fratres nostros adiecimus. quod et ipsi etiam promittentes. diligenter exequi nelle laudauerunt. quatinus et ipsi et ipsorum in choro successores diem quandoque nostre depositionis anniuersarium in orationibus suis memorem retinent. et festum beatissimi Kyliani quem una cum sanctis omnibus specialem quodammodo nobis patronum elegimus. in officii et hystorie de ipso plenitudine celebrantes. in refectorio suo iterum in nostram commemorationem resideren. Porro eisdem fratribus nostris decimas in Chazelinesdorf de possessionibus suis prebendalibus prouenientes. ipso tunc plebano eorum petente Reginhotone uidelicet patauiensi concanonico. omni firmitudinis corroboratione contradidimus. ita quod et prenominate in ciuitate ipsa parrochie inuestituram cum dotibus. decimis. et uniuersis iam adeptis et adhuc deo opitulante adipiscendis utilitatibus. spe eterne

retributionis. iuxta predictum tenorem assignauimus. Acta sunt hec patauie anno dominice incarnationis M°C°LXXVIIII°. Indictione uero XI. Huic pagine quocunque ingenio quacumque uiolentia obuiantem et nostram constitucionem destruere uolentem. omnipotenti deo diiudicandum et omnibus apostolis et sanctis *suis* anathematizandum relinquimus. et Amen. Amen. Amen. sub*scribi*mvs. Testes sunt ex principibus quidem Perhtoldus marchio et cognatus suus comes uodalricus frater meus comes. de sueuia. Engelbertus de blanchelberch. chrafto. et Chunradus frater suus de amzinespach. Ex ministerialibus uero Richkerus et frater suus wernhardus de wesen. Dietricus de werdaren. Marchwardus de ahheim. waltherus de tanneberch. Gerhalmus de emelingen. Rapoto de ouhalmingen. Engelscalcus de tagebrehteshvsen. Chvnradus de rotele. Alkerus de waldeckke. Livtoldus de sauersten. et frater suus Pernhardus. Rvobertus stal cum filiis suis. Warmundus de cirberch. Chadelhohus de ualchenstein. Otto de zeizen mure. Pero de sigenheimen, wergandus iudex tunc in cinitate. et frater suus wernhardus cum ceteris burgensibvs.

XX.

Alexandri III. summi pontificis bulla confirmationis omnium possessionum capituli cathedralis pataviensis, Friderico decano et Fratribus chori indultae.

Laterani. 20. April 1179.

Alexander episcopus seruus seruorum dei. dilectis filiis fridrico decano patauiensi ecclesie fratribus tam presentibus quam futuris canonice substituendis. Quotiens a nobis aliquod petitur quod religioni et honestati conuenire dinoscitur. animo nos decet libenti concedere. et petencium desideriis congruum impertiri suffragium. Ea propter. dilecti in domino filii. uestris iustis postulationibus clementer annuimus. et prefatam ecclesiam in qua diuino mancipati

estis obsequio sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti patrocinio communimus. Statuentes. ut quascunque possessiones. quecumque bona eadem ecclesia in presentiarum iuste et canonice possidet. autem in futurum concessione pontificum largitione regum uel principum oblatione fidelium seu aliis iustis modis prestante domino poterit adipisci. firma nobis nostrisque successoribus et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda uocabulis. uidelicet duas curtes uillicales in Rudelheim. Parrochiam in chorpeheim. et ecclesiam que dicitur hohenstat. cum pertinentiis suis. quas Regimarus episcopus ecclesie uestre contulit. Predia in uilla viethpach que Hartwicus de Hagenawe uobis pro remedio anime sue et in recompensatione thesauri quem Reginbertus episcopus frater eiusdem H. de sacrario uestro accepit. tradidit. Ecclesiam sancti Stephani de wachreine. et ecclesiam Swainah. et ecclesiam pecenchirchen cum pertinenciis suis. quas episcopus chunradus uobis contulit. Ecclesiam Ovhalmingen cum pertinenciis suis. Parrochiam sancti Pauli patauie cum pertinentiis suis. villis videlicet et ortis. ciuitati adiacentibus quam episcopus theobaldus uobis contulit. Predia vihehouen. Mosin. vechelahebrucke. Rinderholz. Hafte. Eingelwartesheim. Madelgeredorf. Mitterenhirsen. Oberendorf. Owenheim. Odelberingen. willingen. sectionem lignorum cum pascuis in foresto iuxta ciuitatem sitd. Predia Galewis. veltchirchen. Strachin. Endsingen (edsingen.) Hartperch. visenhart. Suwaine. Chovnelbach. Igilbach. Lagarn. Rainbach. Tanheim. Hovnthvbten. Ospirinberge. Pucingen. Hezelingen. Aiche. Raphaltesteten. Subenne. Sunnenbach. Ingelbach. Langaredorf. Landindorf. Gerrichesdorf. Frienberge. villam chazelinesdorf. et decimas de uineis. et agris. uestris ibidem prouenientibus. decimam apud Chvnchohesteten. Ad hec auctoritate apostolica inhibemus. ut episcopo uestro qui pro tempore fuerit. possessiones. aut alia bona uestris stipendiis deputata. sine communi assensu capituli. uel maioris et sanioris partis infeudare non liceat. uel alio titulo alienare. Interdicimus etiam ut contra consuetudinem hactenus obseruatam famuli uestri donec eos ad iusticiam exhibendam cogere uolueritis ad examen iudicis ciuitatis minime per-

trahaptur. Deputatis infra terminos designatos contra assignationem et concessionem Chunradi quondam Patauiensis episcopi preter canonicos ordinare. uel disponere. quipiam nullus attemptet. De redditibus uero ad prebendas canonicorum pertinentibus. non nisi decano et fratribus sicut prefatus episcopus de communi assensu capituli decreuisse dinoscitur. disponere liceat. nec in his contra uoluntatem uestram quisquam specialem sibi uendicet potestatem. Statuimus preterea ut si quisquam canonicorum intestatus decesserit. facultates quas ratione officii uel ecclesie adeptus fuerat. communi fratrum et ecclesie usui applicentur. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat prefatam ecclesiam temere perturbare. aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. seu quibuslibet uexationibus fatigare. sed omnia integra conseruentur. eorum pro quorum gubernatione et sustentacione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. salua sedes apostolice auctoritate et diocesani episcopi canonica iusticia. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam sciens. contra eam temere uenire temptauerit. secundo tercioue commonita. si non satisfactione congrua emendauerit. potestatis. honorisque sui dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere. de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore et sanguine dei et domini nostri Jesu Christi a redemptoris aliena fiat. atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem ecclesie iura seruantibus sit pax domini redemptoris nostri Jesu Christi. quatinus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Amen. Amen. Ego Johannes presbyter Cardinalis sanctorum Johannis et Pauli tt. Pamachii SS. Ego Johannes presbyter Cardinalis T.T. sancte Anastasie SS. Ego Johannes presbyter Cardinalis T.T. sancti Marci SS. Ego theodericus presbyter Cardinalis sancti vitalis T.T. vestine SS. Ego Petrus presbyter Cardinalis T.T. sancte Susane S.S. Ego hug presbyter cardinalis T.T. sancti Clementis SS. Ego Cinthy presbyter Cardinalilis T.T. sancte cecilie SS. Ego arduinus presbyter cardinalis TT. sancte crucis in ierusalem SS. Ego matheus presbyter cardinalis TT. sancti Marcelli SS. Ego

Digitized by Google

Wills (Sic) remensis archiepiscopus TT. sancte Sabine. cardinalis SS. Ego alexander catholice ecclesie episcopus SS. Ego Hvobaldus hostiensis episcopus SS. Ego Conradus salzpurgensis ecclesie humilis minister. et sabinensis episcopus SS. Ego Jacobus diaconus cardinalis sancte marie in cosmidyn SS. Ego ardicio diaconus cardinalis sancti theodori SS. Ego laborans. diaconus cardinalis sancte marie in porticu SS. Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti Georii ad velum aureum SS. Ego Gratianus diaconus cardinalis sanctorum Cosme et Damiani SS. Ego Rainerius diaconus cardinalis sancti adriani SS. Ego Matheus sancte Marie noue diaconus cardinalis SS.

Datum Laterani per manum Alberti sancte Romane ecclesie presbyteri Cardinalis et cancellarii IIII. Idus aprilis. Indictione XII. Incarnationis dominice anno M.C.LXXVIIII. Pontificatus uero domini Alexandri pp. III. anno XX.

XXI.

Theobaldus praesul domui pauperum et leprosorum ad S. Egidium et pro reparatione et conservatione pontis Oeni fluminis dicat parochias in Tettenweis, Muselkirchen, S. Severini et Weihenflorian.

Pataviae 1182.

(*Chrismon.*) In nomine sancte et indiuidue Trinitatis Theobaldus celesti gratia Pataviensis episcopus uniuersis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus salutem in perpetuum. Respicientes ad exempla nostrorum predecessorum uenerabilium episcoporum deo spem retributionis eterne deuote seruientium sicut ipsi quondam. ita nos quoque nostris temporibus prout deus bone uolun-

Digitized by Google

tatis et effectus gratiam nobis aspirare dignabitur intendimus aliquibus elemosinarum meritis aliquantulam inter benedictos ipsius mercedem recipere. Ad quam intencionem deo adiuuante exequendam. hanc uiam elegimus. ut et pauperibus in sancto Egidio super ripam eni Patauie leprosis uidelicet mendicantibus in augmentum sustentacionis sue aliquid adiciamus. et ad reparationem pontis. qui in eno transpositus est. cum lapsus fuerit quandoque certos reditus instituamus. Ecclesiam itaque baptismalem in tetinwis cum universis dote. et decimis. et omnibus ad se pertinentibus. cum consensu et subscriptione fratrum nostrorum de choro in usus necessarios nostra donatione pauperibus pretaxatis seorsum assignamus. ad pontem uero cum opus fuerit reparandum. tres barrochias. unam in musileschirchen. alteram in wihinfloriano. terciam in sancto Seuerino cum omni iuris sui et facultatum dotis et decimarum atque familias plenitudine tam nostra quam predecessorum nostrorum auctoritate traditam in perpetuum confirmamus. hac habita et conseruata discretione. ut quicquid in pontis reparatione de assignatis sibi utilitatibus residuum esse poterit. totum hoc ad hospitale beati Egidii ad sustentandos pauperes et infirmos conferatur. Adiciendum existimamus. huiuscemodi fidelem et solertem curam tam de pauperibus. quam de Ponte confirmando. persone discretiori. et deum timenti. semper esse commendandam per quam locus et elemosina iugiter ad meliora proficiat et bleps in pretitulatis quatuor ecclesiis spiritale regimen sine querela pleniter obtineat. potestatem namque et inuestitura tam in spiritalibus quam in temporalibus magistro quicunque fuerit sepe iam dicti hospitalis delegatam in timore domini fore decreuimus. Pretereundum non est quod optando dicimus. ut pauperes illi flebiles. quecunque siue presulum. seu quorumcunque fidelium largitione uel modo possident. uel postmodum modis racionabilibus Christo fauente consequi poterunt. sub protectione dei omnipotentis et beati Petri principis apostolorum tuitione. rata illis et inconuulsa permaneant. Hanc itaque paginam solito more concludentes. et sigilli nostri impressione munientes. scripta mea et assignata. auctoritate dei patris et filii et spiritus sancti roboramus. et ut nulli

Digitized by Google

successorum nostrorum aut alicui hominum factum hoc nostrum potestate uel ingenio uel modo quocunque inirritum deuocare liceat. sub dei timore interdicimus. Siquis autem forte hanc nostram et nostrorum predecessorum constitutionem attemptauerit euacuare. cum datan et abiron iram et indignationem domini se promeruisse sentiat. atque cum impiis reputatus corporis et sanguinis Christi communione careat. Acta sunt hec Patauie anno ab incarnatione domini Millessimo C.LXXXII. Indictione VII. Ego Theobaldus patauiensis episcopus S. Ego Heinricus prepositus S. Ego Fridericus decanus S. Ego adelbertus custos S. Ego Fridericus archidiaconus S. Ego Gozwinus S. Ego Heinricus magister S. Ego dietmarus S. Ego willehelmus archidiaconus S. Ego Burchardus S. Ego Ruodgerus S. Ego Raimboto S. Ego Adelbertus capellanus S. Ego maingotus S. Ego Otto sancti Sebastiani prepositus S. Ego wernherus S. Testes huius actionis sunt ex nobilibus quidem Engilbertus de blanchinberge. Alram de chambim, wernherus de oriezbach. Chvnradus de amezinsbach. Ex ministerialibus alger cum filiis suis algero et Heinrico. Chadelous de valchenstein. arbo de miteche. Ortolf de sigehartinge. Ortolfus de Ovtenheim.

XXII.

Theobaldus episcopus monasteria Geras et Berneck, a nobili viro Ekberto de Berneck et uxore sua Hadewig et liberis eorum Euphemia, Udalrico et Ekberto, in praedio suo fundata et sibi et ecclesiae pataviensi cum omni jure patronatus et advocatiae tradita suscipit.

1188.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis. Theobaldus Dei gratia patauiensis ecclesie episcopus. vniuersis Christi fidelibus. in

Digitized by Google

perpetuum AMEN. Dum eterna beatitudine. iocunditate perpetua. nichil felicius. nichilque sit iocundius. intra fines proprios atque legitimos. unusquisque taliter se exerceat in latitudinem caritatis. ut adipisci ualeat. premia eterne felicitatis. Hanc igitur prouidentiam secutus nobilis uir Ekebertus de Berneke. et uxor eius Hadewich. et liberi eorum. vdalricus. Ekebertus. Eufemia. in absolutionem peccatorum suorum. et pro redemptione animarum parentum suorum et omnium fidelium defunctorum monasteria duo. uidelicet ierus. et Bernecke. in predio suo sita. cum omnibus suis pertinentiis. cultis. et incultis. et uniuerso iure patronatus et aduocatie. quod in eis habebant. episcopali ecclesie nostre. in cuius diocesi sunt posita. manu potestatiua tradiderunt. et post traditionem factam nomine suo. et heredum suorum. directa linea ab eo descendentium. aduocatiam a nobis. non in exactiones vel angarias aliquas in predicta monasteria et suos exercendas. Cum igitur pie desiderium voluntatis. et laudande diffinitionis intentio. sacerdotalibus studiis semper sint adiuuanda ne per insolentiam hominum sicut fieri assolet, id quod tam laudabiliter gestum est aboleri ualeat. presentis scripti paginam impressione sigilli nostri communimus. et testimonio eorum quorum nomina infra continentur. corroboramus. Purchardus de Chambe canonicus Patauiensis. Wernherus prepositus in Mathse. Richerus protonotarius. Chunradus comes de Pilstaine. wichart de Ciuengen. Herman de lapide. et duo filii sui. vlricus de Liebenberch. Sifridus weise. Fridericus pipenap. Rudbertus de pernecke. Eberhart piscator. et frater eius Chunradus. Riwin albus. Riwinus de Cistestorf. Siboto et frater eius Heinricus de Bozestorf. Rudolfus et Arnoldus. et Ortolfus. et Enwig. de weikardeslage. Data per manum Richkeri protonotarii et canonici patauiensis ecclesie. Anno M. C. LXXXVIII. Indictione Sexta. Tercio Clemente papa existente. et Friderico Romanorum imperatore feliciter regnante.

Digitized by

XXIII.

Wolfkerus episcopus componit litem de quibusdam mancipiis in Aschach cum nobili viro Wernhero de Griesbach.

1197. anno peregrinationis hierosolymitanae.

In Nomine Sancte et Indiuidue trinitatis Wolfkerus Dei gratia Patauiensis ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus perpetuam in domino salutem. Notificamus omnibus catholicis. scriptis presentibus. quod controversia quedam que fuit inter nos. et nobilem uirum wernherum de Griezpach. de quibusdam hominibus. in Aschahe constitutis. Tiemone uidelicet et fratre suo Altmanno. et sorore amborum Heilica. et filio matertere eorum walchuno. quos de manu nostra wernherus idem in feodo se habuisse fatebatur. taliter sedata est. Prefati siquidem homines. precibus suis et seruiciis. apud prenominatum wernherum hoc obtinuerunt. ut iuri quod in eos habuisse fatebatur. in presentia nostra abrenuntiaret. Quo facto. nos ad peticionem eorum inclinati. ipsis et omnibus eorum legitimis heredibus. ius ministerialium dedimus. Unde nequa in posterum de iure eorum oriri possit calumpnia. scripta presentia. cum sigilli nostri impressione. in testimonium eis concessimus. Huius rei testes sunt. Meingotus prepositus. Dietmarus prepositus. wernherus de Griezpach. Adelrammus de Chambe. Richkerus de wesen. Manegoldus de Aheim. Albertus puer de Patauia. Heinricus iudex. Luithardus. Dietricus sartor. Tiemo de Puchenperge. vlricus Prenzinger, wernherus de winigisperge. Heinricus de Sancto vodalrico. Fridericus de Raennahe. Meinhalmus de wazmanstorf. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.C.XCVII. in quo facta est peregrinatio Jerosolimam.

Digitized by Google

XXIV.

Wolfkerus de Ellenbrechtskirchen, pataviensis episcopus, postea aquilejensis patriarcha, Bertholdum *de* Hirschbach contra Henricum comitem de Ortenburg, ceu ministerialem ecclesiae suae evincit.

Pataviae 1201.

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Wolfkerus dei gratia Patauiensis episcopus. vniuersis Christi fidelibus in perpetuum. Uniuersitati uestre innotescat. quod cum comes Heinricus de Ortenberch. quendam ministerialem. Perhtoldum de Hirzpach. censualem esse affirmaret. iam dictus ministerialis noster. testimonio aliorum ministerialium nostrorum videlicet Ebonis de Possemunster. et fratris eius Ekolfi. Alberti de Johanstorf. Hartlibi regis. Eberhardi de Nvopelingē. Popponis. de Hierzpach. Dietrici de Gaichingen. se ministerialem esse laudabiliter confirmauit. Acta sunt hec Patauiae. presentibus canonicis. Chalhoho. Chunrado Oblaiario. vlrico scriba. et ministerialibus prenominatis. et aliis quam pluribus Anno pontificatus nostri Decimo.

XXV.

Manegoldus episcopus pro redemtione castri Windberg obligat Marquardo et Richardi de Himberg decimam et proventus parochiae in Ulrichskirchen.

Circa 1209.

Ego Manegoldus dei gratia Patauiensis ecclesie electus vniversis Christi fidelibus salutem in perpetuum. Ut posteri sciant que

Digitized by Google

pro utilitate patauiensis ecclesie fecimus. presentibus et futuris hoc scripto notificamus. qualiter de consilio chori nostri et ministerialium nostrorum pro redemptione castri in windeperch obligauimus domino Marquardo de Hintperch. et uxori sue domine Richardi. et liberis ipsorum. decimam et omnem prouentum parrochie in vlrichchirchen. preter cottidianum usum sacrificiorum et decimalium denariorum. et domos sacerdotum. pro centum et LX^ta. marcis. ea conditione. ut fructus primi anni cedat in usus ipsorum. Si vero in sequenti anno et deinceps in die Sancti Georii. eis pronominatum argentum non reddiderimus. prouentus ecclesie in sequenti anno cedat in usus ipsorum. Huius rei sunt testes. Chunradus obellarius. et scriba. walchunus canonicus. Perngerus decanus de Ardackir. vlricus plebanus de Gnannendorf. vlricus sacerdos de Badin. Berhtolt chlevogil. Ulricus de Tekendorf. wernhart de Schovmberch. Ministeriales. Hainrich de Lonstorf. Albertus de Johanstorf. Manegoldus de Aheim. Luitoldus de Sauirsteten. Manegoldvs de Schonnebuhil. Chalhoch de Grazperch. Otto de walde. Rudigerus de Suntheim. Fridericus. de Frisinga. Sifrit de Pilhtorf. Albertus de Probisdorf. Chunrat de Manswerde. Gebehart de walde. Kalho filius Marschalci de Grazperch. Heinricus de Pockisruoche. et alii quam plures.

XXVI.

Manegoldus episcopus (Comes de Berge, e matre Andecensis comes, abbas antea in Kremsmünster et Tegernsee, frater demortui in expeditione cruciata Friderici I. episcopi Theobaldi) monasterium B. V. M. in Schlögel cisterciensis ordinis a Chalhoho de Falkenstein erectum in perpetuam protectionem suam recipit.

1209.

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis Manegoldus Dei gratia

Digitized by Google

patauiensis episcopus in perpetuum. In arduo pontificalis dignitatis culmine diuina fauente clementia constituti. sollicite pensare debemus. qualiter a cunctis qui sub nostro sunt regimine per legitimos tramites omninm calumpniantium iniquitates propulsare ualeamus. ut quemadmodum patres censemur nomine. ita in opere comprobemur. Nouerit itaque uniuersorum tam presentium *quam* futurorum caritas. quod strennuus uir Chalhohus in valchensteine. monasterium sancte Marie sub regula ordinis cisterciensis in loco qui dicitur Slage. pro remedio animarum sue et parentum ipsius fundauit. fundum eiusdem monasterii beato Stephano in patauia libere contradendo. Nos igitur ad iustam postulationem domini Theoderici uenerabilis abbatis dicte ecclesie cui in ordinatione sua manum imposuimus. idem monasterium sub nostra perpetua protectione suscipimus. omnes libertates et inmunitates a romanis pontificibus ordini cisterciensi concessas. nec non libertates. exemptiones. secularium exactionum a regibus et principibus uel aliis fidelibus rationabiliter eisdem fratribus indultas. nostra eis auctoritate confirmamus. et presentis scripti priuilegio communimus. Statuimus itaque ut quascumque possessiones quecumque bona. idem monasterium in presentiarum iuste et canonice possidet. aut in futurum nostra seu aliorum pontificum concessione. regum uel principum largitione. fidelium oblatione. seu aliis iustis modis deo propitio poterit adipisci. firma ei. et illibata permaneant. Sane labore fratrum inibi degentium. quos propriis manibus aut sumptibus colunt. tam de terris cultis quam incultis. siue de ortis. siue de nutrimentis animalium. nullus decimas exigere uel extorquere presumat. Cuilibet etiam saluo iure plebani sui. liceat auctoritate nostra suam in prefato monasterio disponere sepulturam. Decernimus ergo ut nulli omnino liceat prefatum monasterium temere perturbare aut eius possessiones auferre. uel ablatas retinere. minuere. uel temerariis uexationibus fatigare. sed et omnia integra. conseruentur. eorum pro quorum sustentatione et gubernatione concessa sunt. usibus omnimodis profutura. Siqua igitur in futurum ecclesiastica secularisue persona hanc nostre constitutionis paginam cognoscens contra eam temere uenire temptauerit secundo tercioue commonita si non

Digitized by Google

satisfactione congrua emendauerit. potestatis honorisque dignitate careat. reamque se diuino iudicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat. et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et domini nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte ultioni subiaceat. Cunctis autem eidem loco iusta seruantibus. sit pax domini nostri Jesu Christi quatenus et hic fructum bone actionis percipiant. et apud districtum iudicem premia eterne pacis inueniant. Amen. Huius rei testes sunt. Heinricus decanus. Haertnidus prepositus aquilegiensis. Chalhohus archidiaconus. Chunradvs maior plebanus. Gotfridus. Tiemo. Heinricus cell vlricus Schobrius. Liutoldus de Sauirsteten. Otto et Chunradus de Haichenpach. Hadmarus de wesen. Heinricus de Morspach. Waltherus de Tanneberch. Ainwicus de vischpach. Heinricus de Cherphensteine. Hezil de Pocharuke. Richkerus de Ebergozesperge. et frater eius. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.CC.VIIII. Indictione XII. Anno pontificatus nostri IIII. Regnante Romanorum rege semper augusto. Ottone. IIII.

XXVII.

Transactio super homines quosdam proprios inter Manegoldum Episcopum et virum nobilem Wergandum de Rumtingen.

1209.

Manegoldus Dei gratia Patauiensis episcopus in perpetuum. Memorie tam presentium quam futurorum sit inpressum. quod quidam nobilis uir wergandus de Rumtingen. tradidit manu potestatiua. sancto Stephano quandam mulierem Auam nomine. iure proprietatis sibi attinentem. et tamen filiam patrui sui. ius ministerialium. ad officium dapiferi pertinentium. cum filio suo Heinrico. et duabus filiabus suis. Christiane. et Alhaidi. et puero quem ges-

Digitized by Google

sit in utero. et cum omni posteritate sua perpetim habitūrum. Et ne super hoc dicte femine aut posteris suis possit ab aliquo controversia generari. ipsam donationem presenti pagine sigillo nostro inpensa. et testium subscriptione. sibi in perpetuum confirmamus. addentes. ut quicunque a iure ministerialium ipsam retrahere attemptauerit. indignationem omnipotentis dei et sancti Stephani incurrat. nisi resipiscat in perpetuum condempnandus. Hanc cartam committimus industrie sue conseruandam. et alteram in sacrario nostro reponimus. Huius rei testes sunt. Chunradus maior. plebanus. vlricus custos. Heinricus cellerarius. Hartmannus prepositus indicensis. Christanus notarius. walchunus liber de Rotenberch. Heinricus liber de Paumgartin, Heinricus de waldeke. Manegoldus et Heinricus de Aheim. Luitoldus de Sauersteten. Hademarus de wesen. Heinricvs de Mortspach. Amelbertus de Eigelinge. Meinhardus de Murringe. Heinricus et Ekkehardus de uuorte. Altmannus de Helngersperch. wernhardus de Hage. Fridericus et wernhardus de Sigenhaim. Chunradus de Sengen. Gerhardus iudex. Eberhardus et Nuodungus. de Rumtingen. Albero de Germundesperch. wernhardus de Rotowe. Rehewinus de Romtingen. Tiemo in Rindermarcht. Willehalmus. Madilwinus. Chunradus maritus Jyte. Albertus frater iudicis. Jrnfridus monetarius. vlricus de Munstvr. et alii quam plures. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini M.CC.VIIII. Indictione XII. Anno pontificatus nostri IIII. Regnante quarto Ottone romanorum rege. Anno regni sui primo.

XXVIII.

Manegoldus antistes cathedralibus suis de vinea illorum in Mautern steurae diminutionem indulget.

Circa 1210.

Manegoldus Dei gratia patauiensis episcopus omnibus Christi fidelibus ad quos presens littera peruenerit. orationes et perpe-

Digitized by Google

tuam salutem. in domino. Cvm ad hoc ex officii nostri debito teneamur. ut omnibus ecclesiasticis personis in quorumlibet emolumentorum suorum augmentatione. paterna debeamus clementia prouidere. Hinc est quod vniuersorum memorie commendamus. quia cathedralibus nostris ad intercessionem ipsorum perpetuo iure concessimus. ut de area sita Mutaren. ad culturam cuiusdam eorum vinee pertinente. uel nobis de cetero. uel cuiquam successorum nostrorum non liceat aliquatenvs loco stivre ultra XXX^ta denarios extorquere. Et ne hec nostra concessio ab aliquo temerari possit in posterum seu infringi. eam presenti cedula sigilli nostri impressione signata. dictis kathedralibus duximus confirmandam. Huius rei testes sunt. Heinricus decanus. Chalhohus. Haertnidus prepositus Chunradus maior plebanus. Ulricus custos. Otto biberlinus. patauienses canonici. Ministerialium. Heinricus de Lonstorf. Heinricus de Aheim. Amelbertus de Eigelingen. Dietmarus de Porsenprunne. Chunradus iudex. et alii quam plures.

XXIX.

Divisio mancipiorum inter patauiensem et ratisbonensem ecclesiam. Meinhardus simul vicarius de Korbheim pataviensi capitulo domum tradit lapideam.

Circa 1210.

Chvnradus Dei gratia Ratisponensis ecclesie episcopus. Nouerint universi tam futuri quam presentes. quod nos duarum filiarum Gelphradi de Pozzekouen. seniorem tradidimus ecclesie patauiensi. nobis vero retinuimus iuniorem. Permisimus quoque filium eiusdem Chunradum contrahere suo tempore cum aliqua de familia eiusdem ecclesie patauiensis liberis eiusdem siquos habuerit nobiscum diuidendis. Qvoniam per nimiam temporis diuturnitatem. fidelium contractus a memoria elabuntur. uiri discreti pro cautione sanxerunt huiusmodi scriptis commendare.

Digitized by Google

Sciant igitur tam presentes quam futuri. quod ego Meinhardus vicarius de Chorbheim. contuli dominis meis. uidelicet choro patauiensi. pro anime mee remedio. domum lapideam. —

XXX.

Concordia de jure patronatus in Werdo inter Manegoldum Episcopum et Gebhardum comitem de Pleien canonicum S. Stephani ex una parte et comites de Pleien Liutoldum et Conradum, Gebhardi fratrem et patruelem.

Apud S. Georgium in Austria. 1210. 1. Julii.

Manegoldus Dei gratia patauiensis episcopus. vniuersis presentem paginam inspicientibus. salutem in domino. Memorie tam presentium quam futurorum committimus. quod cum ecclesia in werde uacaret. contulimus eam concanonico nostro comiti Gebehardo de Pleien. Frater autem ipsius comes Liutoldus contendens se et patruelem suum comitem Chunradum de Pleien. habere ius patronatus. in eadem ecclesia. nitebatur ipsum a quieta possessione eiusdem ecclesie prohibere. Sed consilio domini et fratris nostri Frisingensis episcopi. et aliorum inductus. et suo et iam dicti Chunradi nomine consensit. ut dictus G. canonicus. memoratam ecclesiam saluo iure utriusque partis. libere possideret. eo adiuncto. ut si prefatam ecclesiam contingeret uacare a manu sepedicti G. seu ex uocatione illius ad dignitatem. seu alio quocumque modo. nec lis esset prius decisa. causa rediret ad ipsum statum in quo tunc fuit. cum supra memoratus Gebehardus primo erat a nobis ipsa ecclesia inuestitus. Huius rei testes sunt. Dominus Otto Frisingensis episcopus. Berhtoldus abbas in Tegernse. Albertvs prepositus S. Georii. volricus custos pataviensis. Christanus notarius. Heinricus plebanus de wilheim. Otto plebanus de Tovfkirchen. Hartnidus plebanus de Ruprehtshouen. Heinricus plebanus de Zwentendorf. Comes Fridericus de

Digitized by Google

Pilstain. Liutoldus de Sauerstetin. Otto de Haichenbach. Otto de Morspach. Heinricus de Pochsrukke. Rudigerus de Sunntheim. Albero de Schurebach. Engelmarus de werde. Tiemo de werde. Hermannus et Rudigerus de Schonnliten. vlricus de Sihtenberch. Baldwinus de Chorensbach. Chunradus de Nivnstat. Reinboto de werde. A ta sunt hec in austria apud S. Georium. anno ab incarnatione domini M.CC.X. Indictione XIII. Kalend. Julii. IIII. Anno pontificatus nostri V. Regnante Ottone IIII. Romanorum imperatore et semper Augusto. Anno imperii sui. Primo.

XXXI.

Manegoldus Episcopus Burgensibus suis, Walthero Isnario, Ulrico Pröbstlin et Herbordo sartori, mutam superiorem et inferiorem Pataviae impignorat pro 400 marcis, quo Judaeis grave damnum, illis in quadam seditione illatum, resarciebatur.

1210. 30. Nov. Patavie in domo Hartmanni praepositi.

Manegoldvs dei gratia Patauiensis episcopus in perpetuum. Nouerit tam presentium quam futurorum caritas. quod cum iudei in ciuitate nostra Patauie graue dampnum sustinuissent per violentam ablationem rerum suarum. composuimus cum eis pro quadringentis marcis. hoc pacto. ut ciuitas nostra Patauie ab inpeticione omnium tam Christianorum quam iudeorum. qui similiter ibi dampnificati sunt. libera sit et secura. per eos pretextu pecunie memorate. In quo debito dilecti Burgenses nostri waltherus Isnarius Ulricus Probstelinus. Herbordus sartor. persoluerunt pro nobis dictis iudeis. CC^{as} libras Patauiensis monete. Pro quo indulsimus eis habendam utramque mutam tam superiorem quam inferiorem Patavie per annum incipiente in dominica Reminiscere. cum omni usufructu preter pisces ab eis omni feria. IIII.^{a} a nobis

existentibus Patavie persolvendos. Si vero interim aliquem ex eis ab hac luce migrare contigerit reliqui duo ipsis muotis nichilominus utantur. Si uero omnes decesserint. uxoribus et heredibus ipsorum usus Muotarun proueniet inconcusse. Ne autem nobis aut alicui successorum nostrorum liceat infra ipsum annum easdem Mutas eis auferre. uel aliquid grauamen occasione regie expeditionis seu gratia steure communis aut obiectu alicuius cause irrogare. presentem paginam eis contulimus. sigilli nostri inpressione et testium subscriptione roboratam. Huius rei testes sunt. Eberhardus prepositus. Heinricus decanus. Hartnidus aquileigensis prepositus. Chalhohus archydiaconus. Ortolfus prepositus. Chunradus maior plebanus. Gotefridus de ecclesia Sancti Johannis. Heinricus archidiaconus. Ulricus custos. Hartmannus prepositus. canonici. Heinricus de Lonstorf. Manegoldus et Heinricus de Aheim. Hadmarus de wesen. Liutoldus de Sauirsteten. Agilbertus de Aiglingen. Ekkardus et Heinricus de Furte. Fridericus de Raennahe. Otto de Haichenbach. ministeriales volricus Prenzingar. Rudbertus Schrawaz. Dietricus sator. et Rudigerus filius eius. Heinricus frater Herbordi. burgenses. Acta sunt hec Patauie in domo Hartmanni yndicati prepositi. Anno ab incarnatione domni M.CC.X. Indictione XIII. in die Sancti Andree. Anno pontificatus nostri V. Regnante Ottone IIII. Romanorum imperatore semper augusto. Anno imperii sui secundo.

(Edidit L. B. de Hormayr in annal. liter. Vien. XL. 133.)

XXXII.

Determinatio finium et bonorum parochiarum in Nordernbach et Biberbach per Manegoldum praesulem pataviensem.

1211. 1. Febr. Pataviae in domo Ulrici custodis.

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Manegoldus dei gratia

Digitized by Google

Patauiensis episcopus salutem in perpetuum. Qvoniam memoria hominum labilis est. nec turbe rerum sufficit necesse est facta hominum autentica scripture beneficio communiri. Ea propter nouerit vniuersorum tam futurorum quam presentium caritas. quod cum ecclesia in Nordernpach haberet quandam dotem infra terminos parrochie Piwerbach sitam in loco. qui dicitur Edelinspach. et e conuerso ecclesia in Piwerbach haberet quandam dotem infra terminos parrochie Nordernpach. sitam in loco qui dicitur Trostlinspach. inter ipsas ecclesias concambium est mediantibus arbitris. Hartnido Aquilegiensi preposito. et Ulrico custode. canonicis patauiensibus. et duobus militibus volrico de Nordernpach. et Willehalmo de Geilspach. sub hoc pacto. rationabiliter celebratum. ut ecclesia in Nordernbach hanc sibi pro dote in perpetuum memoratum predium quod prius ecclesie in Piwerbach dotaliter attinebat. superadditis sibi ab ecclesia in Piwerbach tribus libris propter dotium inequalitatem. Ecclesia autem in Piwerbach habeat iure proprietatis pro dote in perpetuum predictum predium infra terminos suos positum. quod prius ecclesie in Nordernbach dotaliter attinebat. Ut igitur hec permutatio que utrique ecclesiarum utilis est stabilis et inconuulsa permaneat. eam presenti pagina sigillo nostro appensa. et subscriptis testibus perpetualiter communimus. Huius rei testes sunt. Gebehardus comes. Otto Biberlinus. Engelschalcus oblaicus. canonici patauienses. Christanus notarius. Manegoldus de Aheim. et Heinricus frater suus. Liutoldus de Sauerstetin. Otto de Haichenpach. ministeriales. Heinricus frater custodis. Meinhardus. Heinricus. Ulricus. et alii quam plures. Acta sunt hec Patauie in domo volrici custodis. Kalendas Februarii. V. anno ab incarnatione domini M.CC.XI. Indictione XIIII. Anno pontificatus nostri sexto. Regnante Ottone IIII. Romanorum imperatore. et semper Augusto. Anno imperii sui II. Consentientibus Normanno plebano in Nordernbach. et walthero plebano in Piwerbach.

XXXIII.

Eberhardus juvaviensis archimysta ratihabet donationem Cunonis comitis de Meglingen pauperibus et *leprosis* domus S. Egidii Pataviae factam. 26. Junii 1213. Mühldorf.

Eberhardus dei gratia Salzburgensis Archiepiscopus. Apostolice sedis legatus. omnibus in perpetuum. Quum ea que iuste petuntur prompte conuenit exaudiri. Nos ergo donationem nobilis uiri Chunonis quondam comitis de Megelingen. pauperibus apud sanctum Egidium in patauia ob retributionem diuinam de consilio familie sue factam. ex tenore priuilegii sui super hoc dati cognoscimus euidenter. Quam largitionem suam in duabus curiis predii sui quondam. nunc autem nostri in Suzzenbach. nonam partem decimarum sicut ipse constituit eisdem pauperibus in perpetuum confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc confirmationem nostram infringere uel ei ausu temerario contraire. Datum apud Muldorf VI. Kalend. Julii. pontificatus nostri XIII. anno. Incarnationis autem MCCXIII. feliciter Amen.

XXXIV.

Leopoldus gloriosus Austriae Styriaeque dux ecclesiae pataviensi largitur immunitatem ab omni muta et Fürvart in Danubio. 1216. Patavie in scolis.

In nomine sancte et individue trinitatis. Liupoldus dei gratia dux Austrie. et Stirie uniuersis Christi fidelibus in perpetuum.

Digitized by Google

Cum singularum ecclesiarum utilitatibus debeamus semper atque uelimus pro picere pia mente. principaliter autem et precipue. Patauiensi ecclesie. que nostra est mater in deo. hoc debitum soluere uolumus et debemus. ut gratia filialis reuerentie. quam ipsi duximus exhibendam in terris. ipsa nos materno affectu reddat acceptos postmodum et felices in celis. Quo circa tam futurorum quam presentium memorie commendamus. quod nos et pro nostra et tam progenitorum quam heredum nostrorum salute. nec non et pro meritis. ac deuotione kathedralium ecclesie ciusdem. de consilio fidelium nostrorum potestatiua manu. ipsi ecclesie matri nostre donauimus. ut uniuersa uictualia. ad communem mensam. et usum eorundem kathedralium spectantia. sine muta. et fuorvart. et sine omni exactione in danubio libere transducatur. vnde ne hec nostra donatio. ab aliquo in posterum possit aut debeat infringi. presentem paginam sigilli nostri munimine. cum horum qui interfuerunt nominibus iussimus annotari. Quorum primus est. Dominus Otto Frisingensis episcopus. Pernhardus prepositus sancti Nycolai. Vlricus de Pernecke. Vlricus de Pecka. Hademarus de Chunr. Marquardus de hintperch. Rvodolfus de Potendorf. Vlricus de valckenstein. Heinricus de Lonstorf. Hademarus de wesen. Otto et Chvnradus fratres de Heichenbach. Heinricus de Aheim. Chunradus de Slehdorf. et alii quam plures.

Acta sunt hec in scolis Patavie. anno dominice incarnationis M.CC.XVI. indictione quarta. sub Innocentio tercio papa. Regnante Friderico Rege Romanorum et Sycilie.

Data per manus Heinrici Pataviensis Canonici tunc notarii.

(Edidit Hundius in Metropoli, commemorat quoque L. B. de Hormayr in annal. liter. Vien.)

Digitized by Google

XXXV.

Pontifex Honorius capitulo patauiensi confirmat praedia, quae illi. T. canonicus ejusdem cathedralis ecclesie dederat.

Laterani. 7. Martii. 1217.

Honorius episcopus seruus seruorum dei. Dilectis filiis Capitulo Patauiensi salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis uotis et honestis petencium desideriis fauorem beniuolum impertiri. Ea propter dilecti in domino filii uestris iustis postulationibus grato concurrentes assensu. Predia que T. concanonicus uester pro remedio anime sue ac progenitorum suorum ecclesie uestre intuitu contulit pietatis. sicut ea iuste possidet et quiete. uobis et per uos eidem ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum.

Datum Laterani Non. Marcii. Pontificatus nostri anno primo.

XXXVI.

Honorius III. summus Pontifex fratribus coenobii in Schlegel supra Anasum, praemonstrat. ordinis, fundationem confirmat.

Laterani. 2. April. 1221.

Honorius Episcopus seruus seruorum dei. dilectis filiis G. Pre-

Digitized by Google

posito et fratribus sancte Marie in Slag premonstratensis ordinis. salutem et apostolicam benedictionem. Solet annuere sedes apostolica piis votis. et honestis petencium precibus. fauorem beneuolum inpertiri. Sane sicut ex parte vestra fuit expositum coram nobis. cum venerabilis frater noster. Patauiensis ecclesie episcopus. Ecclesiam sancte Marie de Slag. de voluntate patroni eiusdem ecclesie capituli sui accedente consensu. vobis pie ac prouide duxerit conferendam. in ea secundum Premonstratensium instituta. domino seruituris. nos vestris precibus inclinati. quod per eundem Episcopum super hoc prouidentem actum est auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino homini liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere. vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignacionem dei omnipotentis et beatorum apostolorum eius Petri et Pauli se nouerit incursurum. Datum Laterani IIII. Non. Aprilis. Pontificatus nostri anno V.

XXXVII.

Gebhardus comes de Playen, episcopus pataviensis concambium quoddam ratihabet inter Conradum comitem de Wasserburg et Eberhardum de Johannsdorf, plebanum de Osterberg, canonicum pataviensem.

Patavie. 27. Augusti 1223.

In nomine domini. Gebhardus dei gratia Patauiensis episcopus in perpetuum. Cum non nullorum gesta negotiorum ne ab humana memoria cum temporis reuolutione labantur. et uoce testium. et scripture munimine soleant roborari. Hinc est. quod ad presentium. et futurorum noticiam presentis certitudine scripti. uolumus peruenire. quomodo inter dilectum confratrem et concanonicum nostrum. plebanum de Osternberge Eberhardum sci-

Digitized by Google

licet de Johanstorf. et uirum nobilem. Comitem Chunradum de Wazzerburch. permutacio facta est huiusmodi. quod uidelicet dictus Eberhardus per consensum et manum nostram dotes predicte ecclesie scilicet Osternberge. et ipsius filiarum birchenwanch. et Grizpach. sitas uidelicet. Ponberge. Reine. et in Pivnte. *comiti* iam dicto tradidit. ipso comite per manum et consensum *uxoris* sue. Chvnigundis tradente memorate ecclesie Chirhdorf. pro dote. cum omni iure. et libertate. in perpetuum possidendam. Cum itaque hec permutatio. ad utilitatem ecclesie prefate conducat. ipsam presentis priuilegii. pagina sigilli nostri inpressione signata. cui ad maiorem cautelam prefatus comes sigillum suum apposuit. confirmamus. Huius rei testes sunt. Otto maior prepositus. Chalochus. Albertus de Huenenburch. Chrafto de slivnze. Albertus de possemunter. Meingotus de waldeke. Patavienses canonici. Leutoldus comes de Plaien. Lvdwicus de hagenuoe. Hadmarus de wesen. Otto de Johanstorf. Ortolfus de Norndernpach. Otto de sundermaeringen. Siboto de Scoensteine. Siboto de vsolvingen. Curro de hagen. Heinricus de graevendorf. Albero de viethenstein. Albertus de Grantperch. Ditmarus de Hugenberge. Fridericus de werberch. et alii plures. Actum patauie XVI. Kal. Septembris anno domini M.CC.XXIII. Indictione XI. Pontificatus nostri anno secundo.

XXXVIII.

Conradus comes de Wasserburg pacem init et concordiam cum ecclesia pataviensi, multis ab illo injuriis damnisque impetita et cum illius antistite Gebhardo, singillatim super castro Viechtenstein.

1226. Patavie.

In nomine domini Amen. Chunradus dei gratia Comes de wazeburch omnibus in perpetuum. Quomodo generatio preterit. et

Digitized by Google

generatio aduenit. consuetum. expediens est. et utile. ut ea que sunt digna posterorum memorie commendari. in euidens sui roboris argumentum. scripturarum debeant testimonio confirmari. Hinc est quod a cunctorum tam futurorum quam presentium noticiam cupio peruenire. quod cum eo Chunradus comes de wazzerburch temporibus domini vlrici pie recordationis. Patauiensis quondam episcopi. essem cruce signatus uxore legitima adhuc carens. castrum meum vihtenstein cum omnibus proprietatibus ipsi castro attinentibus et subscriptis possessionibus eidem episcopo domino Vlrico uidelicet. nomine Patauiensis ecclesie contuli et donaui. et hoc confiteor. Postmodum uero processu temporis uxorem legittimam cum duxissem. Chvnegundem nomine. idem castrvm vihtenstein etiam huic donaui siquidem tamen robur. ea donatio habere poterat iam secunda. presertim cum prioris donationis priuilegium isti contradiceret et obstaret. Deinde domino Gebhardo Pataviensi Episcopo existente et cruce signatorum passagio generali iam instante. cum ex querimonia ipsius domini Gebhardi patauiensis episcopi. pro dampnis suis et suorum antecessorum temporibus ecclesie sue illatis. excommunicatus essem quampluries et proscriptus. tandem diuina instigante gratia ad proprium corcreuersus. ne eius cuius signum dudum gestaueram minus dignus. pro tantis iniuriis dicte ecclesie irrogatis. tremende ultionis super me gladium exspectarem. tam pro necessitate crucis. quam etiam pro ipsius crucifixi reuerentia et amore. ad cuius me obsequium tunc accinxi. et ad resarciendum dicte ecclesie omnia sua dampna. grauamina. iniurias et offensas. per me illatas. dictum castrum vihtenstein. cum omni meo patrimonio et proprietatibus eidem castro attinentibus. et preterea omnia quecunque habui. a terminis illis ripe que Salza dicitur usque anasum et ab eo fluuio qui vulgariter Iser dicitur. usque ad nemus poemorum siue ea feodali tytulo a me quis possederit. seu quocunque alio modo mea fuisse proprietas dinoscantur. ipsi Patauiensi ecclesie ita ut hec omnia eius sint proprietas per manum meam et uxoris mee pariter Chunegundis. ea omni iuri quod in eisdem bonis habuit aut habere uidebatur libere ac uoluntarie renuntiante. tam et ego quam et ipsa dedimus et contulimus possidenda in

Digitized by Google

perpetuum pleno iure. maxime cum et ratione iuris cruce signatorum quod tam domini pape quam et ipsius imperatoris auctoritas pro necessitate terre sancte omnibus cruce signatis concessit hoc tempore donationem huiusmodi facere potuerim et de iure. quam etiam tam coram domino papa quam et imperatore iam predictis. ipsi episcopo et sue ecclesie promisi et teneor confirmare. Facta est autem hec mea donatio tali lege. quod ego Comes turrim in predicto castro vihtenstein cum duabus areis eidem turri adiacentibus. Ortolfi uidelicet de Nodernbach. et alberti Grantperger cognomine. cum quatuor hubis et omnibus eisdem areis attinentibus que vulgo Bvrchhvotte dicuntur. in signum et euidens argumentum proprietatibus et gwerandie domino Gebhardo episcopo et Patauiensi ecclesie tradidi perpetuo possidenda. Eo quoque promisso taliter et statuto. quod castellani eiusdem castri tam domino episcopo quicunque tunc pro tempore fuerit quam et mihi idem castrum iurabunt se debere fideliter obseruare. vigiles quoque et portenarii tam ab ipsius domini Episcopi sumptibus quam et a meis debent communiter procurari. qui et sibi et mihi de fideli eiusdem castri custodia iuramentum prestare tenentur. Reliquam uero partem castri sepius iam predicti preter turrim videlicet et prefatas duas areas. cum omnibus prememoratis proprietatibus et possessionibus infra dictos terminos constitutis. a domino Gebhardo episcopo recepi titulo feodi sub hoc pacto. quod si diuina gratia me heredes concesserit habiturum. siue masculini siue siue (sic) femini sint sexus. ipsi mei heredes idem etiam feodum ab eo quicunque tunc patauiensis episcopus pro tempore fuerit recipere debeant possidendum. Quibus meis heredibus si me forsitan decedente prenominata mea legittima absque marito uoluerit pacifice commorari. prefatam feodum non ratione feodalis tytuli. sed heredum meorum gratia ad uite eius tempora cum ipsis pariter possidebit. Si autem marito nubere forsan uoluerit. trecentas marcas Patauiensis ecclesia sibi soluet. post quarum persolutionem ipsa predictis omnibus possessionibus renuntiare. et ab eis penitus recedere ex tunc debet. Si uero quod absit. me absque heredibus decedere contigerit. prefate mee legittime trecente tamen marce. a patauiensi ecclesia persoluentur. que eadem portione recepta

Digitized by Google

nichil prorsus iuris in omnibus sepedictis possessionibus hiis habebit. Illo etiam promisso districtius et laudato. quod si ego et mei heredes castrum aut predictas possessiones. quas a patauiensi ecclesia me confiteor feodali tytulo possidere. aliqua arte turbauerimus. dando. obligando aut infeodando. uel alias quocunque alienationis genere a patauiensi ecclesia alienando. omne idem feodum ipsi ecclesie uacare certissime ex tunc debet. preterea de his bonis quecunque infra supradictos terminos habeo obligata. taliter est laudatum. quod dominus patauiensis episcopus. ea quandocunque uoluerit redimere debeat. ita tamen. ut et mihi eadem reddantur pro pensione debita cum uoluero redimenda. Item de castellanis quicunque in predicto castro residentes fuerint. est statutum. quod per terram siue per aquam uenientes aut recedentes. nequaquam debeant offendere offendentes autem de communi sunt consilio remouendi. Pro tali igitur donatione castri ministerialium proprietatum. possessionum omnium predictarum dominus Gebhardus patauiensis episcopus mille et ducentas marcas patauiensis ponderis soluere mihi debet. Sexcentas in festo Georii futuro proximo. reliquas uero sexcentas. in futura proxima ebdomada pentecostes. Ideo ter hec omnia centum libre patauienses pro hiis meo consilio sunt collate. vna etiam domus in patauiensi ciuitate mihi data. que a me est feodali titulo possidenda. Pro huiusmodi itaque pensione in supradictis mihi terminis persoluenda. ego uersa uice firmiter hoc laudaui. quod eandem donationem ipsi ecclesie per me et uxorem meam factam. per manum Salmanni ante secundam solutionem debeam confirmare. quod si facere non potuero. antequam fiat ultima solutio. quicquid consilio domini Episcopi super hiis placuerit. ad hoc teneor faciendum. Confessus tum etiam et est uerum. quod mee singule tres sorores sepefato castro et proprietatibus iam dudum cum iuris sollempnitate. quod vulgo vurzihte dicitur renuntiauerunt. quam etiam renuntiationem ut adhuc coram patauiensi episcopo aut suis procuratoribus confiteantur personaliter. et eam esse ratam. ante festum pentecostes futurum proximo curare teneor bona fide. verum si id effectui non potuero mancipare renuntiationem tamen ab eisdem sororibus meis factam. ubicunque postulatum a me fuerit.

Digitized by Google

siue coram iudicio aut alias sufficienter et ydoneis testibus debeo comprobare. Si uero tam crebra donatio. prior uidelicet Episcopo Vlrico per me solum sub nomine ecclesie sue facta. secunda uero tam per me quam per manum uxoris mee domino Gebhardo patauiensi Episcopo iterata. Robur quod absit obtinere non ualeat firmitatis. etsi in iure euicta fuerit. tunc pro predicta pecunia mille et ducentis marcis uidelicet. et centum libris. et domo patauie mihi data. que omnia ante predictos terminos Patauiensis Episcopus michi dedit. tum etiam pro dampnis per me pataviensi ecclesie irrogatis. ad plenum et in integrum resarciendis. prenominatum castrum cum uniuersis possessionibus supradictis. mea et uxoris mee manu pariter tytulo pignoris pro sex milibus marcarum patauiensi ecclesie obligaui. ita quod quicunque predictum castrum a memorata ecclesia euicerit. ipsi ecclesie in sex marcarum milibus teneatur. que antequam idem castrum in suam possessionem recipiat persoluere prior debet. Pro huiusmodi autem donationis beneficio dominus Gebhardus Patauiensis Episcopus unacum uniuersitate sui chori et ministerialium ad fidem suam me et dictam meam coniugem. et meos heredes si quos per dei gratiam habiturus fuero. receperunt. ita uidelicet. ut in nullis necessitatibus me et meos aliquatinus derelinquant. dummodo et ipsorum consilio in talibus agendis que sunt magis ardua. et in quibus forte ipsorum auxilium postulauero. eorum etiam prius in hiis consilio uelim uti. Quin immo et hoc data fide firmiter laudauerunt. quod me et mea pro ipsorum posse fideliter debeant defensare. vniuersitas quoque chori et ministerialium sacramento prestito confirmauit. quod domino Gebhardo Episcopo carnis debita exsoluente aut ab episcopali Kathedra recedente. numquam in personam alterius Episcopi eligendi. debeant conuenire. Quin idem quod et ipsi iurauerunt. mihi es meis heredibus iuret pariter se in perpetuum fideliter inpleturum. et uersa uice ego et mei heredes si quos habiturus fuero. tenemur etiam eidem sacramento prestito confirmare. quod deuotione et fide a patauiense ecclesia numquam aliquatenus separemur. vt igitur hec omnia prout in premissis articulis sunt expressa. Rata maneant. illibata. ac penitus inconuulsa. testibus qui eisdem factis intererant subnotatis sigillorum munimine domini uidelicet patauiensis Episcopi et sui chori. meo

Digitized by Google

quoque pariter appenso presentibus dignum ea duxi efficaciter roborare. Hii sunt testes. Heinricvs tvmprepositus. Chvnradus decanus. Albertus comes de Ebersteine. Wernherus comes de Tiersteine. Willehalmus cantor. Chvnradus custos. Heinricus prepositus maticensis. Gotfridus archydiaconus. vlricus couertel. archidiaconus. Eberhardus de Jahenstorf. Perhtoldus liber de Povmgarten. Chvnradus de sancto valentino. archidiaconus. Albertus de possemvnster. archidiaconus. Canonici patauienses. Dietricus de sancta agatha decanus. Rvgerus subcustos. Chvnradus seneca. Herrandus capellanus mei comitis de viehtenstein. Heinricus notarius. et alii quam plures de choro pataviensi clerici et sacerdotes. Ex laicis comes Livtoldus de plaien. Heinricus de Povmgarten. wergandus de Rvomtinge. Albertus de Halse. Nobiles uiri. Ex ministerialibus patauiensibus Hademarus de wesen. Otto de Morspach. Livtoldus de saversteten. Chvnradus de Heichenpach. Chunradus de valchensteine. waltherus et Pilgrimus fratres de Tanneberch. Otto de Jahenstorf. Otto de Possemovnster. Rihkerus de Slehdorf. et alii quam plures. Ex ministerialibus mei comitis de vihtensteine. Ortolfus de Nordernpah. Albertus de Grantperch. Heinricus de Graevendorf. Hermannus Ponside. Ortolfus et vlricus fratres de Rvomtinge. et alii quam plures.

Datum Patauie anno Incarnationis domini M°.CC°.XXVI°. Indictione XIIII. Anno pontificatus domini Gebhardi Patauiensis episcopi Sexto.

XXXIX.

Gebhardus Episcopus in augmentum praebendae cathedralium suorum, parochiam Truftern illis confert. Patavie 1226.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gebehardus dei gratia Patauiensis episcopus. Ad noticiam tam presentium quam futuro-

Digitized by Google

rum cupimus peruenire. quod nos ad amplificationem prebendarum nostrorum cathedralium et profectum. parrochiam in Truſtern ipsis pleno iure conferendam duximus sub hac lege. ut singulis annis festum beati Rvodperti qui et nostre metropolis est patronus *duabus* in anno uicibus uti in Salzpurgensi consuetum est *ecclesia.* quemadmodum et beati valentini nostri hic patroni festum *colitur.* ab ipsis illud etiam in choro festiue ac sollempniter peragatur. Eo ad hec per nostram diligentiam accedente quod et nos eosdem dies illis quibus binis in choro festiuantur uicibus. per totam nostram dyocesim presertim cum et nostre prouincie sit apostolus. sub excommunicationis pena celebres indicamus. Insuper ipsorum se ad hoc nobis uniuersitas obligauit. quod nostrorum quandocunque decesserimus anniuersarium. et preterea domini Chunradi pie memorie Ratisponensis episcopi filii comitis Heinrici de Frantenhusen. cuius aniuersarius est VI. Idus Aprilis. et matris nostre. Item comitisse de Plaien in conuersione Pauli uidelicet et patris nostri anniuersarium comitis Leupoldi de Plaien qui est post diem Viti et Modesti XV. Kal. Julii. et fratris nostri comitis Leutoldi in die Augustini. omni et eodem modo peragere debeant quo et fratrum anniuersarios peragunt defunctorum. Eis in celebrandis his prouiso taliter et statuto quod in quolibet anniuersario eorundem nostrorum carorum quos prenominauimus de pensione prefate parrochie in Truſtern duo talenta ad consolationem recipere debeant in communi. ea quibus expedierit et quomodo expedierit singulis diuidenda. et ita quinque his anniuersariis et binis dumtaxat talentis. illorum cuilibet deputatis decem semper libre his cedent de parrochie pensione. Quicquid uero pensionis reliquum fuerit si de ea sollempnia refectoria haberi potuerint. bene uolumus et commendamus. sin autem per singulos secundum quod expedierit debet distribui et partiri. Eo etiam inter cetera obseruato quod eiusdem parrochie collatio in ipsius qui nunc est plebanus eo uiuente nullum cedere debeat preiudicium aut grauamen. Post uite uero sue tempora ea omni iure nostris cedet cathedralibus. quo et alias parrochias a nostris dinoscuntur predecessoribus possidere. Ut igitur ipsis nostris cathedralibus talis collatio

Digitized by Google

et nobis ea que subscripta est premissio rata maneat et penitus inconuulsa. ita etiam ut non aliquis nostrorum successorum sicut nec nos nostrorum predecessorum ratihabitiones cassare debemus uelit in posterum aliquatenus retractare, presenti pagine nostrum et ipsorum sigillum pariter appendentes duximus roborandum.

Datum Patauie anno domini M°.CC°.XXVI°. Indictione quarta decima anno pontificatus nostri Quinto.

XL.

Gregorius Papa VIII. pataviensi episcopo severam regularium et secularium clericorum et canonicorum, monialium et monachorum suae dioecesis visitationem et correctionem in mandatis dat.

Perusii. 13. Junii. 1229.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei venerabili fratri Episcopo Salutem et apostolicam benedictionem. Ecce uenit deus sempiternus et dominus qui fundauit terminos orbis terre citans nos in uoce archangeli et in nouissima tuba ad generale concilium ut uniuersis impendat suorum stipendia meritorum. Labia eius indignatione sunt plena et lingua eius quasi ignis deuorans. Quomodo dormientes et amantes somnia iacentes in lectis eburneis. et lasciuientes in cubilibus suis diem aduentus eius cogitant. aut stare poterunt ad uidendum ipsum cum reuelabuntur omnia abscondita tenebrarum et infelix impiorum nuditas apparebit. Non erit locus ubi lateant miseri. nudi stantes ante tribunal Christi. ut audiant uocem iudicum. qui ad uocem obtutauere consilii aurem suam. Ad confusionem igitur perpetuam euitandam et declinandos sem-

Digitized by Google

piternos ardores. et cruciatus eternos. oportet omnes qui assumpti sunt ad agrum dominicum excolendum granum a palea flagello debite correctionis excutere et a fruge dominica zizania separare ne electos contagium tante corruptionis inficiat et filios dei cum filiis mundi huius hora repentine calamitatis inuoluat *Quo*circa fraternitati tue per apostolica scripta in uirtute *obedientie* districte precipiendo mandamus quatinus omni mora et occasione postpositis primo incipiens a te ipso torporem desidie et negligentie teporem omnimodo deponendo ne bouis stercore lapidatum incipiat te dominus vomere de ore suo uiriliter arma spiritualia gladium et ignem assumens incipias parietem fodere ut appareant genimina uiperarum et radius lucis uibretur interius et ad vindictam exigat umbram mortis. Monachos et moniales regulares et seculares canonicos et clericos alios tue dyocesis efficaciter corrigens tam in capite quam in membris. Cum autem prelati ecclesiarum sepe propter occupationes alias non sufficiant ministrare populo uerbum dei et statutum ob hoc fuerit in generali concilio ut ad sancte predicationis officium salubriter exequendum uiri assumantur ydonei potentes in opere ac sermone qui plebes sollicite uisitantes eas uerbo edificent et exemplo aliquos de clericis tue diocesis tibi associare procures. qui tui cooperatores et coadiutores. in quibus conuenit existentes. tam uerbo predicationis quam uisitationis officio tibi suffragium conuenienter impendant ut tua et ipsorum sollicitudine muri Jerusalem. et templum domini reparentur. Si uero quicquam difficultatis emerserit quod uideatur per te ac clericos ipsos expediri non posse. illud ad sedem apostolicam referre procures. Nos enim in hiis prout oportunum fuerit tibi efficaciter assistemus et necessarium impendemus auxilium et fauorem. Quod si negligens fueris super hiis que mandamus cum securis ad radicem infructuose arboris sit ponenda grauem penam tanquam qui ex hoc te reddis nimis culpabilem non inmerito poteris formidare. Quare uolumus et mandamus ut per te ac eosdem clericos quecunque facta fuerint nobis plenius referantur.

Datum Pervsii Idus Jvnii. Pontificatus nostri Anno Secundo.

Digitized by Google

XLI.

Rudigerus episcopus coenobium B. M. V. in Schlegel, ordinis praemonstratensis, a Chalhocho de Falkenstein fundatum, a Conrado filio suo auctum, tradit praeposito Osterhofensi, ut illud in spiritualibus et in temporalibus regat secundum leges praemonstratensis ordinis.

Patavie 1230.

Rvgerus dei gratia Patauiensis Episcopus omnibus tam presentibus quam futuris. salutem in eo qui est omnium vera salus. Ad noticiam omnium cupimus peruenire. quod Chalhohus de valchenstain Ministerialis ecclesie nostre. in loco qui vocatur Slag. fundauit cenobium ad honorem dei. sueque genitricis beate Marie virginis. cum consensu et voluntate predecessoris nostri. beate memorie wolfkeri. fundacionem igitur illam filius suus Chvnradus in nostra Presentia renouauit. et in hoc magis roborauit. quod a iure aduocacie recessit. et sine omni vtilitate promisit. eundem locum. ipse ac successores sui defendere. et iniurias proclamare. Preterea partem decimacionis. quam in locis illis habuit. nobis voluntarie resignauit. et nos easdem decimas. ad peticionem ipsius Chvnradi tradidimus illi loco. Cenobium inquam illud Ecclesiam et decimas. cum omnibus attinenciis cultis et incultis tam in *Austria* quam in *Bawaria* nos conferimus et committimus pleno iure. dilecto in Christo fratri nostro domino Preposito in Osterhouen eiusque successoribus perpetuo. tam in spiritualibus quam in temporalibus. vt ipsum regat secundum regulam beati Augustini et ordinem Premonstratensem. Quicunque ergo cenobium illud in captura piscium. succisione arborum vel qualicunque modo in redditibus suis habitis et habendis. indebite leserit vel dampnificauerit maliciose idem sententiam excommunicationis beatorum apostolorum Petri et Pauli. necnon nostram se nouerit incurrisse.

Digitized by Google

Vt autem hec fundacio maneat inconuulsa. et ne heredes predicti Chvnradi presumant eam in aliquo aggrauare. nos presens priuilegium. sigillo nostro. et Capituli. ac ipsius Chunradi et etiam testium subscriptione fecimus communiri. Hii sunt testes. Chvnradus decanus Pataviensis. Gotfridus archidyaconus et Thesaurarius. Ch. plebanus. Eberhardus de veuthenpach. Rugerus Meingotus Hainricus canonici. Chvnradus decanus Rat(isbon.) ecclesie et canonicus Pataviensis. Ministeriales ecclesie nostre Chvnradus de valchenstain. Ortolfus et Hainricus fratres de waldekk Piligrimus de Tannberch. et alii quam plures.

Datum Patavie. anno dominice incarnationis MCCXXXVI.

XLII.

Fridericus bellicosus Austriae, Styriaeque dux, Carniolae dominus coram Rudigero Episcopo in forma confessionis et poenitentiae constitutus quae ab ejus ecclesia feodali titulo tenet, enumerat, ne si intestatus decederet, eadem ecclesia hisce juribus privaretur.

Patavie 1241.

Nos dei gratia. Fridericus Dux Austrie et Styrie et dominus Carniole. presentibus litteris profitemur. quod nos materna beneficia pataviensis ecclesie deuotione filiali non inmerito recolentes. ne hiis que nobis tamquam unigenito contulerat. si intestati sublati fuissemus de medio priuaretur. Sperantes nobis aput deum esse meritum. si saluti anime nostre et profectui prefate ecclesie. per nos caueretur prouide in futurum. principaliter hac in parte. Ecce. coram dilecto domino et amico nostro venerabili Rudegero patauiensi Episcopo. in forma confessionis et penitentie

Digitized by

Isti sunt Redditus in .S. Ypolito.

De .X. beneficiis in sancto ypolito .XVI. modios siliginis maioris mensure. et .XVI. modios auene. et dimidium eiusdem mensure. Item de villicatione in Steudersdorf .llll. modios siliginis et .llll. modios auene maioris mensure. Item ibidem de predio Chraiarii .lll. modios siliginis et .lll. modios auene maioris mensure. Item de Molendino ibidem. lll. modios siliginis et .lll. modios auene maioris mensure. et porcum. Item de Ritenslage .ll. modios siliginis maioris mensure. et porcum. Item Heinricus molendinator ibidem. lll. modios siliginis maioris mensure. et porcum. Item Huba coquine ibidem .ll. modios siliginis et .ll. modios auene maioris mensure. Item Gotfridus ibidem .ll. modios siliginis et .ll. modios auene maioris mensure. Item de Noualibus et .llll. molendinis .Llllll. modios tritici minoris mensure. Item de Foriach .XXl. modios tritici cum metreta ferro superducta. Item de .Xll. beneficiis in Wernherstorf .XXllll. modios siliginis et .XXllll. modios auene maioris mensure. Item de Hauenarn .X. modios auene minoris mensure. et porcum. Item Goceinstorf .XXlll. modios auene minoris mensure et tercium dimidium porcum. Item de Michilpach .C. et .L. modios auene minoris mensure. et XVlll. porcos. quod unusquisque ualeat .L. denarios. Item ibidem pro uno porco .L. denarios. Item de Prunne .XC. modios auene minoris mensure. et .lX. porcos. Item

Digitized by Google

de Teuffenpach .LXXXV. modios auene minoris mensure et .X. porcos. Item de duobus mollendinis in .S. ypolito. VII. porcos. Item de molendino ibidem .IIII. porcos uel dimidium talentum. Item de Curia in Hage. soluitur tantum quantum demonstrauerit annus et .II. porci saginati et .V. minores. Item de curia in Aeuingen sicut demonstrauerit annus et .II. porci saginati et .XII. minores. Item de Gozeinsdorf inferiori. I. modius tritici et .III. modii siliginis et .I. modius ordei et .I. modius auene maioris mensure. Item de molendino ibidem tercium dimidium modium siliginis maioris mensure. Item de una huba in Prunne. X. modios auene minoris mensure et porcum. qui coquinam episcopi ratione salis. respiciunt. Item in .S. ypolito. VII. predia que administrant ligna coquine. Item de antiquis Noualibus. XIII. Chastmutte tritici. Item in Pergarn. VIII. predia que spectant ad pistrinum. Item in .S. ypolito predium quod soluit scutellas. Item in .S. ypolito .VII. aree. de quibus dantur olle ad coquinam. Item in .S. ypolito huba que spectat ad officium Gaerwarii. et quocunque anno Episcopus presens non fuerit. dabuntur .XII. solidi de eadem. Item Gaerwarius antiquus habet predium. de quo tenetur soluere annuatim dimidium talentum. Item in .S. ypolito predium quod spectat. ad officium Cellerarii. Item predium ibidem. quod spectat. ad ligamenta uasorum. solum dimidium talentum. Item de Durren. hube. L. metretas tritici maioris mensure. Item de Teuphenpah et de Prvnne. ducendi sunt Episcopo .IIII. Currus. uersus amstetin. et uersus Zeizzimower. quotiens in anno uoluerit. Item ad Stupam Episcopi dantur ter in anno .XLV. karrade lignorum.

Isti sunt Redditus in S. ypolito. ad iudicium pertinentes. De Michilpach .III. talenta et dimidium. Item de Prunne. VI. talenta et .VI. solidos Pro aratris dimidium talentum et .V. modios auene minoris mensure quod dicitur Wutfuter. Item de Teuffenpach. .V. talenta preter .LVIII. denarios. Item in .S. ypolito villicatio casealis. que soluit. Sexcentos caseos. Item de Pergarn. V. talenta et .LVIII. denarios. Item de Steudelstorf dimidium talentum. Item de Moleadino ibidem .LVI. denarios. Item de Wera-

herstorf .XIII. solidos et .VI. denarios. Item de Goceinstorf .VI. solidos. Item de Hage et de Aeuinge. dimidium talentum et .II. modios rapulorum et .II. modios bise. et .I. modium fabe et .X. metretas papaueris. Item de superiori Goceinst. I. talentum. Item de .VII. prediis in .S. ypolito .IIII. talenta et LXXVI denarios. *Item* ibidem. de .VIII. prediis .VIIII. solidos minus .VI. denariis. *Item* ibidem de .IIII. prediis. et dimidium .XV. solidos minus .IIII. denariis. Item ibidem de .VII. molendinis .III. talenta. et .XXVII. denarios et .XX. anseres et .XI. pullos et .XIII. caseos et .XIII. solidos ouorum. Item de Hauenaren .LXXVIII. denarios. Item de Purchreht. in .S. ypolito .XII. urnas uini. Item de Judicio posteriori .XIII. talenta. Item de iure metrete. VIII. talenta. Item de Foro pannorum .IIII. talenta et LXXX. denarios. Item de Foro equorum .XII. solidos. Item de jure ciuilis fori. VI. talenta. qui dicuntur panphenninge. Item de Steura Aduocatie. .III. talenta. Item in die .S. ypoliti dantur Judici. II. talenta. Item de Jure quod dicitur Purchreht .IIII. talenta.

De Curia Decimatoris in Steine .IIII. talenta minus .LX. denariis. Item de iure quod dicitur Purchreht. in Mvttarn et in Steine. XX. solidos. Item de XVIII. areis in Muttarn. XI. solidos minus .VI. denariis. Item de .VIIII. prediis ibidem. XX. solidos minus .VI. denariis. et .XVIII. metretas auene maioris mensure. et .VIIII. urnas uini. Item de Judicio in Muttarn. II. talenta. Item Judex in Muttarn. habet uineam ad .III. karratas.

In Rukestorf de .XVI. prediis .IIII. talenta et .XXX. denarios. Item Magister ibidem. I. talentum. Item de eisdem prediis .VI. modios auene maioris mensure et .LX. denarios. qui dicuntur Purchreht et .XV. urnas uini. Item ibidem de iure. quod Purchreht dicitur dimidiam karratam uini.

Summa omnium ad Judicium pertinentium. C. et V. talenta et .XXXII. denarii. Item Sexcenti Casei et XIII. casei. Item .XV. modii auene minoris mensure. minus .XII. metretis. Item .V. karrade uini. minus .VIIII. urnis. Item .II. modii rapulorum et .II. modii bise et .I. modius fabe. et .X. metrete papaueris et .XX. anseres. et .X̄L. pulli et .XIII. solidi ouorum.

Digitized by Google

Summa Omnium ad granarium episcopi pertinentium.

Siliginis maioris mensure. LX.VI. modii et dimidius. Tritici minoris mensure. L.IIII. modii. Item Tritici. maioris mensure .XXIIII. modii minus .X. metretis. Auene. minoris mensure. .CCC. et .LXVIII. modii. Item auene. maioris mensure. LX. modii minus .VIII. metretis. Preter prouentus curiarum in Hage et Aeuinge. que soluunt secundum statum temporis.

Summa porcorum. LXVI. porci et dimidius et .IIII. saginati. preter predia que spectant ad officinas.

Item de Prunne dabuntur ter in anno .XLV. karrade lignorum.

Similiter de Teuffenpach ter in anno dabuntur .XLV. karrade lignorum.

Isti sunt Redditus Houemarchie in Zeizzenmower. In inferiori Leuraren. de .XI. beneficiis et dimidio. soluuntur .XI. modii tritici. et dimidius maioris mensure. Item .LI. modii et dimidius auene maioris mensure. In Mukkendorf. IX. beneficia. unum illorum tenet preco. unum villicus in Zeizzenmower. Reliqua .VII. soluunt .XXIII. modios et .X. metretas auene maioris mensure. Item in Wipphinge. V. beneficia et dimidium soluunt .XVIII. modios et .X. metretas maioris mensure. Item ibidem .V. beneficia que dicuntur Winzvrlgeriht. soluunt .V. porcos et dimidium. Item in Zeizzenmower. II. beneficia. que soluunt .VI. modios auene et .XX. metretas maioris mensure. Item in Werdarn .I. beneficium soluit. I. modium tritici et .IIII. modios auene maioris mensure. Item ibidem .II. beneficia que Chunradus Balistarius contra iusticiam occupat. Item in Isseinsdorf. III. beneficia et dimidium soluunt quartum dimidium modium tritici et .XIIII. modios auene maioris mensure. Item ibidem Rudolfus de Isseinsdorf .I. beneficium occupat uiolenter. Item in Chuneholstetin .XII. beneficia et dimidium. soluunt .XLI. modios auene et .XX. metretas maioris mensure. Item ibidem .V. beneficia que dicuntur Weinzvrlgeriht. Item in Zeizzenmower .II. villicationes. Item in Chuneholstetin .I. villicatio. Hec uillicationes soluunt .XXIX. porcos. Item .III. porcos. qui dicuntur saginati. Redditus harum curiarum. non sunt. nisi sicut demonstrauerit annus.

Digitized by Google

Summa porcorum. LXXVIII. et dimidius et .V. porci saginati.

Item detribus casealibus in Rafolteswerde .M. D. CCC. casei.

Item in Wachowe. CCC. casei.

Isti sunt Redditus in Swabdorf.

De Passagio vischamvnde .IIII. talenta. Item de insula *Phatenowe* .IIII. talenta. In vischamunde .XIII. beneficia et dimidium et quartale. quorum quodlibet in festo .S. Georgii soluit. XL. preter unum. quod soluit .V. solidos. Preterea illic sunt .XX. aree. quarum .XVI. soluunt .VII. solidos. de .IIII. est lis. De hiis omnibus tam areis quam bene. ficiis per annum ratione placiti. soluuntur .IIII. talenta et dimidium. De vinetis ibidem .LXX. denarii. Prescripta .XII. beneficia. quodlibet illorum soluit .I. modium tritici et .I. modium sliginis. Tercium decimum vero soluit .V. solidos et .I. modium siliginis. Item .XIII. aree supradicte soluunt .XXIII. metretas tritici et totidem siliginis. Quatuor uero aree soluunt .I. modium et dimidium tritici. villicus ibidem qui alia habet incerta. soluit .IIII. porcos. ualentes talentum. et .XII. anseres. XXX. pullos et dimidium modium leguminum. Supradicta beneficia soluunt .LV. caseos. quorum quilibet ualet .IIII. denarios. aree .XXXII. caseos. quorum quilibet ualet .II. denarios. Summa ouorum .II. talenta et .LXXII. pullorum. Insuper sunt illic uinee.

In Nivsidil .XV. beneficia et dimidium. quorum .III. in festo .S. Georgii. soluunt .XII. solidos. alia soluunt .II. talenta et .XLV. denarios. Item ibidem .XVI. aree soluunt .V. solidos et .XV. denarios. Item supradicta ratione placiti. per annum soluunt .IIII. talenta. Item de .XII. beneficiis memoratis soluuntur .XII. modii tritici et dimidius et totidem siliginis. De tribus vero reliquis beneficiis et areis. soluuntur. V. modii siliginis. Et .XXXVII. modii auene et .X. metrete soluuntur de areis et beneficiis. et .XII. porci et dimidius ualentes .VI. talenta et dimidium. Item de eisdem soluuntur .LXII. casei. quorum quilibet ualet .IIII. denarios. De areis vero .XXVIII. casei. quorum quilibet ualet .II.

Digitized by Google

denarios. Item de eisdem .XVII. solidi ouorum. et .LX. pulli. Item ibidem .III. beneficia pro XXX. marcis argenti sunt obligata. Item ibidem .II. beneficia pro .XXX. talentis sunt obligata.

Isti sunt redditus in Swabdorf .XI. beneficia et dimidium. que soluunt in festo Georgii .II. talenta et .III. denarios. Item ibidem due aree soluunt .V. solidos. Hec omnia ratione placiti per annum soluunt .III. talenta et .III. solidos.

Item de vinetis et ortis et Molendino soluuntur .V. solidi et .X. denarii.

Item de beneficiis supradictis soluuntur .XI. modii tritici et dimidius et totidem siliginis et .XXXI. modii auene. Item soluunt .III. porcos. ualentes .VI. libras. et dimidium et .XLVIII. caseos. et .XII. solidos ouorum et .LII. pullos. Item ibidem due curie uillicales soluunt .XII. porcos. ualentes tria talenta. Pro papauere .I. talentum et .I. modium bise. XXIIII. anseres et XI. pullos.

Isti sunt redditus in Mosprvnne.

.XXVIII. beneficia. Ex hiis .XXI. sunt in pleno seruicio. De quolibet istorum soluuntur .IX. solidi et tercium (tercius) dimid. denar. Item ad tria placita que fiunt in anno quodlibet soluet. VIII. denarios. Item quodlibet soluet in Pascha .IIII. caseos et .LX. oua. Item in Natiuitate domini .IIII. pullos.

Septem beneficia que supersunt. occupata sunt a laicis. Vbelmannus habet unum. Decimator ibidem .I. Werinhardus de Swinwart .I. Strubenarius .I. Ernestus et fratrueles sui .I. Herbordus filius Karuli .I. Fridericus filius Heinrici .I. Item in eadem uilla dantur de pratis .XLII. talenta. Item in eadem uilla .XI aree sunt. quarum .VIII. quelibet soluit .XXIII. denarios. Item reliquarum trium quelibet soluit .XX. denarios. Item superiores .VIII. soluunt in Pascha .VIII. caseos et quelibet .XX. oua. Item in Natiuate domini soluit quelibet .I. pullum. Item ibidem ex nouo orti sunt plantati. de quibus soluuntur .VII. solidi preter .XV. denarios.

Digitized by Google

Item in eadem uilla sunt. C.LXXX. Tagowerich. de pratis. que occupant Werinhardus de Swinwart et Fridericus filius Heinrici et Chunegundis filia Ernesti.

Hee sunt proprietates et possiones et Jura patauiensis ecclesie in Riedmarchia. Quorum hii sunt termini. A danubio, a via que dicitur scheswech. usque ad uillam Teschingen. ad quercum sub qua fons fluit. et sub eadem quercu. usque Grebnich. et a Grebnik usque ad fluuium Rotil. et in ascensv fluuii ipsius. usque ad locum qui dicitur wielanstanne. et ab eodem loco. usque ad stellam. et a stella usque ad terminos boemie. a terminis boemie usque ad ripam que dicitur maior Graspach. et per descensum eiusdem fluuii usque in fluuium qui dicitur Gusen.

Item dominus Hezilo de waltpurch detinet hubam unam in weitensdorf. que est proprietas ecclesie patauiensis. a qua eiectus fuit Dietmarus prvnso. uiolenter. Item Ekkehartsoede est de eadem proprietate. in wert eigen.

Hee sunt proprietates et termini. qui ceperunt uacare patauiensi ecclesie. in Riedmarchia ex morte Aduocati. A terminis boemie a fluuio qui dicitur vlemitz. per descensum eiusdem fluuii. usque ad fluuium qui dicitur veldagest. et per descensum eiusdem fluminis usque Zwisel. ubi utraque Agest confluit. Item per ascensum Waldagest. usque ad montem qui dicitur Stekelberch. et ab eodem monte. usque. ad sanctum Leonhardum. et ita usque ad terminos Austrie. uidelicet weiztra.

Item proprietas ad sanctum Oswaldum est sancti Stephani.

(Adjectum manu recentiori.)

In parrochia Stamhaim in qua antiquum castrum Stamhaim. et in parrochia Haimhingen sunt CV. hube, de predio et dominicabus (dominicalibus) beati Stephani prothomartyris in patauia, quas hubas centum quinque. cum Castro Stamhaim, et militibus et aliis hominibus infinitis, Dux austrie quondam habuit in feodo, ab ecclesia patauiensi, Et palatinus Comes Rapoto de Ortenberch, habuit in feodo a duce Austrie. que modo de jure uacant ecclesie patauiensi. quia uterque sine herede decessit.

Digitized by Google

(Cedulae libro traditionum e latere illigatae.)

Ich Haertes der Corhaymmer han von meim Herren dem Pischolf zv lehen. genomen. den Hoff datz Lintperg vnd ein lehen datz paeging

darnach so han ich vnd mein Pruder, marchart mit einander ocht zehent haus daz Ekkreichsrevt vnd datz Neydperg.

So han ich Merchel. der Corhaimmer: ain von meim Herren. dem Bischolf. zv lehen andertholb lehen datz prevzzrevt

So han ich Christel. der Hevraus. vnd ander mein geschwistreit von. meim Herren dem Pischolf zv lehen zwen Höff zv Rempotenzrevt. vnd ain lehen zv wintherzhuett.

So han ich vlrich der ploch vnd ander mein geschwistreit von meim Herren dem Bischolf zv lehen genomen. ein lehen datz Chorlezpach vnd. ein lehen datz Lemanzrevt und datz zwisen ein Haystoltgricht. vnd ein wis

So han ich Seybot. der ploch und ander mein veter von meim Herren dem Bischolf. zv lehen genomen vier zehent haus datz Hoselpach

vnd datz Chuewach .Vl. zehenthaus.

vnd datz Lichtenaw. zwai zehenthaus.

vnd datz wonperg zwai zehenthavs.

vnd datz Chuerpenrevt zwai zehenthaus.

vnd datz Pohchsrevt ain zehenthaus.

vnd datz Saevraevt .VII. zehenthaus.

vnd ein lehen datz paeging.

vnd datz Haistoltrevt lll zehenthaus. vnd di gut di vor genant sint di gehorent mich vorgenanten Seiboten an vnd Reynlein vnd ellein vnd Christann. vnd andren vnd Seidlein

(Ejusdem generis additamentum.)

Hec sunt bona attinentia Castro Nivnburch. Situs castri in Liehtenburch. Item eidem castro attinentia. XIII. feuda. VI. curtes et due Ecclesie. Item ferestum. Graeuenwalt. Item forum in Mvnster. cum .CC. hubis. Ex hiis habet liber de Hals in pheodo .L. Item liber de Horbach totidem. Item domini de Schovmberch totidem. Item liber de Hagnowe totidem. Item in

Digitized by Google

villa in Mvnin. Vl. pheoda. et due curtes. Item vna curia in Tutting. Item .Vl. vinee et tria Molendina. Item in Mittich due curie. Item forestum dictum Steinkart. in quo situm est castrum Griezbach. et forum. Item septem Judicia. que dicuntur Lantgeriht. inter Danubium et enum. et due partes decime super possessionibus vniuersis. A claustro Vormbach usque ad Danubium. Item forestum quod est super Patauiam. Item Aduocacia Ecclesie Sancti Nicolai. Item aduocacia claustri vormbach quod fundatum est a castro Nivnburch. Item aduocacia canonicorum Patauiensium, quam emit Dux Fridericus pro .CC. talentis. et tamen ex uero iure castro Nivnburch uidebatur ante attinere. Item in Hofrevt due magne curie. Item XXXVI. hube et duo Molendina. infra fluuium Wolfach. et Laufenbach. Item Curia in Oekersheim. Item Curia in Aspach. Item due villicationes in Mitich. Item judicium prouinciale Nivnburch tendit circa Danubium sursum usque in Diethpruke. Item alia parte iudicium tendit a flumine Rot usque in Hurenprvcke. Item alia parte tendit judicium. a flumine magno Eno. vsque in Priempach. Item in foresto Stainchart. et circa .XLl. hube. et III. villicationes. Item Piscatio in flumine magno Rot. de Eno vsque Pevcheim.

(Itidem.)

Hec sunt feoda que habeo a venerabili domino meo episcopo.
In Zwetzenstorf .lll. feoda.
Item in Puchse .l.
Item in Hag lll.

Item habeo. V. Lanea. que sunt media infeodata a dicto domino meo episcopo. et media a dominis de Wesen. vnum in Saltzbeg. vnum in bintzpessing. tria in tremdorf. prenotata .V. lanea emit dominus episcopus media. a wesenbergerio. Item habeo in Gukkenperg .Vl. lanea ab episcopo.

(In ligatura codicis.)

Hec sunt beneficia. que iure proprietatis ad dominum Episcopum spectare uidentur. In monte qui dicltur Tainsperch omnia siue culta siue inculta adtinent dominum Episcopum. Engelwartshaim. Similiter. juxta ripam et Ecclesiam que dicitur Ros-

Digitized by Google

pach. X. beneficia. Grabhaim et in loco qui dicitur Vxental. sunt quedam beneficia que commutata sunt apud Chotwicenses, et reddunt annuatim .IIII. libras preter .II. denarios. Juxta Ecclesiam Pollinge. II. beneficia. vrilinge. III. beneficia. Fuort .I. beneficium. Tota uilla que dicitur Chlingelpach, villa tota in vzental. preter .I. beneficium. Curia una in Nuoldorf. In monte Raetinperge .I. beneficium. villa tota in Mos. Tota uilla in Gerhohstorf. Ecclesia in Wippenhaim. et omnia sibi adtinentia et siluam in Pueche. Murringe. et Heppinge. sunt .XIIII. beneficia que comparata sunt apud dominos de Hegelwerde. pro .C. Marcis argenti et reddunt annuatim .XIIII. porcos. et .LXX. Modios auene. Forum quod dicitur Semftenpach et .IIII. beneficia iuxta eandem ripam. Nevnlinge. I. beneficium. Lauterbach. I. Vazzern. II. Vritzginge. III. Gopprehtshaim .III. In Mernpach in villa .IIII. In monte ad Hartmannum .I et inferius in silua que dicitur Aiche .I. Weging. I. villa tota in Gneistinge. In Riede dimidium Mansum. Curia una in Stulvnssperge. In loco qui dicitur Gugelaere et in Vogelrait .I. huba. In loco qui dicitur Tal. I. Curia. Varinperge. dimidium mansum. In pomerio dimidium mansum. Portz .I. huba. Vreitlinge .II. hube. Schiltarn. II. beneficia. Ebersawe. IIII. Puosinhaim. IIII Gutenshaim .II. Golinge. I. huba. villam totam que dicitur Mairhof. In campo et infra curiam. I. huba. Moshaim I. huba. Luenzen. et Awe. I. huba. villa una in Pudungestorf. Grube. I. beneficium. Juxta Ecclesiam predictam .II. hube. in monte. et .III. in valle. Prenninge .II. villam in Stille et omnia que Otakrus et Helmhardus fratres habuerunt. Curia una ad S Georgium. Pleching .I. beneficium apud aquam que dicitur Ahe. I. villa tota in Vnering. Curia una iuxta siluam Puche. In Eziling. II. curie. et .IIII. beneficia. Ote. I. huba. Praitsahe .II. curie et .II. beneficia. In altero Ote .I. huba. In Fevraeh. II. hube. In Ekke et in Chrotintal. I. curia et .II. hube. Strazze dimidia huba. Curia in Murring. Curia. in Chirichstige. et in uicino dimidia huba cum molendino. Tota uilla in Talhaim. preter unam hubam que est Episcopi Babinbergensis Pubinperge .II. curie et sex hube. In silua Schachen .I. huba. Tota uilla Merzzinge Hellinge .I. huba. Wolfharting .I. huba. Hauspach .I huba. Revstinge .I. huba. Velding et apud Sepem

Digitized by Google

.II. hube. an dem velde dimidia huba. Pirche altera dimidia huba. Datz Wolfram an dem Husrukke. I. huba. Albrehtshaim .I. beneficium. Ibidem altera parte ripe .III. beneficia. An dem Stranzingen .II. Adelgershaim. III. Gukkinge. II. Phiesel .I. beneficium. Vochingen .I Datz Chunratsaigen in dem holtze dimidia huba. Villa in Ode. Stokke dimidia huba. Engolfinge .II. beneficia. Rekkeringe .III. Pergarn .IIII. Rotl .I. Petenpach .I. Datz Altmann *in* dem holtz .I. Hilprehtsperge. III. Curie in Hage. Ibidem *in monte* .I. beneficium. Juxta ecclesiam Otspach. una Curia. In eodem loco duo beneficia. Illic in monte .I. Sikkelinge .II. Gneitstinge .II. Otnange .II. Rotl .II. Tota uilla in Tesselprvnne. preter dimidiam hubam que est abbatisse in Trunchirchen. Teitnhaim .I. beneficium. Chirichperch. I. beneficium. Wuofinge .II. curie. Hurinpach. II. beneficia. Curia in Perchaim. et omnia sibi adtinentia. Vaevtinge .I. curia. Curia in Werinherstorf et omnia sibi adtinentia. Curia una in Grube et omnia sibi adtinentia. vof dem Winperge. II. beneficia. Curia una in Dretna. et omnia sibi adtinentia. vof der liten .II. beneficia. Willntinge .III. beneficia. Puosinge .I. Revte .II. dimidia villa in Petichinhaim. Juxta aquam Otnische .III. beneficia. vreilinge in villa .II. beneficia. In monte .I. Tota uilla in Rudungestorf preter dimidiam hubam. Curia una in Zeimperch. An dem sant .I. beneficium Weibarn .I. Tota uilla in Huntezzen. et locus ubi dominus Gundachrus forum construxerat. Ibidem in monte .I. huba. Duo Geimpach per totum. Wolfperch. totum. Chunradus in campo I. beneficium. Curia in Hage. Heinricus an dem Retenperge. Stachenrivt. uilla. Curie due cum adtinentiis. Aiche. II. beneficia. Revt .I. beneficium. Datz allen aichen. dimidia huba. Villa in Pudvornstinge. Villa in Gneistinge. Prunne .II. beneficia. Wenstinlovne. I. beneficium. Tobel .I. huba. Gerhart an dem aigen. I. beneficium. Merntal. I. beneficium. Dotinge .I. Chastinge .I beneficium. Puchlivtinge. .II. beneficia. Superius Trevbach villa Albrehtsperge .III. beneficia. Dorna iuxta Maetich .I. beneficium. Mons ubi sedit Perhtoldus Pechar. totum. Huntarn .I. beneficium. In superiori. Ahe. III. beneficia. In der Owe .I. beneficium. In superiori Weigratinge .II. hube. Inferius Engelwartshaim .III. beneficia. Prvnne bi der Gvrten. totum. Nivractinge. totum. Ad inferius Vreilinge .I beneficium. In superiori Aicha II. beneficia. Reinhartshaim II. beneficia. In Strazze iuxta Merinpach .II. beneficia.

Digitized by Google

III.

Codex Traditionum

Ecclesiae Pataviensis, olim Laureacensis

tertius, ab episcopo Ottone de Lonsdorf concinnatus.

In interiori parte ligaturae, supra adscriptum.

Istum librum scribi fecit dominus *Otto* *) Pataviensis Episcopus dictus de *Lonstorf*.

---

*) Mirum est f. 244 in *Buchingers* Geſchichte von Paſſau assertum, deperditum verosimiliter esse hunc codicem cum tot aliis (et antiquissimis quidem) membranis pataviensibus aut in bibliothecam centralem monacensem translatum, cum nunquam non in scriniis Archivi regii adfuerit. Aeque evanescit alio dictum loco, codicem hunc in celeberrimo exemtionis pataviensis a juvaviensi metropoli lite, Romam migrasse, unde thesauris talibus nulla redemtio! —

Nobiles de castro *Lonstorf*, Ministeriales Patavienses, bonis quoque et juribus locupletes erant ad Anasum et Urulam fluvios, illustri familiae Buchheim uti et Kuenringiis, cognationis vinculis adstricti. Otto, antea archidiaconus, 1254 successit Bertholdo, fratri Alberti ratisbonensis Episcopi, 1250 in solium depulsi Rudigeri de Randeck elevato, Friderico bellicoso devinctissimi. Undecim annos laureacensi cathedrae, summa cum laude praefuit Otto, 9. April 1265. vita functus. In Ottonis locum evenit Wladislaus juvenis, Silesiae dux (nepos S. Hedwigis andeccensis, filius Henrici pii, Wratislaviae ducis, 1241 in cannensi excidio juxta Lignitz adversus Tartaros, gloriosa morte immortalis), sed ad paucos solummodo menses. Institutorem Wladislai, Petrum, wratislaviensem canonicum, Clemens IV. Pontifex ecclesiae S. Stephani Pataviae pastorem praefecit.

Digitized by Google

I.

Symachus Pontifex Theodoro Episcopo Laureacensis ecclesiae ab apostolis fundatae, pallium impertitur, eandemque ecclesiam declarat metropolitanam Panoniae. Circa annum 504.

Simachus sancte apostolice sedis gratia dei episcopus. reuerentissimo et sanctissimo. fratri. *theodoro. Laureacensis* ecclesie archiepiscopo. Diebus uite tue *pallii* usum quem ad sacerdotalis officii decorem et ad ostendendam unanimitatem quam cum beato Petro apostolo uniuersus grex dominicarum ouium que ei commisse sunt. Habere non dubium est. ab apostolica sede sicut decuit poposcisti. quod utpote *ab eisdem apostolis fundate ecclesie* maiorum more libenter indulsimus ad ostendendum. te magistrum et *archiepiscopum* tuamque sanctam *laureacensem* ecclesiam *prouincie pannoniorum* sedem fore *metropolitanam.* Idcirco pallium quod ex apostolica caritate tibi destinamus quo uti debeas secundum morem ecclesie tue sollerter ammonemus pariterque uolumus ut intelligas quia ipse uestitus quo ad missarum sollempnia ornaris. signum pretendit crucis. per quod scito te et fratribus debere compati. de mundialibus inlecebris in affectum crucifigi. Vnde ergo cum de foris huiusmodi insignio indueris. intus in animo considera quod hoc sit magis oneris quam honoris. ad quem cor tuum deo regente ab apetitu istius seculi. sic tempera ut commissam exequi gubernacionem studeas. et adepte dignitati cuius sublimaris oficio et probitate morum. et uiuacitate sollicitudinis ac custodia integerrime fidei. congrvas. quatenus tu ipse a remuneratore omnium bonorum deo. et benedictionis gratiam. uitamque eternam consequi merearis. amen.

Digitized by Google

De suspecto, pluribus ex causis hocce fragmento, confer *Hansizium* l. 7. 8. Germaniae sacrae, clarissimi Francisci *Kurz*, ad S. Florianum canonici et parochi, Beyträge zur Geschichte des Landes ob der Enns, II. p. 76 — 86. Alberti *Muchar* ex abbatia admontensi Noricum Romanorum II. 64 — 85. L. B. ab *Hormayr* histor. viennens. — Utinam erudit. Fridericum *Blumberger*, ex abbatia Gottwicensi jamjam audivissemus de religionis christianae in Austria incunabulis disserentem, uti cum *Dobrowskyo*, de apostolatu Cyrilli et Methudii disceptantem. — Conferendae non minus sunt litterae Eugenii II. circa 826 ad Episcopos et optimates *Moraviae* nec non *Hunniae*, quae et Avaria dicitur, transmissae, litterae Agapiti II. ad Gerardum pataviensem praesulem 946 scriptae, et epistola Benedicti VII, 974 de restitutione ecclesiae laureacensis, antiquitate et Archiepiscopii dignitate primitivae, septem episcoporum parochias antiquis temporibus continentis in inferioris Pannoniae et Mösiae regionibus, quarum provinciae sunt Avaria et Moravia. *Hansiz* I. 7 — 8. 149 — 197 — 213. 214. Hieronym. *Pez.* script. rer. austriac. I. dissert. 4. p. 65. *Holzner* dissert. histor. de statu relig. christ. inter Bojos per prima quatuor saecula, cap. II. §. 6. p. 7. *Resch* annal. sabionens. *Winter* bayrische und österreichische Kirchengeschichte. L. B. ab *Hormayr*, Lorch und Enns in annalib. litterar. viennensibus.

II.

Tassilonis, viri illustris, Bajoariorum Ducis, e stirpe Agilolfingica ultimi, literae fundationis Monasterii Cremsmünster.

777.

Regnante in perpetuum domino nostro Jesu Christo qui ab arce poli descendere dignatus est in aluum uirginis ac deinde in presepio de presepio in Crucem de Cruce in sepulchro de sepulchro

Digitized by Google

ad Tartara de Tartara rediit ad ethera binis uiris albis indutis astantibus ad postremum reuersurus ad iudicium in quo Judicio unusquisque quod gessit retributionem accipiet deputantur iniusti ad suplicia iusti autem ad uitam eternam. que retributio nullum habet terminum nec in malo nec in bono. Quam ob rem propter amorem eternum et timorem horribilem ut deuitare ualeam mansionem diaboli et habere merear mansionem cum Christo. Ego *Tassilo uir inluster Dux Baioariorum anno ducatui mei tricesimo* indictione prima. mente tractaui. ut de hoc quod mihi dominus dignatus est concedere pro metipso deo aliquid conferre. Nam bone memorii antecessores mei in quantum potuerunt res suas deo deuouerunt ecclesias dei construxerunt easque suis opibus ditauerunt. monasteria quoque studuerunt construere et non modicas ad easdem pecunias tradere. qua de re statui quoque et ego in animo meo vt cum summa opitulatione Jesu Christi domini in ipsius nomine monasterium edificare qui ipso adiuuante ita factum est. Nam *monasterium constrvxi* iuxta fluenta nuncupante *Chremsa* in honore sancti *saluatoris* quem et deo dicaui et in dedicatione tradidi quod potui quod super adnotamus qui etiam Abbatem constitui nuncupante Fater cum monachis sibi deputatis ut in predicto uenerabili loco uita ibi commorantium regulariter ducatur. Nunc ergo ea que tradidimus intimabo ego igitur Tassilo uir inluster dux ut supra adnotatum est anno tricesimo ducatui mei simulque *dilectissimus filius meus Deoto anno etiam ducatui eius primo* tradimus atque confirmamus ad predictum monasterium sancti saluatoris inprimis namque eos homines qui in ipso loco habitant et ea cuncta que ibidem culta uidebantur de incultis uero ex omni parte quantum uoluerint cultum faciant. Tradimus quoque et *salinam* que ad *Sulzibach* est. et tres homines ibi habitantes salem coquentes simili modo etiam ibi in circuitu cultum faciant quantum uelint sine omni prohibitione. item in tercio loco nuncupante sihpach ad utilitatem Loci illius quantumcumque sufficiat agros vel pratas faciendi licentiam concedimus. Item in quarto loco nuncupante *Livpilinspach* similiter ut in ceteris Locis supradictis precipimus ita fiat. In Loco uero quod uocatur Ipfa quod est ipse a die presenti de-

Digitized by Google

finire decreui et terminis interposui ea que inter utrasque Ipfas adiacere uidentur definiuimus ubi illas duas Ipfas oriuntur et illud quod inter illas duas ipsas est cultum et incultum usquedum simul iunguntur Cuncta absque ullo termino vel contrario ad prefatum monasterium tradidimus. Nam et quadragenta *casatas* aliunde adtractus tradimus in his conponere Locis. *Tradimus autem* et Decaniam *sclauorum* cum opere fiscali seu tributo iusto quod nobis antea persolui consueuerant. hos omnes predictos sclauos quos sub illos actores sunt qui uocantur talivp et sparuna quos infra terminum manet que coniurauit ille Jopan (Supan) qui uocatur physso et conduxit per gyrum illos nominantes *Fater Abbatem* et Archibresbyter et Chunipreht Judex et Hleodro comes et Kerpreht iussi a summo principe Tassilone definire decreuerunt et terminum posuerunt totum et integrum ad eum tradimus Locum et .XXX. sclauos ad Todicha cum opere fiscali seu tributo iusto. Tradimus autem et terram quam *illi sclaui cultam fecerant* sine consensu nostro infra qui uocatur forst ad *Todicha* et ad sirnicha. Tradimus autem ad *Villam publicam* nuncupantem *Allinchofa* a die quousque cum alia curte istius similem redimeremus nos cum consensu Abbatis seu fratrum loci illius qui tunc tempore fuerunt omnia ex integro quidquid ad predictum pertinet curtem et illi homines tributarii arare debent ad ipsam curtem similiter quod antea fecerunt. Tradimus autem siluas et Pratas que uocatur Petinpach quod ego ipse a die presenti definire decreui et a terminis interposui quod est a fonte qui uocatur Zvffinprvnno usque ad flumen nuncupante Albina de illo termino ad plagam meridianam infra monte qui dicitur Warminc et infra flumen qua supra diximus albina usque terminum quod est usque in alpa ad profectum illorum pecodum pascere et cultum facere absque ulla contradictione. Tradimus autem aream in loco qui dicitur eporestal que salubho et wenilo et Kerpreht iussi a summo principe Tassilone definire decreuerunt et terminum posuerunt et de illa silua ad predictum locum Eporestal cultum facere quantum uoluerint sine ulla inpedimenta. Tradimus uero ad Ascha duas uineas et ad racotulv. tres et totidem uinitores et duos apium cultores et sex fabros et ad cam-

Digitized by Google

pos alboni piscatores duos et ad Alpurc ecclesiastica pecuniam quo ibidem adesse uidetur ad ipsum predictum monasterium iure quo potui concessi. Similiter et in Sulzipach rem ad ipsam ecclesiam pertinentem similiter ut diximus ad ipsum monasterium concessimus. Similiter tradimus ad Nordfilusa ipsam pecuniam ecclesiasticam. In salina uero maiore unum hominem salem coquentem concessimus. de pascuis uero illorum quos uulgus nominat forst in omnibus pascuis quolibet pecodum ubi nostri accessum habuerunt communitatem similiter in omnibus ut nostris concedimus nullo contradicente et ad *Crunzinwiten* schlauum cum iusto tributo. Hec autem omnia que supradiximus per singulas locas omnia ex integro domos et Curtes seruos et ancillas et homines tributales et quidquid illorum est mobile uel inmobile cultum uel incultum rures Pratas Campos siluas aquarumque decursus uel quidquid ad ipsas pecunias pertinere uidetur trado atque confirmo ad predictum uenerabilem locum. vt ab hodierna die et deinceps ibi sit firmum et stabile Siquis quolibet pretextu contra hanc cartam traditionis contraire uoluerit iram dei omnipotentis incurrat et partem habeat cum iuda traditore et causam cum sancto saluatore. et carta hec nihilominus firma permaneat. Acta sunt autem hec coram multis testibus uidentibus et audientibus ex quibus aliquos hic inseremus. Virgilius Episcopus Sinpreht Episcopus. Walther episcopus Oportunus Abbas. Wolfpreht Abbas. Atto Abbas Gaozrich. Abbas hrodhart abbas. Vtili Comes. Magilo Comes. saluhho Comes. Reginolf. Adalger. Hartnid. Scripsi autem ego Willaperh indignus tamen Dyaconus hanc cartam traditionis iussus a summo principe Tassilone. ex ore snelhardi dyaconi. Acta sunt autem hec in predicto monasterio regnante domino nostro Jesu Christo in secula seculorum. Amen.

Illustrarunt diversis vicibus celeberrimum hoc diploma, viri quoque ab eruditionis laude celebratissimi; post Arenbekhium, Aventinum, Lazium et Hundium, Mabillonius annal. Bened. II. 242. et in elogio historic. Tassilonis. Act. Sanct. ord. Bened. sec. III. part. II. fol. 446. Eccard hist. genealog. Principum Saxoniae f. 603. Calles annal. eccles. Germaniae. Meichelbeck hist. Frising I. 30. et

Chronicon Benedicto – Buran. f. 11. Coelest. Leuthner Chron. Wessofontan. Hansiz germ. sacra II. 94. Comes a Bünau in der deutschen Kaisergeschichte IV. 581. Reschius annal. eccles. Sabion. nunc Brixinensis. ex Academicis monacensibus cl. Sterzinger *im Entwurf von der bayrischen Kirche.* Zirngibel in der Abhandlung *von den* bayerischen Herzogen des ältesten Stammes. Mederer in den Beyträgen zur Geschichte von Bayern. L. B. ab Hormayr im Inland 1829 No. VI. „Kunst und Alterthum in Bayern" ubi etiam invenies veram imaginem unici illius ex epocha Agilolfingorum monumenti, calycis deaurati, cui inscriptum: † Tassilo Dux fortis † Liutpire virga (o) regalis, — e scriptoribus domesticis, cremifanensibus, Simon Rettenpacher 1687, Marianus Pachmayer 1777 in solemnibus aetatis millenariae ejusdem abbatiae, et 1810 Gabriel Strasser: Kremsmünster aus seinen Jahrbüchern.

III.

Burcardi pataviensis antistitis et Chorespiscopi Madalwini complacitatio de pretioso suppellectili ecclesiastico, gravibusque libris, nec non de pluribus bonis in Oriente, ultra montem Comagenum, in Panonia et in pagis Rotagau, Quinzingau, Schweinachgau et Traungau.

Patavie 8. Sept. 903.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Utilis olim in sancta inolevit Ecclesia usus complacitationis id est, ut nobiles quique et religiosi uiri. ad augmenta sanctarum Ecclesiarum dei suas res proprias traderent. et ab episcopis seu abbatibus per conscriptionis auctoritatem testiumque confirmationis ecclesiasticas res acciperent. sibi in ius et proprietatem sub usu fructuario usque in finem uite illorum tenerent. atque possiderent. Post finem uero uite illorum ipse proprietates unacum ipsis ecclesiasticis rebus

Digitized by Google

ad proprias redirent ecclesias, que utilissima consuetudo usque hodie in sancta perseuerat ecclesia. Quapropter notum esse volumus omnibus sancte dei ecclesie presentibus scilicet. et futuris. qualiter ego *Burchardus patauiensis* ecclesie presul, et *Madaluinus choriepiscopus* eiusdem sedis. in ipsa *urbe* et in ecclesia sancti *Stephani* prothomartyris consedentes. *publicamque synodum* tenentes. multisque laycis tam Comitibus quam ceteris nobilibus uiris presentibus quandam complacitationem inter nos fecimus, et perpetualiter confirmauimus. Tradidit namque prefatus Madaluinus in manum nostram et in mannus *aduocatorum* nostrorum. Ratolfi. et Alperici. totum apparatum suum. id est sicut ipse paratus ad missam solitus fuerat stare. pluuiale purpureum. auro paratum. Casulam purpuream. Siricam. de sirico precioso. Stolas. II. cum anfanone auro. et gremmis paratum. plenarium. IIII. ewangeliorum. epistolare. I. Librvm sacramentorum. in quo continentur benedictiones ecclesie. et benedictiones sacrorum ordinum. et cetera omnia que ad ipsum ministerium episcopi pertinent. Gra(u)ale et nocturale bene notati. predicationes per anni curiculum. Collectarium ab initio .XLe (Quadragesime) usque in pascha super omnia cottidiana euuangelia. Tractatum Albini super. IIII. ewangelia canones de diuersis conciliis et de *capitularibus karoli*. ceterorumque Regum. epistolas pauli. et VII. epistolas canonicas. bene glossatas. passionale de Natale domini usque ad missam sancti Johannis. Aliud passionale. de missa sancti Michahelis. usque in pascha. vitam sancti Martini. et Dyalogos seueri. de miraculis que fecit. Comp(u)tus cum Cyclo. pleno. Vitam sancti *Seuerini* confessoris et explanatio in regum. Liber penitentialis et *lex bawariorum* et *francorum et alemannorum* in uno corpore. De *Arte Gramatica*. Donatum minorem. et maiorem. et opus Albini in Donatum. Gramatica augustini. vid. infra igitur uel *Jeronimi* quod fecit deodato filia augustini. Opus Bede presbiteri. de metrica ratione. Opus Malii teodori de ipsa arte. Opus orosii de ratione anime. Opus *Cassiodori* oratoris de disputatione anime. opus boetii de consolatione. philosophie bene glosatum. et opus ipsius de diuiduitate. idem apoteosis. Libros martiani minnei. felicis capelle. pleniter. in. VII. liberales artes. Car-

Digitized by Google

men paschale sedulii. in uetus et nouum testamentum. cum prosa ipsius. Carmen artoris subdiaconi. in actus apostolorum. et libri *Catonis*. IIII et fabule. auieni. et *plauti*. aularia et formatas epistolas. et martyrologium. metro compositum et *opus*. *Wan Dyaconi* in ministerium celebrationis misse. et explanatio in Genesis in uno corpore. Epigramata prosperi. et psichomachia prvdentii. Enigmata simphosii. et Althelmi. et Joseppi. et libros bestiarum ysiodori. in uno corpore decem egloge. et georicon *Virgilii*. Liber *seruii* plenissimus in totum virgilium. liber officiorum et martirologium uersibus conpositum. et expositio in genesis. Summa vero omnium librorum est. L. et VI. libros. Insuper tradidit ei proprietatem quam ei *rex Arnolfus*. per preceptum donauit. in *comitatu arbonis Comitis* in loco qui dicitur *wolueswanc*. cuius terminus ab oriente usque in Fluuium *urulam* et proprietatem Hagewolui. ab occidente usque in siluam *Anesi* Fluminis. et in Fluuium qui dicitur bachinha. ab aquilone in marcam sancti Stephani et a meridie in proprietatem anionis. Hanc marcam cum omni integritate tradidit ad sanctum Stephanum. excepta *hoba salica*. I. quod puozo quondam ibi habere uisus fuit. Insuper in *panonia* in loco qui dicitur *liliunprvnno*. *hobas salicas* nouem. quas ei *Arnolfus rex* tradidit. Econtra vero accepit de manu nostra. et predictorum causidicorum nostrorum. omnia beneficia sua. que ipse ad manum suam. et homines sui in beneficio eo eodem die habebant. in omnes pagos idem in *quinzingowe*. in *sutinahgouue*. in *rotahgouue*. in *trungouue*. et ultra *montem Comagenum* ad *nominichha* et ad *medilichha*. Hec omnia sibi in ius et proprietatem usque in finem uite sue possidenda tradidimus. atque confirmauimus. Exceptis hiis locis. quos ipse ipso die in eodem Synodo. nobis sponte dimisit. id est curtem. ad loochum. IIII. locis illuc pertinentibus et ecclesiam baptismalem ad heurtteswanc. cum omnibus locis illuc pertinentibus Exceptis scilhara. et prama. Cetera omnia loca sua que ipso die in sua potestate habere uisus fuit. cum omnibus pertinentiis et adiacenciis corundem locorum id est cum ecclesiis. et decimis vniuersis. cum curtibus et edificiis. cum mancipiis utriusque sexus, et omnibus mobilibus, et inmobilibus

Digitized by Google

quesitis et inquirendis. sub usu fructuario usque in finem uite sue securiter tenere. et possidere ei tradidimus. sine ullo censu et inquietudine. Post finem vero uite sue ut Wolfhardus eius cognatus. qui cum ipsam traditionem fecit. et accepit. illa loca omnia. que quinzingowe habuit. sub eadem ratione et confirmatione ipse teneat. atque possideat. ad seruitium dei. et sancti Stephani. usque in finem uite sue. Post finem vero uite illorum amborum omnia ab eis tradita. et accepta. cum omni integritate ad sanctum Stephanum. perpetualiter manenda redeant. Hii sunt testes ex traque parte eiusdem conplacitationis. per aures tracti. Waltilo. Comes. Chadalhoc Comes. Willipret. Engilmar. Adalfrid. Adalger. Engilpalt. Gotapreht. Quuinipreht. Engilscalc. maihelm. vswart. Ererich. Haidanrih Otahchar. Weto. Gerhart. Item Gerhart. puopo. ermpreht. Walto. ermpreht. Altman. Fricho Teuit. Echo. engilpern. Diotrih. Vtto. Riheri. Amuzi. Reginolt. Ruodacher. et filius. Holperht. Kerolt. Diopreht. filius Ratolfi iunioris. eigel. alprich. Golscalh. Ecco. Williport. Volchart. Rihguowe. papo. herualh. woluolt. pernum. Raffolt. Adalrch. Herich. Hadagis. Acta est hec confirmatio conplacitationis in *Vrbe Patauia*. VI. Idus Sertembris. anno ab incarnatione domini. DCCCC. IIII. Indictione Secunda. anno Tercio Hludouuici. Regis. (Editum eodem loco.)

Edidit L. B. ab Hormayr. annal. liter. viennens. XL. A. Bl. 8.

IV.

Placitum Ludovici regis jussu, de muta et teloneo in orientalibus partibus habitum in Raffelstetten coram Aribone Marchione, Otachario Comite, nec non praesulibus metropolis salisburgensis et cathedrae pataviensis. 906. circ.

Nouerit omnium fidelium orthodoxorum praesentium scilicet ac futurorum industria qualiter questio clamorque cunctorum *bauariorum episcoporum* uidelicet *Abbatum*. ac *Comitum* omniumque qui in

Digitized by Google

orientales partes iter habebant ante *Hlodowicum regem* uenerant dicentes se *iniuste theloneo* et iniqua muta constrictos in illis partibus et coaretatos. Ille vero secundum morem antecessorum regum hoc benignis auribus audiens. *Arboni marchioni* precepit, quatenus cum iudicibus orientalium quibus hoc notum fieret inuestigaret. ac iura thelonica modumque thelonii exploraret. Nuncios suos Theotmarum archiepiscopum Purchardum patauiensis ecclesie presulem et Otacharium Comitem dedit ut hoc in suo loco iuste legitimeque corrigerent. Et isti sunt qui iurauerunt pro theloneo in *comitatu arbonis.* Walto uicarius. Durine uicarius Gundalperth. amo. Gerpreht Pazrich. Diotrich. aschrich. arbo Tunzili. Salacho. Helmwin. Sigimar. Gerolt. ysac Salaman. Humperht. Item Humperht. Engilschalh. azo Ortimuott. Ruothoh. Emilo. Item Durinc. Reinolt. Eigil uicarius. Poto. Eigilo. Ellinger. Otlant. Gundpold. Item Gerolt. Otperht. adalhelm. Tento. Buoto. Wolfker. Rantolf. Korperht. Graman. Henno. Isti et ceteri omnes qui in *hiis tribus comitatibus nobiles fuerunt* post peractum iuramentum interrogati ab *Arbone Marchione* in presentia *Theotmari archiepiscopi* et *purchardi presulis patauiensis* ecclesie residente cum eis *Otachario Comite in ipso placito* in loco qui dicitur *Raffoltestetun.* retulerunt loca thelonio. et modum theolonei qualiter temporibus *Hludouici Karlomanni* ceterorumque regum iussime exoluebatur. Naues uero que ab occidentalibus partibus postquam egresse sint *siluam pataviam.* et ad Rosdorf uel ubicunque sedere uoluerint et mercatum habere. donent pro theloneo semidragmam. idem scoti id est sunferius (si inferius) ire uoluerint ad *Lintzam.* de una Naui reddant. iij. semimodos idem iij. scafilos de Sale. De mancipiis uero et ceteris aliis rebus ibi nichil soluant. sed postea licentiam sedendi et mercandi habeant. usque ad siluam Boemicam. ubicunque uoluerint. Si aliquis de *Bawaris* sal suum ad propriam domum suam transmittere uoluerit. gubernatore nauis hoc adprobante cum iuramento nichil soluant sed securiter transeant. Si autem liber homo aliquis ipsum legitimum mercatum transierit nichil ibi soluens uel loquens. et inde probatus fuerit. tollatur ab eo et nauis et subera. Si autem seruus alienus hoc perpe-

Digitized by Google

trauerit constringatur ibidem. donec dominus eius ueniens dampnum persoluat et postea ei exire liceat. Si autem Bawari vel *Sclaui istius patrie* ipsam regionem intrauerint ad emenda uictualia cum mancipiis uel cauallis uel lobis. uel ceteris suppellectibus suis ubicunque uoluerint in ipsa regione sine theloneo emant qui necessaria sunt. Si autem Locum mercati ipsius transire uoluerint. per mediam plateam transeant sine ulla constrictione et in aliis locis ipsius regionis emant sine theloneo que potuerint. Si eis in ipso mercato magister conplaceat mercari. donent prescriptum theloneum et emant quicunque uoluerint et quanto melius potuerint. Carre autem Salinarie que per stratam legitimam anesim fluuium tronseunt ad urulam tantum unum Scafil plenum exsoluant. et nichil amplius exsoluere cogantur. Sed ibi naues que de *Trungowe* sunt nichil reddant. sed sine censu transeant. hoc de Bawaris obseruandum est. *Sclaui* uero qui de *Rugis* uel de *Baemanis* mercandi causa exeunt. ubicunque iuxta ripam Danubii uel ubicunque in Rotalariis. uel in Reodariis loca mercandi optinuerint. de Sagma una de cera duas massiolas. quarum uterque Scotī unum ualeat. De onece unius hominis massiola una eiusdem precii. Si uero mancipia uel cauallos uendere uoluerit. de una ancilla Tremisam l. (1) de cauallo masculino similiter. De seruo Saigam unam similis de equa. Bawari uero uel sclaui istius patrie ibi ementes uel uendentes nichil soluere cogantur. Item de nauibus salinariis. postquam siluam transierunt. in nullo loco licentiam habeant emendi uel uendendi uel sedendi antequam ad *Eperaespurch* perueniant. Ibi de una queque Naui legitima idem quum tres homines nauigant. exsoluant de Sale scafil. iij. nichilque amplius ex eis exigatur. sed pergant ad mittarim uel ubicunque tunc temporis *salinarium mercatum* fuerit constitum. et ibi similiter persoluant. idem iij. scafil. de sale. nichilque plus et postea liberam ac securam licentiam uendendi et emendi habeant sine ullo banno comitis uel constrictione alicuius persone. sed quantocunque meliori precio uenditor et emptor inter se dare uoluerint res suas. liberam in omnibus habeant licentiam. Si autem transire uoluerint ad *mercatum moravorum* iuxta estimationem mercationis terre temporis exsoluat solidum unum de-

Digitized by Google

narium et licenter transeat. reuertendo autem nichil cogantur exsoluere legitimum mercatorem idem iudei et ceteri mercatores indecumque uenerint de ista patria uel de aliis patriis iustum theloneum soluant tam de mancipiis quam de aliis rebus sicut semper in prioribus temporibus regum fuit.

(Mendose apud Oefele Scriptor. rer. boicar. I. 118. L. B. ab Hormayr hiſtor. Taſchenb. 1813. Beiträge zur Preisfrage des Erzherzogs Johann. II. Hft. S. 88.)

Traditiones et diplomata, jamjam in antecedentibus codicibus ecclesiae pataviensis, olim laureacensis, typis edita, heic omittuntur, paucis ob gravitatem et continentiam rerum exceptis.

V.

Notitia super decisione de decimationibus ad ecclesiam pataviensem spectantibus, facta per Piligrinum episcopum in synodo Laureaci ad S. Laurentium, secundo autem in Mautern congregata.

983 — 991.

Notum sit omnibus Christi fidelibus presentibus scilicet et futuris. qualiter tempore *Pilgrimi* Episcopi synodo agregata. semel in *Laureacensi* Ecclesia. oratorio sancti *Laurentii* martiris Christi. secundo autem in Basilica sancti *Agapiti* martiris *Mutarun. orientales dyocesaneos* suos prestito iusiurationis sacramento. quod sue sancte Ecclesie iuris in decimatione contingeret. interiacentes prouincie inter *Anesum* fluuium et *comagenum montem.* synodice percontans concordi responsione in unam hanc coniuere sententiam. penitus uidelicet. ac continuatim omnem decimationem infra prescriptos limites. Anesi scilicet fluminis. et comageni montis. ante proximam *barbaricam sue desolationis* deuastationem. in dictione et potestate predicte sancte *Patauiensis* Ecclesie. sibique presidentium episcoporum fuisse et adhuc iure esse debere. hac tantum excepta decimatione quam

Digitized by Google

ab aliis ecclesiasticis possessionibus ex dominica pertinencia. ad partem usus ubique censuit dari. et eam tantum quam ex antiqua regum munificencia. constat esse traditam. Hec sunt nomina sacramentalium. Meginhart comes. Pabo comes. Rupo. Werrinheri. Engildico. Eigil. Vtich. Mimilo. Wasigrim. Kerolt. Adalfrit. Gerhoch. Heridie. Hacca. Ediram. Ernust. Azili. Allo. Mazili. Gozili. Wolfker. Gumppo. Ermphret. Elliphret. Dietrich. Ozi. Salaman. Zakko. Diezi. Gezo. Sinzo. Pezo. Gotti. Liuzman. Jvlto. Wolfheim. Izo. Peraman. Gerolt. Allo. Durinch. Werinheri. Altman. Ello. Zacco. Wizili. Henzo. Razi. Derdalgar. Wizili. Reginger. Altman.

Edidit L. B. ab Hormayr in annal. litterar. Viennens. XL. A. B. 40. Exstat quoque in codice antiquissimo F. 88. Commemorant Hansizius et Calles. Annal. Austr.

VI.

Notitia Placiti ecclesiastici a Piligrimo episcopo in Mistelbach habiti de decimationibus in Austria infra et supra Anasum ad S. Stephanum Pataviae pertinentibus.

983 — 991.

Preterea notum sit cunctis qualiter ab *Mistilpach* habito *ecclesiastico placito.* prefatus *pilgrimus. episcopus* populo sacramento obligato. ex quibus locis *decimatio.* ad baptismales Ecclesias iure pertinere deberet. interrogans. sub iusuratione promulgatum est. Inprimis ad Sirnicha hanc ex locis hiis respicere donationem. *Garstina.* Sabinicha. *Styrapurch.* Riuti. Sueramara. *Wolfeswanch.* Tunzinesdorf. Dehinc ad Schonheringen. decimam de Wilheringa. ad nardinam autem decimam de Agesta. ex colonis omnique curtis illius pertinentia. Ad *Lintzam* autem decimam de Chazapach. et de Puchonowa. et decimam Ecclesie

Digitized by Google

Vizimanni. ab baptismalem Ecclesiam Chrengilpach. pertinere debere. Insuper vero pirttaschircha cum I. dotali huba. nec non et predium ad niuuarum ad iam dictam patauiensem Kathedram. iure pertinere affirmabant. Huius testimonii sacramentalium nomina sunt hec. Wernheri. Rupo. Eigel. Mimilo. Mazili. Dietrich. Hakko. Marchwart. Ernust. Gumpo. Wolfger. Ellinphret. Reginger. Eccho. Walto. Altman. Reginhart. Azili. Hozeman. Luizman. Zakko. Gezo. Izo. Item Gelo.

Edidit quoque L. B. de Hormayr in annal. litterar. Viennens. T. 49. — mendose autem et cum plurimis et gravissimis omissionibus, jam Hansizius Germ. Sacr. episcopat. patav.

VII.

Henricus II. Bajoariorum dux, in marchia orientali Leopoldi illustris, marchionis, satoris stirpis Babenbergicae in Austria, nuper ab Ungaris armorum vi revindicata, publicum. placitum habet congregatis episcopis, comitibus, primoribus et populo terminali, familiam pataviensem ab omni exactione immunem esse jubet et possessiones sancti Stephani distinguit ac enumerat, usque ad montem Comagenum, tunc temporis Germaniae et Ungariae metam et usque ad terminos Moravorum.

985.

Notum sit cunctis presentibus scilicet et futuris, qualiter *Heinricus strenuus Baioariorum Dux in Marca Livtbaldi Marchionis* congregatis omnibus tam *Episcopis* quam *Comitibus primoribusque* cum plebibus regni.*publico placito* habito. populum terminalem pro facienda generaliter omnibus iusticia iurare. fe-

Digitized by

cit. quod iure vniuscuiusque proprium esset de illis prediis que tunc sub ditione tenebantur dominica. et quid episcopatuum aut abbatiarum familie deberent *Marchioni*. Inter cetera autem que ad sanctum *Stephanum* prothomartirem sedemque Patauiensem iuste legaliterque pertinere deberent. Tunc inprimis familiam sancti Stephani ab omni iugo uel districtione Marchionis hoc est collectis. donatiuis. operibus mansionaticis. et ceteris seruitiis liberam et absolutam asserebant. Deinde hec loca ad sedem Patauiensis Ecclesie attinere sub proposita iusiuratione firmabant. tempore pontificatus et presentia Piligrimi Episcopi. *Mutarun* et quod *eparespvrch.* nominatur. sursum de viuntestale a termino sancti Michahelis rosseza. deorsum usque chlepadorf *Salzpurgensis* Ecclesie locellum. et ita per latum in australem plagam ad deserta montana. exceptis duorum paucorum iugerum predictis Deinde *Treisimam ciuitatem Sancti ypoliti* Martiris ea integritate ut quondam beate memorie Adalbertus Episcopus sub *Purchardo Marchione* in sua tenuit uestitura. et quemadmodum carta legali affirmatione antiquitus roborata et in publico recitata designabat. Postea *persnicha* sicut *Willihelmus* in proprium possidebat. quod tempore presenti *boemani insitendo arabant*. Deinceps *lilivnhova* iuxta *Tullonam*. Egilinsten. Zeizmannestetin. et *Abbatesteten*. cum omnibus iure ad se respicientibus. Postmodum autem a septem collibus ab occidente *ciuitatis Zeizenmvre* sursum ad australem plagam chvnihohestorf et sic usque in cacumen *montis comageni*. et ita usque ad hangentenstein et ita *ultra danubium* usque ad *mareuinos terminos* in latum et sursum in longum usque ad mochinle et Trebinse et utramque ripam fluminis danubii infra iam dictum terminum. Locumque piscationis hvsonum quem hactenus *Tullonenses* suis uendicabant usibus sanctum Stephanum prothomartirem legaliter attinere. Notum autem qui ista iurando affirmauerunt hec sunt. Meinhart comes. Papo comes. Marchwart comes. et frater eius Rvdger. Timo Comes. Perhtolt. Wernheri. Rupo. Egil. Mimilo.

Corrupit notitiam istam satis gravem more suo Aventinus. Commemoravit Hundius Gewoldi p. 38. Hansiz Germania sacra I. 204. Re-

Digitized by Google

censuere Denis I. 787 cod. theolog. bibl. palat. vindobon. et Lib. Baro de Hormayr hiſtoriſches Taſchenbuch 1813. Edidit idem et amplissime commentatus est in den Wiener Jahrbüchern XL. Intelligenzblatt 1 — 7. Extat quoque in codice antiquiss. 86. — Coaeva quidem non est, sed exeuns saeculum XII. redolet, attamen in dubium revocare, quod continet, vix possumus. — Eodem quidem anno 985 ultima Septembris, Bambergae, *Otto II.* incolas ab episcopo pataviensi Piligrino in depopulatam Austriam missos, „in orientali plaga, barbarorum limini adjacente," a districtione marchionis eximens, Ducis Bajoariorum non aliter commemorat, quam quod ipsius et Henrici Carentanorum ducis precibus diploma illud editum sit. Nihilominus dux potuit isthic suo frui munere, Marchio quippe judex in propria causa esse non potuit. — Episcopi praeter pataviensem erant verosimiliter salisburgensis, frisingensis et ratisbonensis, illi nimirum, quibus imperator plurimas desertas regiones orientalium partium donaverat. — Marevini termini, fines Moravorum, ad Maracham et Tajam fluvios in septentrionali parte Danubii infra et supra montem Mannhard. — Magnus erat colonorum originis et linguae *sclavicae* infra et supra Anasum numerus. Tassilonis ducis litterae fundationis Cremifanensis eosdem nominant. Memoratu digna de colonis Slavis est ejusdem ducis Henrici constitutio, edita a L. B. ab Hormayr in iisdem annalibus literar. Viennens. XXXIX. Intelligenzblatt 36. et de coloniis *slavicis*, *boicis* et *saxonicis* in orientalibus partibus, ejusdem dissertat. „die Sachſen in Innerö ſterreich" in den Beyträgen zur Preisfrage des Erzherzogs Johann, et in iisdem annal. literar. viennens. XL. Int. Bl.

VIII.

Berngeri, Episcopi Pataviensis testimonium peractae a se dedicationis cellae in honorem B. Johannis Baptistae a Gunthero nobili Eremita in Nordwald exstructae.

1019. 29. Augusti.

Berngerus diuina clementia. Patauiensis ecclesie presul quamuis indignus. Omnibus Christi fidelibus si quid boni faciant. di-

Digitized by Google

ũine retribucionis certitudinem in eodem. Nouerit cunctorum Christianorum industria. quam ob iam dicte et promisse a me aliis diuine mercedis respectum. et peticionem *Guntharii* cuiusdam serui dei et Heremite oratorium quoddam quod ipse longe ab habitacione hominum in *nordwalde* a fundamentis in honore sancti Johannis baptiste construxit. ipse ego dedicaui in honore sancte ac uictoriosissime crucis. et sancte dei genitricis Marie. et precipue sancti Johannis precursoris Christi in die decollacionis eiusdem sancti. quod est. IIII. Kalendas septembris. anno autem Ab incarnacione domini nostri Jesu Christi. M. XVIIII. Heinrici regnantis. XVIII. imperatoris autem anno. VI. et ad hoc iam dictum et a me dedicatum. oratorium iure episcopali. et potestate omnem decimacionem infra eandem cellam tunc culte terre. et adhuc colende. determinaui. et absque lite contradidi. Hec etiam determinacio ut stabilis et ut firmior ibi deo seruentibus postmodum foret cartam hanc scribere feci. et sigilli mei impressione confirmare precepi.

Confer. N. I. Secundi codicis. f. 99. cartam praesulis Egilberti 12. Nov. 1046.

IX.

Comes Rapoto cum conjuge sua Mathilde tradit cathedrali pataviensi, et ejus præsuli Egilberto ecclesiam in patrimonio suo Ernstbrunn constructam.

Circa 1045.

Cunctis Christiana fidelitate degentibus notum sit presentibus atque futuris. quod Comes Rapoto pro remedio anime sue conjugisque Mathilde. tradidit Pontifici Eigelberto. Patauiensis Ecclesie prouisori Ecclesiam quam in patrimonio suo construxit. Ernustisprvnnin. cum dote et familia atque decimatione quin cum omni lege. Huius uidelicet muneris donum pretitulatus presul rogauit tradere in manum pilgrimi militis sui eo tenore ut sua Comitisque presignati postulatione traderet quocunque peteret.

Digitized by Google

Hiis namque rebus ita completis. dedicauit Ecclesiam predictus pontifex. ecce. celebratione dedicationis completa. tradidit pilgrimus manu potentatiua postulatione Comitis et Episcopi ecclesiam prefatam ad sanctum Stephanum perpetualiter possidendam. Huius rei Testes sunt. Rapoto. Purchat. Arnolt. Aribo. Ekkerich. Gerhohe. Haertwich. Arnolt.

X.

Carolus comes et ejus uxor Christina, Egilberto episcopo tradunt ecclesiam in Allodio suo Horn exstructam, cum dote sua, cum decimatione et omni lege. Circa 1046.

Sciat industria omnium Christi fidelium. presentium atque futurorum. qualiter Comes Karolus pro redemptione anime sue coniugisque sue Christine donaret presuli Eigelberto Patauiensis ecclesie prouisori. Ecclesiam quam construxit in predio suo. Hornarun cum dote et familia ac decimatione et cum omni lege. Tanti uidelicet muneris donaria pontifex pretitulatus. rogauit mox tradere in manum pilgrimi ea lege ut sua. comitisque presignati postulatione traderet quocunque peteret. hiis ita pro certo conpletis. dedicauit. Ecclesiam episcopus. Ecce sacramento angelice celebrationis finito. tradidit pilgrimus potentatiua manu postulatione comitis et episcopi Ecclesiam prefatam ad sanctum Stephanum. inibi perpetualiter famulaturam. Huius rei Testes sunt. Rerolt. poppo. Gerhoch. Haertwich. Raffolt. Adalram. Pero. Gotapolt. Leintzo. Waltman.

Edidit utramque chartam L. B. ab Hormayr in Archiv. histor. 1823.

Digitized by

XI.

Altmanni episcopi litterae fundationis monasterii S. Nicolai in suburbio pataviensi in portu Oeni fluminis. Pataviae. 30. Sept. 1067.

In Nomine Sancte et indiuidue trinitatis. Ego Altmannus peccator qualiscunque Patauiensis Ecclesie pastor. episcopalis cure sollicitudine conmonitus. Locum diuinis cultibus et seruitiis. aptum. sancti spiritus gratia. et auctoritate dictante. et cooperante prouidi. in quo religiosi ac deo deuoti canonici pie et iuste uiuentes. et diuine contemplationi vacarent. et pro nobis et pro cunctis fidelibus deum exorarent. Adiuuante itaque et cooperante beata Imperatrice Agnete. in suburbio Patauiensis ciuitatis in portu Eni Fluminis. monasterium in honore Sancti Andree apostuli. et sancti Panthaleeymonis martyris et beati Nycolai confessoris fundauimus. et apostolicorum virorum Alexandri. Gregorii pape. necnon et Hainrici regis huius nominis quarti. priuilegiis et sigillis insigniri et corroborari impetrauimus. et religiosis viris. ex diuersis cenobiis ad predictum monasterium congregatis. deo in quantum potuimus superna prosperante gratia. seruitium inibi preparauimus. et ea bona que eidem monasterio prenominata imperatrix Augusta. et ego in communem usum fratrum ibidem regulariter conuersantium. longe uel prope. culta uel colenda donauimus nostri precepti tuitione. et sigilli inpressione stabiliuimus et firmiter semperque tenenda firmauimus. hac conditione. ut ipsi canonici comunem et regularem uitam secundum instituta regule beati Augustini ibidem ducentes. nichil de bonis ecclesie propriis usibus suis uendicent. sed pari uictus et uestitus sustentatione fruentes. debitas deo pro beneficiis sibi collatis. gratias agere non cessent. Hec igitur sunt bona que beata Imperatrix pro remedio anime sue predicto cenobio donauit. nona pars omnium que de Bersinbuoge. et Ibisbvrch ad manus suas culta reddebantur. Ego uero que in usum et pre-

bendam fratrvm inibi deo seruientium contuli per manum Aduocati mei Regenberti. illis tradidi. decimas scilicet de ortis. de pomeriis. de vineis. de agris. que in illo domate coluntur. Ad usum quoque fratrvm contuli presignatum portum fluminis. Eni. cum omni utilitate sua. excepto quod hii qui gratia orationis uadunt. gratis transducantur. Tradidi etiam illis Ecclesiam Sancte Marie Magdalene. dimidio manso dotatam. et in suburbio ciuitatis undecim domata. et quicquid culti ruris est a danubio usque ad Enum preter duo iugera in Winkobeln. et duas stabularias curtes ibidem. Senftelingen scilicet et Niwenhoven. in Tantobel dimidiam hvbam. in ripa que dicitur Peutra dimidiam hvbam. Pachmuole hvobam. soumingen hvobam. Hasenpruole huobam. holzhaim quatuor Huobas. Probestesriuote hvbam. Windelberch hvbam. Svonenbach quatuor hubas. cum silvis et pratis illuc pertinentibus Pvrckarting duas hubas et beneficium cum omnibus illuc pertinentibus Pimezheim curtem stabulariam. Schalcheim cum omnibus illuc pertinentibus. In loco qui dicitur Albvrch ecclesiam et quicquid iuris Episcopus Patauiensis. in ea habere uidebatur. gratia proprietatis fundi. ius videlicet patronatus. et duas partes decimacionis. et duas curtes stabularias. Geheri. curtem unam Auekkingen. tres hvbas. soluentes ferrum. Berigen curtem unam et dimidiam hvbam. cum pratis et siluis illuc pertinentibus. Hergolvingen hvbam. Uoffhvsen molendinum. Rongerstorf curtem unam et dimidiam hvbam. cum una decimacione. Evchendorf ecclesiam cum omni utilitate et iure parrochiali. et curtem stabulariam. et dimidiam hvbam. cum pratis et siluis illuc pertinentibus. Baczerichsdorf curtem vnam cum omnibus eius appenditiis. Enzenwis villam totalem. cum omnibus illuc pertinentibus. In Rivte. VII. hvbas. Dornach curtem unam. et unam hvbam. et siluam et unam decimacionem. Wachenwis duas curtes stabularias et hvbam unam. et dimidiam. et unam decimationem. cum pratis et siluis illuc pertinentibus. Einharstorf. molendinum et dimidiam hvbam. cum pratis et siluis. et areis. Kolnbrvonen unam hovesathe. Richerstorf duas hvbas. cum pratis et siluis illuc pertinentibus. Gerchwis tres hvbas. et tres carratas ceruisie. de bonis Episcopi in

Digitized by Google

eadem uilla dandas. Althaim curtem unam cum omnibus eius appenditiis. Ouwenchirchen ecclesiam cum omni iure et utilitate parrochia — et curtem vnam cum omnibus eius appenditiis et quicquid utilitatis supradicti fratres sibi potuerint ordinare tam in agris quam in siluis et oblationibus et areis. et vnam decimationem. Mattenheim hvbam. Aher. hvbam cum silua adiacente. Uilsehoven dimidiam hvbam. Chvffarn tres hvbas. Huokkenchouen. hvbam. Hauchesbach. hvbam. Percheim duas hubas. Leimkar duas hvbas. Eitenbach Ecclesiam cum omni iure et seruitio episcopali et unam decimationem. In Parrochia Hvtarn. unam decimationem. In Parrochia heimingen. duas partes decimationis. Quas partes decimationis noualium. silue que decitur Hoehnhart in quatuor ecclesiis. quarum termini in eandem siluam ex inferiori parte poriguntur. Quarum nomina sunt hec. Eberswanch. Schiltern. Aspach. Vekkelstorf. quas partim ab Hermanno babinbergensi Episcopo iure synodali cum donatione aliarum. XII. hubarum optinui. partim ut in proprio Episcopatu nemine contradicente dedi. Tradidi etiam illis Ecclesiam Grizkyrchen. cum omni iure et seruitio episcopali. et unam decimam in omnibus terminis eiusdem Ecclesie. tam cultis quam colendis Dedi etiam ipsis Ecclesiam in Allenchoven. cum omni iure et seruitio episcopali. et unam decimacionem. decimas quoque noualium infra terminos eiusdem ecclesie et unam hovesacham. Ad Auosten curtem unam. Strazze quatuor hvbas et dimidiam. Stavdah dimidiam hvbam. Emmeling dimidiam hvbam. Harde hvbam cum silua adiacente. Winkelarn. dimidiam hvbam. Hartheim curiam et dimidiam hvbam. In Ruit hvbam. Buosingen curiam et dimidiam hvbam. cum aliis. illuc pertinentibus Leuwentingen. hvbam et dimidiam. In Pruol dimidiam hvbam in usum apum. et Kaltenbach. In oriente in rure citra Rvste et Izendorf. tradidi illis decimam unam in omnibus terminis eiusdem ruris tam cultis quam colendis. et in rure quod dicitur *Bevchriche* duas partes decimationis in quatuor ecclesiis Niuwokirchen scilicet Ritenbach. Molte et Rienbvrch. decimas quoque noualium in omnibus terminis earundem ecclesiarum. In ecclesia Stregen unam decimam. et in Hohnwart duas partes decime. in omnibus terminis eiusdem ecclesie

Digitized by Google

ecclesie tam cultis quam colendis. Tradidi etiam illis tres sagenas. vnam Sebach. unam Matsse vnam Patavie in uno littore Eni a pede montis super quem sita est ciuitas usque in Walkerslegen. et quicquid vtilitatis sibi predicti fratres in eodem littore possint ordinare. Preterea tradidi eis Sebach tres vineas. Aschahe duas. Nvachowe quatuor. Hvntshaim quatuor. Mvtarn duas. et vnam hovesacha et in loco qui dicitur Halle vnam sartaginem. cum suo iure. Ad luminaria ecclesie tradidi eis Capellam sancte marie in ciuitate Lavreacensi. cum omni iure Parrochiali et omni utilitate. que predictis fratribus tam in oblationibus quam in censualibus et areis adiacentibus inde poterit prouenire. Pro uestitu autem XXIIII. libras eis ordinaui. de nauibus Patavie sex. de Goldarwerde octo. de Euerdinge sex. de huoffhvsen quatuor. Omnibus igitur tam futuri quam presentis temporis hominibus notum facio quod ipsos predicti Monasterii fratres liberos ab omni aduocatorum seruitio constitui. Comitem heinricum de *Vornbach* aduocatum illis *in partibus Bawarie*. et *Livpoldum marchionem* in partibus *Austriae* aduocatum eis ordinaui. et hoc quasi pro iure semper obseruandum statuens. Auctoritate dei omnipotentis. sub pena eterne dampnationis inhibeo. ut nec ipsi nec aliqui heredum suorum nec alter quispiam. eis quacumque sorte succedentium aduocatorum. aliquem sibi nisi fratribus predicti cenobii petentibus subaduocatum presumat ordinare. Quodsi aliquis improbus aduocatus postmodum quod deus auertat infringens temptauerit. vinculo anathematis illum innodo. eterne ultionis uindicta nisi resipuerit perpetualiter puniendum. Preterea notum esse uolo. quod pro seruitio. quod plerumque occasione aduocatie ab hominibus religiosis exigitur. X. uineas in Rvtarn sitas. cum omnibus eorum appenditiis. Comiti H. de vornbach. et in loco qui dicitur Mvkkarouwe tres hvbas. et LXX. mancipia. Livpoldo Marchioni in beneficium concessi. ea conditione. ut nec ipsi nec aliqui successorum suorum. aliquod ab illis seruitium. quasi iure aduocatie aliquando presumat expetere. Ego quoque siquid reddituum supradictis fratribus circa Grizchirchen et circa Allenchoven contuli michi et successoribus meis uice Aduocati patrocinandum re-

Digitized by Google

seruaui. Auctoritate dei patris omnipotentis firmiter inhibens ut nullus successorum meorum aliquem sibi subaduocatum. nisi pro petittione fratrvm ibi aliquando presumat substituere. Notum etiam facio quod in omnibus ecclesiis quas predictis fratribus contuli quicquid iuris et seruitii Episcopus in eis habere uidebatur. totum ipsis et plenarie contuli. Mortuo quoque preposito eorum eis electionem indulsi et hec faciens omnia communi consilio et consensu canonicorum chori Pataviensis et Ministerialium meorum confirmaui. Hii ergo testes de Clero aderant. Vlricus prepositus. Imbertus Decanus. Balduwinus scolasticus. Engilbertus archipresbiter. Imbertus capellanus. Egeno Otakkerus. canonici. et ceteri omnes. De Ministerialibus vero isti aderant. Egilolf de Velbach. Kaezzel de Schaltarn et frater eius Otakker. Hertweich de Krenzingen. et frater eius. Rvpreht. Otakker de Widach. Imizo de Stegebach. Livtgoz de Tagebrehtshavsen. et alii quam plures. Vt igitur hec omnia firma et illibata permaneant. iuditio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti et auctoritate beati Petri apostoli eiusdemque vicariorum. Alexandri. et Gregorii. pontificum. et fidutia. et consolatione beati Andree *Apostoli* et Sancti *Panthaeeleymonis* martiris et pii confessoris Nicolai interdicimus et prohibemus. ut nullus successorum nostrorum. seu aliqua secularis uel ecclesiastica persona. de nominatis prefate ecclesie prediis. inuadere uel diminuere. uel usui fratrum inibi apostolica uestigia seruantium subtrahere presumat. Siquis autem quod deus auertat ausu nefario. hec transgressus fuerit. si tercio commonitus congrva satisfactione non emendauerit. anathematis laqueo se irretitum. et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax et misericordia in presenti et futuro seculo seruetur. amen. Datum Patauie. Anno ab incarnatione domini. Millesimo. LX. VII. Indictione V. Pridie kalendas Octobris.

Confer litteras fundationis adhuc ampliores IV. 293 — 302 Monumentorum Boicorum in lucem editas.

XII.

Reginbertus et levir ejus Udalschalk viri nobiles cellam canonicorum in Seitenstetten tradunt ad altare *divi Stephani* Pataviae unacum bonis suis in Tulbing, Stille et Hefte, Udalrico episcopo eandem dotationem augente decimis in ecclesiis Asbach et Wolfsbach.

1109. 24. April.

Nouerint filii ecclesie. qualiter uiri nobiles. Regenbertus scilicet et leuir eius vdalschalch. anime sue prouiderint. Scientes enim oblaciones fidelium. remedia esse animarum partem de his que temporaliter possidebant in obsequium Christi. et usus ecclesie pro eterna salute dispensabant. Itaque cellam quandam ubi communis uita *canonicorum* instituta est. ad *sitansteten*. cum proprietatibus suis. tulpingun. stilla. hefte. ceterisque prediis seu mancipiis ad eam pertinentibus. super altare sancti Stephani protomartiris. in ecclesia patauiensi tradiderunt. Vdalrico eiusdem sedis episcopo presente. et Vdalrico aduocato id suscipiente Que tradicio sic diffinita est. et in sempiternam legem statuta. ut illi communis uite canonici deo ibidem perpetuo seruiant. et propositum suum inconuulsi nec conuellendi teneant. Quod siquis episcopus uel quelibet potens persona hanc diffinicionem infringere. et in aliud transferre uoluerit. proximus heres ueniat et ponens unum aureum super altare. data bona in hereditatem recipiat. nisi forte illata iniuria infra annum reprimatur. Habeant etiam illi fratres potestatem aduocatum quem uoluerint eligendi. duntaxat ille de hereditaria cognacione sit qui eligatur. Testes sunt. Dietricus comes. Rudolf de peraga. Erchenpreht de Mosebach. Pernhart de Ascha. Huoch de palsentze. Sigehart. Starchvrit. heinrich. Rudolf. Werigant. Ekkerich. Wichart. et seruientes. Brvne. Otto. Marchart. Grifo. Pero. Dietrich. Rudolf. Erchenbreht. Ac-

Digitized by Google

cessit super hac benignitas predicti episcopi. qui ad predictum locum in supplementum prebende fratrum tradidit ecclesiam Aspach. cum decima. excepta decima que pertinet ad beneficium heinrici. et decima Rantwini que sunt. XXX. *domus*. Huius tradicionis predicti testes sunt. Decimacionem quam Regenbertus in parrochia Wolfpach in beneficium habuit. episcopo. Vdalrico reddidit. et episcopus eandem in comunem usum fratrum eidem ecclesie contulit. Acta sunt hec. Anno ab incarnacione domini. M. C. VIIII. Indictione. II. VIII. Kalendas Mai.

(Edidit L. B. de Hormayr in arch. histor. 1828. — Seitenstetten, hodierna abbatia S. Benedicti, primo Collegium erat Canonicorum saecularium ad S. Vitum in Augia prope castrum Seitenstetten, quod Udischalcus 1116, Austriae marchione S. Leopoldo, Imperatore Henrico V. summo pontifice Paschale II. in monasterium convertit. Fundatores praeter Udischalcum nominari merentur: Udalricus, Pataviensis Episcopus, Udischalci frater uterinus, Helena, Udischalci fundatoris soror, ejusque maritus Lanzo, vir nobilis, brevi post ad St. Hipolytum occisus, et Reinbertus de Hagenau et Hayde, Helenae alter maritus, qui monasterio 1140 praediis Zelking et Lanzendorf donatis, exemplum Udischalci secuti, in eodem loco una cum filia Richarde etiam regulam St. Benedicti professi sunt. Pars quippe tectorum monialibus dedicata erat. — 1142. Reginbertus, Pataviensis episcopus, Helenae et Reginberti filius, fundatoris nepos, decimas in Sindelburg et parochiam Wolfsbach cum filiabus in Sytanstetten et Monte Sti. Michaelis ad compensanda praedia in Pfaffenstetten monasterio tradidit. — Abbatia Seitenstettensis asservat duas tabulas pictas, pluries renovatas, quibus inscriptum: —

1) Anno nostri salvatoris MCXVI *Udiscalcus* illustrissimus comes de *Stille-Heffte*, clarus divitiis, virtutibus clarior, prosapia clarissimus, castrum suum Syttanstettense, cujus hic picturam vides, in monasterium et claustrum S. Benedicti, coelorum reginam semper virginem Mariam, sacro natali die, haeredem et patronam eligens, fundavit et consecravit, ibidemque deposito militari cingulo sub Abbate I. Gundakero (sic!) religiosa castra secutus, plenus meritis ad beatam immortalitatem demigravit. 28*

Digitized by Google

2) *Helisen fundatoris mater*, cum familiari Herculae religiosissimae virginis usu, ad omnem sanctitatem profecisset, congruentem vitae innocenter actae clausulam imposuit, cum inter beatos genios, expansis in crucis formam brachiis, orantem, mors non oppressit, sed sopivit: eoque habitu repertam familiares diu non ausae sunt contingere velut spirantem, raptamque extra se, moxque redituram.

Rara liberalitate monumenta Seitenstettensia luci dedit praesens Abbas *Columbanus*, coenobio suo, amicis, literis, patriae desideratissimus. — Udischalcum ex Huosiis fuisse, haud infelici conatu demonstrare tentaverunt conventuales duo Seitenstettenses, eruditione clari, P. *Wolfgangus Mitter* parochus antiquissimae ecclesiae Asbacensis, Idibus Aprilis 1829 vita functus, et *Josephus Schaukoegel*, jam 1798 demortuus, autor celebris Spicilegii nec non agri billungani, atque exercitationum de Norico, hujusque regni antiquis familiis, praecipue comitibus de *Stille* et *Hefte*, heredibus comitum de *Sempta* et *Ebersberg*. — Maximi utique momenti sunt chartae seitenstettenses uti et Codices ambo traditionum Gottwicenses ad dijudicandum reciprocum Austriae marchionatus et ducatus et veteris Bavariae statum, distinguendosque eorum et fines et jura. — Nobiles de Hagenau et de Hayde, eodem stemmate fuisse cum comitibus de Peilstein et Morlen, palam fit e cartis patavienſibus et seitenstettensibus. Conradus Episcopus inter alios exhibet testimonium: „qualiter bona et familiam quondam Hartwici de *Hagenowe*, si sine herede decederet, unacum *uxore sua Hiltigarda* consentiente, beato Stephano firmissima donatione contulerat, post ejusdem christianissimi viri decessum eadem muliere tunc reclamante et possessiones predictas ab ecclesia nostra alienare cupiente, juste et rationabiliter optinuimus. Siquidem *fratre meo Heinrico duce Bawariae apud taleheim sedente in judicio pro tribunali*, testes ydoneos produxi“ — aderant huic negotio Heinricus Ratisponensis episcopus, Marchio Styrensis Otocharus, Comes Conradus de Bilesteine cum duobus filiis suis, Comes Henricus de Wolfratehusen, Comes Luitoldus de Pleine, quisquis eorum cum multis fidelibus. — Exstabat indubie non cognationis solummodo, sed et agnationis, immo identitatis originum, vinculum inter hosce

fundatores Seitenstettenses et inter fundatores Altenburgenses, Comites de Rebegau et Buige seu Boige, ad Trunam quoque et Voeclam, uti et ad laevam Danubii, bonis et juribus pollentes. — Marquardi Carentani de Mürzthal, Afflenz et Eppenstein, uti et comites de Hirschberg, (pro parte haeredes Ducum Meraniae stirpis Andecensis nec non Comitum Tyrolensium,) illustres quoque dynastae de Greifsbach, Windisch-Matrey et Lechsgemünde ad eandem redeunt radicem. — Confer. Petz thesaur. anecdot. III. p. 3. f. 777. Pachmayer Annal. Cremifan. I. 74. 78. Neue Abhandlungen der Münchener Akademie IV. 333. Des Ritters von Lang Jahrbücher, und Vereinigung des bayrischen Staates.

XIII.

Reginbertus Patav. Episcopus Oenum fluvium ponte committit et cum Canonicis S. Nicolai transigit circa trajectum, cujus naulum habebant e prima fundatione, hospitale cum ecclesia construit, in pontis et diversorii sumtus tradit ecclesias Hartkirchen, Muselkirchen et S. Severini.

Circa 1143.

Regenbertus dei gratia. Patauiensis episcopus. Salutem cunctis Christiane fidei cultoribus. Cupientibus aliquid pro remedio anime nostre. ad communes utilitales efficere. nichil nobis uidebatur utilius. quam Patauie ad portum eni fluminis. cuius uehementia illic plurimos homines cum rebus simul et personis suis audivimus et sepe uidimus periclitasse. pontem transponeremus. Cum itaque de predicti fluminis portu. canonicis. regularibus. in domo beati Nycolai deo famulantibus ad augmentum prebende sue uectigalia nauigii persoluerentur ad peccatum nobis fore metuentes. si ponte constructo. utilitates eorum per nos in aliquibus cessare aut deperire deberent. ipsis iure conpensacione na-

Digitized by Google

uali. ecclesiam de hartchirchen perenni iure contulimus. et tunc demum pontem omnibus liberum. omnibus *in euum* sine censu *transmeabile*. deo et fidelium suorum cooperacione construximus in processu parui temporis. secus ipsum pontem pauperibus asilum peregrinis receptaculum. iterum eterne retribucionis amore locauimus eodemque in loco basilicam edificantes. dotatam bonis *tanrobele* sitis. et unius molendine loco in honorem uictoriosissime crucis Christi consecrauimus. Denique ut essent aliqui superius quibus pons quandoque dilapsus reparari. quibus etiam pauperes in illo diuersorio procurari possent. amore dei. duas ecclesias. unam Moselchirchen. Alteram sancti Seuerini ad utrumque opus statuimus pertinere decernentes uiro uni strenuo dumtaxat et fideli curam et prouisionem utriusque pontis uidelicet ac hospitalis semper committi debere sicut et nos a principio facientes Vdalrico sacerdoti cuidam. cuius sedulitate in opere utroque plurimum adiuti fuimus utrvmque etiam opus fideliter promouendum. ut cum predicto *reditu* credidimus. Omnibus ergo ex bona uoluntate huiusmodi incepto. quascunque elemosinas adicientibus peccatorum suorum indulgentiam et eternam iustis debitam *optamus* retribucionem. sicut ex contrario *maliuolis* quicunque de hoc instituto nostro uel in *penis* mutare uel prorsus alienare uolentibus que *manet impios* cum diabolo perpetuam pronuntiamus maledictionem. Huiusmodi cause per actionem contra malum ingenium et obliuionem diutinam et memorabilem cupientes efficere. Huius pagine continentiam et scribi fecimus. et scriptam ex parte dei omnipotentis. et apostolorum principis. Petri. et ex nostra auctoritate banno atque sigilli nostri affixione munimus.

Editum in Germania sacra Hansizii.

Digitized by Google

XIV.

Reginberti pataviensis episcopi confirmatio fundationis monasterii Altenburg regulae S. Benedicti, peractae per nobilissimam feminam Hilteburg, viduam Gebhardi comitis de Buige et filii sui Hermanni de Buigen et Rebgau, de stemmate comitum de Burghausen, Schala et Playn.

Crems, 20. Julii 1144.

Ego *Regenbertus* dei gratia Patauiensis Episcopus cunctis Ecclesie nostre fidelibus in perpetuum salutem in domino. Quecunque siue a principibus siue a quibuscunque Christi fidelibus ob salutem animarum. et honorem fiunt Ecclesiarum. eorum quam maxime longa scripto et testibus facienda est memoria. ut pariter religiose instituta iugiter inuiolata permaneant. et posteri pie deuotionis exemplo prouocati etiam ipsi suis quique temporibus pari studio sue suorumque saluti prouideant. Itaque domina *Hilteburch vndique a progenitoribus suis nobilissima* defuncto *uiro suo* felicis memorie comite *Gebehardo de Buige*. cellam quandam in monastica conuersatione sub beati Benedicti regula ad titulum beati prothomartiris Stephani in loco fundi qui dicitur *Altenburch* unacum *filio* suo domino uidelicet *Hermanno* deo cooperante fundauit. ibique ob intercessionem anime sue. et predicti comitis mariti eius Gebehardi. necnon et filii sui unacum ipsa fundatoris eiusdem cenobii. denique pro cunctis fidelibus defunctis deo et sanctis suis perpetuum ordinauit obsequium. Cuius etiam deo *prointe* (prouidente) liberalitas bona infra subnotata in sustentationem monachorum domino illic seruiencium eidem Ecclesie *contulit* eamque collationem nullis reclamantibus. testibus et nostro scripto pariter et sigillo. rata undique contestationem roborauit. Duas siquidem Decimarum portiones quas iure et con-

Digitized by Google

suetudine antiqua semper optinuit. in barrochia que *Ornha* dicitur. et *Sanheou* (sic) et *Toutendorf* et *Fukela*. et *Stranzendorf*. cum omnibus pertinentiis prefata matrona cenobio sicut diximus a se constructo donauit. Et ut hec instituta contra defectionem contra quorumlibet vsurpationes et occasionem firmitatem *suam* optineant nouerint quicunque actionem istam irritauerint uel bona huic Ecclesie collata distraxerint. anathematis uinculo auctoritate dei omnipotentis et nostra sese subiacere perpetuo. Quodsi forte post nos aliquis Episcopus aggressus fuerit uel mutare. uel prorsus. euacuare monachicam illius fundationis uitam. nunum *quidem* aureum quicunque illius domine per consanquinitatem proximus exstiterit. Episcopo successori nostro persoluat. et quicquid a predecessoribus suis cenobio collatum fuit quousque reformetur eorumdem monachorum *institutio* recipiant Nos quoque ex parte nostra illic baptizari mortuos quicunque uoluerint sepeliri permittimus. et qui locum tueatur predicte cognationis maior natu semper succedat aduocatus et quod pretereundum non est fratres illius loci liberam optinentes electionem. cum opus fuerit abbatem sibi cum dei uoluntate et nostra auctoritate unanimo et salutari consilio eligant. et Electum a quo ordinetur ad Episcopum suum perducant. Testes subtitulatos *tractis auribus* predictis actionibus adhibuimus. Comes Hermanus prefate domine filius. Comes Adalbertus de Rebegov. Diethricus *Rovzmares* Chvnradus de Rietenburch. Waltherus de *Tiruesem*. *Chonradus* de Chiogev. Altmarus de *franchenrovte* Pernoldus de sancto Ypolito. *Riovdpertus* de Rossespach. Rapoto de Sizeinsdorf. Lanthfridus de Burgaerewisen. perfectum est hoc post incarnationem domini anno. Millesimo. C. XL. IIII. Sub imperio regis *Chvonradi*. Data. VII. Kalendas. Augusti apud *Chremesam*.

Commemorat Bernard. Pez in Cod. dipl. histor. epistolar. et Hieronymus Pez Scriptor. II. 320. Catalog. abbat. monast. Altenburg. coloniae coenobii styrensis ad S. Lambertum. Confer. supra No. XII. cartam fundationis *Seitenstettensis*. Haud levis sunt momenti, quae Codex traditionum *Gottwicensis* continet de comitibus illis de *Buige* et *Rebegau*, quae in diplomatibus quoque Cremifanensibus et Patavienſibus saepius occurrunt. — Exempla damus e

Codice Abbatiae ejusdem Gottwicensis, coloniae a S. Blasio e nigra sylva deductae, ab Altmanno Episcopo 1083 fundatae: No. 139. Noverint universi sanctae ecclesiae filii qualiter *Comes Herimannus de Buigin* cum manu *filii sui Gebehardi* delegavit in manum *Dietmari* cujusdam *nobilis viri* dominicale unum ad *Flinsbach* ea conditione, ut idem D. delegaret super altare St. Marie pro remedio animae Gebehardi. Quod idem D. implevit, et mancipia, quorum sunt nomina Egilolf Heimo, in perpetuum servicium, et testes hii sunt adciti. *Herimanus comes et filius ejus Gebehardus. Piligrimus.* — No. 120. Ut in notitiam perveniant posteritatis, curiosa memoria antiquitatis, literis mandamus quoddam pietatis officium ab eo, qui cognomento pius Otto dicebatur, peractum. Is enim *ierosolimam iturus* predium suum apud *plintindorf*, quod jure libertatis possederat, et quod extra partem et *jus hereditarium affinitatis* in presentia *Liupoldi Marchionis* per sententiam optinuerat, *Kotewicensis* monasterii fratribus tradidit. Et hac in traditione conditionem interposuit, ut quicunque sue posteritatis idem predium redimere vellet prescriptis fratribus ducentas marcas argenti persolveret. Acta est hec traditio in *eminentiori chremisie foro, in presentia liupoldi marchionis* quando ejusdem principis in prefato loco *sollempnis* habebatur *contio*. Hujus rei testes sunt: *Gebehardus comes de Piugen, Otto et frater ejus Hartwicus de lengenbach*, Hademarus de Chufarn, Hartwicus de rudnich, Hademarus de chuneringen et frater ejus Albero de chobatesburc, Hartung de ruhenekke. — No. 196. Noverint universi Christi fideles tam nostra etate presentes, quam futura posteritate succedentes, qualiter dominus Nanzo abbas communi fratrum suorum consilio commutationem fecerit cum domino *Gebehardo comite de Puigin* predii unius Zenindorf dictum. De hoc ergo predio tradidit idem *Gebehardus* cum manu *uxoris sue Hiltiburge et filii sui H.* dominicale unum et V. beneficia super altare St. Marie in proprium jus domino et fratribus ejus genitrici servientibus in presentia *advocati nostri Adalberti filii L. marchionis*, pro quo etiam idem advocatus Adalbertus delegavit in manum ejusdem *Gebehardi* et ejusdem *uxoris Hiltiburge* dominicale unum ad *Piupin* et duo beneficia ad Purgavisin itemque unum ad horno. Et ut hec commutatio firma sit et inconvulsa perpetuo, testes idonei isti sunt per aurem adtracti. *Adalbertus frater ejusdem Gebehardi* et alius Adalbertus de Pucha, Sigifridus cognomine Weiso, Otto de molti, Adalbero et frater ejus Gebolf et ipsi de molti. — No. 215. Noverint

tam presentis evi fideles quam loco eorum successuri heredes, quod *Liupoldus Marchio rogatu sororis sue Gerbirge ductricis de boemia* delegavit in manus *Gebehardi comitis de Puigin*, predium Vogitisawa, dancholvis, cum omni silva sicut quondam Waldonis fuerat, ea videlicet ratione ut ipse delegaret quo predicta matrona petisset. Idem vero *Gebehardus* rogante eadem ductrice tradidit ad altare St. Marie prenominatum predium, post ejus obitum fratribus hic deo famulantibus in usum, presente *Reginmaro*, pataviensis ecclesie episcopo, adjicientis et ecclesiam, quam ipsa construxerat in predicto loco, his testibus adhibitis, Rudolfo, Regingero et filio ejus Regingero, Heidinrico, Rudberto, Reginhardo, *Inuestiture* Rudolfus, Reginhardus. — No. 276. Noverint omnes universalis ecclesie fideles, qualiter *Adalbertus comes de rebigue* dederit tres mansus ad altare St. Marie in loco qui vocatur hard, pro remedio parentum suorum. Hujus traditionis testes sunt ipsi comes A. Wichpoto de piela, Carl de Hohenekke, Otto, Wezil, Meginhardus, Rupertus, Ebirger, Hartwich, Adalbertus, Reginbertus. Wolfker.

Loca in hoc confirmatorio diplomate Altenburgensis coenobii in lucem producta, explicat nobis apographum ab Abbate reverendissimo Aloysio transmissum; *Ornha* (die Stadt Horn, quae et Hornaron in donatione Caroli comitis et uxoris ejus Christinae, ad No. X. et ad annum 1040 relata) Sanheou, Sanheuc, nomen antiquissimum villae Sandgrub, hodie Zaingrub, hora levi a civitate Horn distantis, Stranzendorf, labentibus horis eodem quoque nomine Fruens, Tautendorf und Fugglau, Tutendorf et Fukela, loca ad parochiam claustralem Altenburgensem adhuc pertinentia.

XV.

Reginbertus, Antistes Pataviensis cruce signatus, cum Conrado Rege et Henrico Jasomirgott, Austriae Marchione, Bojorum Duce Hierosolimam iturus Canonicis Ecclesiae suae in augmentum praebendae tradit ecclesiam St. Stephani in Wagram in orientali plaga.

1147.

Regenbertus dei gratia. Patauiensis. episcopus. salutem in Christo omnibus Christi fidelibus. Inter ecclesias nostre dispensacionis

Digitized by Google

officio preordinatione dei comissas. equum et iustum est. ut matrem nostram Patauiensem uidelicet ecclesiam precipuo quondam (quodam) amoris pariter et honoris priuilegio et tanto amplioribus beneficiis exaltare debeamus. quanto constat quod perenis fidem ac deuocionem. diuina fauente clemencia. sumum sacerdocii gradum. et ecclesiastice dignitatis apicem consecuti sumus. Dilectis igitur in Christo fratribus et canonicis nostris. ibidem in seruicio dei et patrocinio beati Stephani prothomartiris Christi constitutis. paternitati nostre placuit. ut ex rebus ecclesiasticis aliquam consolationis gratiam et nostre caritatis post nos relinqueremus memoriam eo presertim tempore cum in obsequium illius catholice et Christiane milicie ituri essemus ierusalem. Ut ergo deus et dominus noster iter nostrum in uiam pacis et salutis dirigeret et ad illam celestem ierusalem nos quandoque produceret ecclesiam quandam in orientali plaga positam. que uocatur sancti Stephani ecclesia ad Wachrein. predictis. S. Stephani canonicis in supplementum prebende sue. in eternum memoriale nostrum perhenni iure tradidimus eamque determinacionis. legem inde statuimus. ut fratres tres partes decimarum. dimidiam partem dotis. et dimidiam de censu et decimacione denariorum accipiant. de cetero uero. id est de quarta parte decimarum de dimidia parte dotis. et denariorum de oblacionibus Altaris. et siqua iuste possunt haberi. sacerdos ecclesie vivat. sibique et episcopi servicio prouideat. Hoc etiam inter seruiciis quod frater noster Hermannus qui canonice eandem ecclesiam de manu nostra ante hanc tradicionem susceperat. usque ad terminum uite sue. uel si sponte renunciare uoluerit. cum omni utilitate sua sine contradictione fratrum possideat. Hec tradicio ut rata semper ab omni uiolentia et pugnacione secura consistat. Priuilegio presentis carte. sigillo nostroque et auctoritatis apostolice banno eam confirmamus. sententia et iudicio tocius ecclesie hoc adicientes ut diligentibus et conseruantibus hoc testamentum. pax. gaudium. et eterna retribucio. resistentibus uero et infirmare cupientibus. anathematis uinculum et extrema tremendi iudicii examinacio. Acta sunt hec anno dominice incarnacionis. M. C. XL. VII. Chadelhohus prepositus. Rudbertus decanus. Vdalricus archipresbiter. Rudbertus

Digitized by Google

parrochianus. Hartmvt. Archipresbiter Chvonlinus presbiter. Altmannus episcopus tridentinus. Sigehardus presbiter. Miticus presbiter. Rantwicus presbiter. Fridericus presbiter. Pilgrimus presbiter. ekkehardus presbiter. Hartwjcus diaconus. filius engelberti ducis. Adelgoz diaconus. Otto diaconus. Hainricus diaconus. Albewinus subdiaconus. Hermannus subdiaconus. Jacobus subdiaconas. Hermannus subdiaconus. Jacobus subdiaconus. Swithardus subdiaconus. Heinricus subdiaconus et magister. Gotschalcus acolythus. pabo acolythus. Waltherus acolythus. Isti tunc temporis Patauienses canonici recognouerunt. Testes sunt etiam de ministerialibus ecclesie. ekkolf de Warte. Marchuuart de Wisene. Otto prepositus. Rudeger camerarius. Sigebot dapifer. Hartmut pincerna. Waltchun. de paumlingen. et multi alii.

XVI.

Henricus, Bavariae dux, Austriae Marchio, Jasomirgott cognominatus, Adalbertum cognatum ac fidelem suum, Conradum Laureacensem antistitem, Henrici ducis fratrem sub nomine advocatiae turbantem, ab eadem advocatia S. Hippolyti amovet.

1150. in conventu celebri in Ens.

H. dei gratia dux Boarie omnibus Christi fidelibus imperpetuum. Justis petitionibus assensum prebere et ecclesiarum paci studere. nostram decet discretionem. id enim nobis et ad presentem uitam. et ad illam. quam expectauimus in celis remunerationem profuturum credimus. Quapropter sciendum et memorie tam presentium quam futurorum diligenter conmendandum. qualiter nos pro petitione et dilectione karissimi domini et fratis nostri. C. patauiensis ecclesie. episcopi. Adelbertum cognatum nostrum ab Aduocatie administratione ecclesie sancti ypoliti remouimus.

Digitized by

eamque in manum iam dicti domini et fratris nostri. debite dilectionis ac fidelitatis quam erga ipsum habuimus intuitu. Predicte ecclesie Patauiensi. cum omni libertate resignauimus. videbatur enim ultra quam iustum esset eandem ecclesiam supradictus cognatus noster Adelbertus grauare. et episcopum sub nomine aduocatie turbare. Itaque in futurum omnem questionem auferentes. et omnimodis tranquillitati dilecti fratris nostri intendentes. eidem Adelberto fideli et cognato nostro beneficium iam sepedicte Aduocatie de aliis nostris redditibus copiose reconpensauimus. et decetero omnem repetitionem interclusimus. In futuris autem temporibus hec inconuulsa ut permaneant. sit testis cum omnibus qui aderant presens pagina sigillo nostro bullata. Facta sunt hec in conuentu celebri in loco Anesi presentibus multis utriusque nostrum fidelibus et religiosis uiris ad hec fideliter collaborantibus.

Editum a L. B. ab Hormayr in Annal. literar. Viennens. XL. 125. 1827. — Commemorat etiam Aventinus in Annal. et in Excerpt. pataviens.

XVII.

Conradi, Pataviensis Episcopi, egregia de templo suo Cathedrali et fratrum chori habitationibus cura. 1155. 30. April. Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chunradus* celesti gratia. Patauiensis episcopus. cunctis ecclesie sue Christi fidelibus salutem in perpetuum. Ad suscipienda pastoralis cure pondera domino precipiente uocati locumque nostrum Kathedralem Patauie. multaque in loco ad honorem dei a predecessoribus nostris pontificibus intra. extra monasterium ornata decent atque ordinata contemplati. nos quoque nos optimis illorum exemplis deo in-

Digitized by Google

spirante exemplificati. ad similia. in eodem loco. et per episcopatum ubique pro iuribus nostris spe retribucionis eterne superaddere curauimus siqua restarent necessaria. Ceteris igitur in eadem ciuitate annos rationabiliter Ab antecessoribus nostris ordinatis illud nobis ordinandum uidebatur in melius. ut *fratrum habitacula.* tam inter se tunc inordinate locata quam *sparsim laicorum edificiis indecenter.* et minus canonice permixta. *unum* in locum intrinsecus ecclesiam transponerentur. quatenus ad decorem domus dei fraterne fratribus et iocunde in unum habitantibus. sediciosum uulgus quicunque pro tum ut moribus sic et domibus suis a clero seiungerentur. Ad hoc ut ante faciem templi spaciosa quedam Septa canonicorum processioni delectabilis appareret latitudo ubi etiam in circuitu plebe semota fratres de choro mansionibus suis per ordinem edificatis cohabitarent. tres areas. ortum. locaque nostri iuris illic uniuersa que episcopalem attinebant iusticiam firma tradicione donauimus. ac stabilitate. Hac etiam terminorum circumscriptione ut quicquid murorum circuitus ab orientali capite sanctuarii ab utroque eiusdem austrino et boreali latere retro usque ad occidentalem ciuitatis murum intra se contineret. id nostra collacione fratribus traditum nullus successor noster episcopus alienare ab usibus eorum presumeret. Quo negocio ut cogitauimus multis coram liberis et ministerialibus adinpleto conscriptum presens ob memoriam eiusdem peractionis priuilegium. numerosis testibus et nostri appositione sigilli infra ut euidens est cautissime muniri precepimus. Porro ut ex hoc nunc et usque in omne tempus futurum huius priuilegii continentia non facile cuiquam uideatur euacuanda. Auctoritate dei omnipotentis. sub patrocinio beati Stephani prothomartiris. omniumque sanctorum in animam et corpus eterne maledictionis uinculum illis annectimus. quicunque uel ope uel ingenio predicta cassauerint. ita ut morte sine corpore et sanquine dominico preuenti. cum maledictis in ignem eternum mereantur reprobari. amen. Testes sunt ex liberis. Adelramus de Chambe. Engelschalcus de Aterseo. et frater eius. Mithboldus. Erchenbertus de Mosebach. et frater eius Hertwicus. Pabo de Zoflingen. Chunradus de amezynespach. Ceterique ex ministeria-

Digitized by Google

libus ecclesie waltherus de Glaneka. Rudegerus iudex. Hartmundus pincerna. Otto. Rudgerus. de holzhusen. et frater eius porno. multique plures. acta sunt hec anno post incarnacionem domini. M. C. L. V. Episcopatus uero nostri. VI. Mense Aprili. Luna. XXX. Indictione. II. Heinricus scolasticus recognouit. Patauie Chunradus Patauiensis. episcopus.

XVIII.

Concambium inter pataviensem praesulem Conradum (S. Leopoldi marchionis orientalis filium et duorum Bavariae ducum, Leopoldi largi et Henrici Jasomirgott fratrem) et abbatem in Klein Maria-Zell, Acelnum.

Circa 1155.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Chunradus* dei gratia Patauiensis Episcopus omnibus fidelibus salutem in eternum. amen. Quia facta regum et pontificum seu quorumlibet fidelium a memoria facile hominum laberentur nisi testimonio scripturarum continentur utile et necessarium duximus et nostris placuit fidelibus ut concambium quod legitime inter nos factum est et uenerabilem fratrem nostrum *abbatem Azelinum de cella sancte Mariae* fratribus suis astipulantibus conpetentibus ad certitudinem utriusque nostrum privilegio confirmaremus. et ut ratum et inconuulsum ab omnibus successoribus nostris permaneat inpressione sigilli nostri roboraremus. Concambium autem hoc est abbas Azelinus unam Curiam in uilla Zwischenbrvnnen et mansum unum in uilla Zwerndorf. nobis eo tenore tradidit ut si aliquis iustis et rationabilibus de causis aufferre intenderet de iure Ecclesiastico uel forensi defenderet aut predium equipollens in omni genere utilitatis ipse uel successores sui nobis uel successoribus nostris omni scrupulo impedimentum remoto redderentur Nos econuerso decimationes cultas et incultas et colendas.

Digitized by Google

in terminis sicut inpresentiarum, annotabimus fratribus monachis in cella sancte Marie secundum regulam sancti benedicti uiuentibus tradidimus. Isti sunt autem termini. Ad haidenrichesnate usque ad Wilantswart usque ad salche a salche usque benich a benich usque Noderschalineschaite et deinde usque Pechsteych per directum a dextris et a sinistris inter predia *duorum marchionum. Hainrici Orientalis. et Otachari Stirensis* usque Cholperch Achelperch super Tenninperch usque ad *parrochiam potenstayn.* Siquis hanc nostre traditionis paginam infirmare attenuare mutata presumat. nostram et indignationem omnipotentis dei in die irre et calamitatis incurrat. Acta sunt hec ab incarnatione domini. M. C. VII. Indictione. III. VII. Idus Julii aput domum ypolitum. Friderico imperatore regnante. Huis rei testes sunt isti conscripti. Albertus prepositus sancti Nicolai. Vdalricus prepositus sancti ypoliti Vdalricus prepositus de Ardacher Hertwicus prepositus sancti Georii. Otto Archidiaconus et notarius Gebhardus archipresbiter Ebergerus. plebanus sacerdos de Wienna Ex laicis pabo de Slevnz Ditmarus de spilperch Fridericus prefectus ratispone vrbis. Gebhardus filius Engelberti comitis hallensis. Albertus et frater ejus Gebhardus de Playn. Hadmarus de chvfarn Ditricus de vietdarn Perhtoldus de Mawer Hartmut de Hage. Pernoldus de sancto ypolito.

De coenobio hoc ordinis S. Benedicti, cella S. Mariae in Austria, a fonte gratiarum celeberrimo ejusdem nominis in Styria longe diverso, et monasterii inferioris Altahae colonia, 1782 suppresso, plura disseruit erudit. Ignatius *Kaiblinger*, professus et professor Mellicensis in topographia ecclesiast. austriae. Confer. etiam L. B. ab *Hormayr* histor. Taschenbuch ad annum 1813. et Beiträge zur Preisfrage des Erzherzogs Johann zur Geschichte Innerösterreichs im Mittelalter, nec non Maximiliani *Fischer* histor. claustroneoburgensem.

Digitized by Google

XIX.

Conradus laureacensis seu pataviensis antistes canoniae Reichersberg parochiam Münster donat, decimas vinearum in Crems aliaque jura confirmat. Pataviae 1156.

Chunradus Dei Gratia. Pataviensis ecclesie Minister, dilectis in Christo fratribus Ecclesie Reicherspergensis Salutem in Domino. Ecclesie Reicherspergensis in qua Deo militatis fratres in deo dilecti licet jure fundi ad Archyepiscopum Saltzburgensem respiciat. tamen ex ecclesiastico regimine adtitulata est ecclesie nostre, utpote sita in dioecesi Pataviensi, quod cum ita sit, sicut vos nobis nostrisque Successoribus recognoscitis filialem obedientiam, sic dignum et justum esse censemus, ut et nos vobis recognoscamus, paterne Dilectionis et sollicitudinis pastoralis piam curam, Proinde vinearum decimas quas ex auctoritate apostolica de laboribus vestris in villa *Chremensa* cum assensu predecessorum meorum, et meo in presentiarum possidetis, vobis permanere concedimus, insuper ecclesiam plebalem, nomine *Munstewr*, vobis in vicino adjacentem, Coenobio vestro, ea cautione annectimus, ut Ecclesie vestre prepositi, a nobis nostrisque Successoribus in partem sollicitudinis, vocati presignate plebis habeant providentiam super hac responsuri Episcopo Pataviensi. Ut autem hec nostre liberalitatis concessio firma vobis vestrisque inposterum successoribus permaneat, presentem cartam sigillo nostro communiri fecimus. Ego Conradus Pataviensis Episcopus laudo et subscribo, Ego Vdalricus S. Ypoliti Prepositus. SS. Ego Hartwicus S. Georii Prepositus. SS. Ego Heinricus S. Floriani Prepositus. SS. Ego Otto Prepositus Pataviensis. SS. Ego Rupertus decanus. SS. Ego Rupertus Plebanus. SS. Ego Heinricus Scolasticus. SS. Ego Adalbertus Sacrista, SS. Ego Adalbertus S. Nicolai Prepositus. SS. Ego Marquardus Preposi-

Digitized by Google

tus Neunburgensis, SS. Datum Patavie per manum Heinrici, Anno ab incarnacione Domini M. C. L. VI. Indictione I. Anno vero domini Chunradi Patav. ecclesie venerabilis Episcopi, octavo feliciter amen.

Indictio Conradi praesulis anno octavo non respondet.

XX.

Conradus Pataviensis Episcopus ratihabet traditionem mancipiorum ecclesiae suae factam ab Engilberto Hallensi-Comite, ejusdem uxore Hadewich et filiis suis Gebhardo et Theoderico.

1158. 2. Juny.

Editum jam No. XIII. p. 112 in codice secundo.

XXI.

Conradus, Pataviensis Episcopus, fratribus suis de choro pataviensi in augmentum praebendae suae confert reditus vacantis ecclesiae de Pezenkirchen.

1159.

Chunradus Celesti gratia Patauiensis. episcopus. Cunctis ecclesie sue Christi fidelibus. salutem. in perpetuum. Nobis pastoribus qui in domo. et pro domo domini laborare debemus. huiusmodi cause frequenter oboriuntur in quibus ad effectum pro ducendis. sicut labores. ita et sumptus ampliores requirunt. Quod et nobis nostri tempore pontificatus accidit. quando diuersis itineribus et negociis pro necessitatibus ecclesie nostre ineuitabiliter susceptis quedam preciosa de erario sedis nostre credita consump-

Digitized by Google

simus. que ex debito et bona uoluntate dum fieret oportunum. soluere decreuimus. Insoluendo autem demutuata pecunia cum CC. XL. V. libras deberemus uisum est nobis et placuit nostris omnibus ut debitum illud in augmentum prebende fratrum nostrorum de choro utiliter conuerteremus. Quo tempore cum uacaret ecclesia de *Pezinchirchen* decimas et utilitates eiusdem barrochie inter plebanum quicunque ibi futuris essent. et fratres nostros de choro. sic diuidendas statuimus ut sacerdos ille cum dote ecclesie decimas quas apud Burchstal consuetudo fuit conportari. ad suos usus reciperet reliquum uero tocius utilitatis concanonicis nostris in augmentum stipendii sui nostra donacione transferret. Sic enim et illis in perpetuum profuisse et nos prefati debiti soluisse nobis et omnibus nostris non inutile uidebatur consilium. Donamus igitur sicut iam distincte sunt. fratribus illas decimaciones et donacionem legitimam multorum qui aderant fratrum et fidelium nostrorum et fauore collaudatam scripto banno. et omni confirmacionis uinculo. confirmatam corroboramus. Et enim qui statutum illud uel modo uel postmodum uiolentia uel ingenio quocunque labefactare. inminuere et annullare temptauerit in extremis suis corporis et sanguinis domini nostri mereantur perceptionem. et in extremo ex anime inter maledictos audiant et perferant excommunicationem quibus dicitur. Ite maledicti in ignem eternum. Vt igitur hec et actio et actionis confirmacio et presentis et futuri temporis hominibus fieret notissima conscripta est inde nostra iussione et sigilli impressione communita presens pagina. Acta sunt hec anno post incarnationem domini. M. C. L. VIIII. Indictione VIII. Anno domini friderici regis VI. Imperii uero sui. III. anno autem pontificatus nostri. XII. Testes sunt ex *nobilibus* quidem. Adelramus et filius eius Adelramus de Chambe. Fridericus Ratisponensis prefectus. Baldemarus. Babo de Ahusen. Amelbertus. Ex *ministerialibus* autem. Engelbertus et frater eius. Otto de Strvben Rudegerus et frater eius. Porno de Holzhusen. Waltherus de Glanekke. Vdalricus de Pornheim et frater eius Siboto. Hartmudus pincerna. Meinhardus de Spilberch et ceteri.

XXII.

Conradi, Pataviensis Episcopi statutum pro burgensibus suis in fano St. Hypoliti.

1159. 3. Mai.

Editum a L. B. ab Hormayr in annal. litt. viennens. 1823. et in codice secundo No. XIV. p. 114.

XXIII.

Conradus, Antistes Pataviensis, impertitur in augmentum praebendae fratribus Capituli sui ecclesias ad St. Stephanum, in Pezenkirchen et in Schweinkirchen.

1159. Pataviae.

Chunradus Celesti gratia. Patauiensis episcopus. Vniuersis in Christo fratribus suis in ecclesia sancti Stephani presidentibus totique per episcopatum suum clero simul et populo perpetuam utriusque hominis salutem et benedictionem a domino Religiosi predecessores nostri pontifices singuli pro suis temporibus diuinitus inspirati. multa utiliter et honeste tum in hac episcopali sede tum in ceteris locis eidem sedi subjectis. inueniuntur ordinasse. et ordinando sibi felicem apud deum et homines memoriam conparasse. Nos quoque deo uolente eodem spiritu et exemplis eorum instructi. pro bono et canonice conuersacionis dignitate hoc principue et nos in diebus nostri pastoratus necessarium procurare duximus. ut fratribus nostris sollicitudinem de crastino proposse nostro deo adiuuante minuamus et prebendam eorum quam pauperem et necessitati ipsorum insufficientem inuenimus. auctiorem faciamus. Qui ne de hodierno uel crastino

Digitized by Google

operibus uel induantur. uel unde reficiantur solliciti acquirendo regnum dei et iusticiam eius. pro temporalium necessitate prepediantur. decimas et utilitates de tribus pariochialibus ecclesiis infra nominatis colligendas in augmentum prebende sue. tocius cleri et fidelium nostrorum fauore contulimus. Ecclesiarum uero quarum usus ipsis destinauimus. uocantur una. sancti Stephani ecclesia *Pezenchirchen* altera. Tercia. *Sweinachirchen* Ad integritatem quoque eiusdem prebende conseruandam a nobis est confirmatum et ab uniuersis canonicis collaudatum. ut dispersa recolligantur. collecta cultibus exerceantur. et culta neque per nos. uel successores episcopos non per prepositum aut quam libere inclaustro personam. donacionem concessione. aut ulla penitus alienatione distrahantur. His igitur pro nostra omniumque fidelium saluacione diligenter prouisis hanc actionem. et nostri temporis institucionem. si forte deo possint fructificare contra obliuionem hominum uel negligentiam contra ingenium quorumque et uiolentiam presenti commendauimus pagine. confirmantes in domino illius continentiam et rogantes post nos secuturos episcopos ut sine retractione firmam paciantur et inconuulsam. quam nos fecimus cum fratribus iniamus. Acta sunt hec Patauie. et sigilli nostri impressione sicut est euidens communita. Anno post incarnacionem domini. M. C. L. VIIII. Indictione. VII. Anno uero pontificatus nostri. XII. Testes sunt ex nobilibus quidem. dominus Adalbertus de Berge. Gotschalcus de Riedeke. Adalramus de Chamba et filius eius adalramus. Erchenbertus de Mosebach. Fridericus Ratisponensis prefectus. Rapoto comes. Pabo de Hahusen. amelbertus. Paldmarus. ex ministerialibus autem. Rudegerus iudex. Engelbertus et frater eius de Strvben. Manegoldus de Wesen. Rudegerus et frater eius. Porno de holzhusen. Waltherus de Glaneke. Vdalricus de Pornheim. et frater eius Sigboto. Hartmudus pincerna. Meinhardus de spilberch. et ceteri.

Digitized by Google

XXIV.

Conradus episcopus coenobio S. Floriani parochiam S. Michaelis in Wachau pleno jure confert, in concambium plurium mansorum, castro Ebelsperch adjacentium. 1160. Pataviae.

Chvnradus dei gratia Patauiensis Ecclesie Episcopus. cunctis Ecclesie sue Christique fidelibus salutem in perpetuum. amen. Propter diuinam clementiam meritum nobis accrescere credimus et speramus. si iuxta pontificis officii debitum religiosorum virorum indempnitati consulere et indigentiam eorum releuare et supplere curauerimus. Siquidem dilecti filii nostri Heinricus prepositus et fratres de domo sancti *Floriani* de prediis Ecclesie sue obtulerunt gratie nostre. XIIII. mansos *Castro nostro Ebelsperch* adiacentes in quibus a Castellanis nostris, et hominibus eorum multa paciebantur incommoda. usque adeo quod frequens clamor rusticorum tam nos quam illos sepius perturbauit. Nos vero attendentes, quod iam dicta Ecclesia Patauiensi Ecclesie specialis est filia, volentes pariter deuotionem predictorum fratrvm, nostre largitatis beneficio gaudere. de consensu et consilio fratrvm et Ministerialium ac fidelium nostrorum, tradimus prefate Ecclesie sancti *Floriani.* parrochialem Ecclesiam sancti Mychahelis in *Wachowe* pleno iure disponendam, cum omnibus suis pertinentiis cultis. et incultis quesitis et inquisitis. cum terminis et decimis. et omni genere vtilitatis. nostra sibi auctoritate concedentes. quatenus propter prouisionem vinearum suarum qui pro tempore prepositus fuerit. plenam habeat potestatem. vnum de fratribus suis. ibidem ponendi. et inutilem remouendi. ac utilem substituendi. Et ut hec nostra donatio futuris temporibus firma et inconuulsa *) permaneat. Hanc inde paginam conscribi, et sigilli nostri iussimus impressione conmuniri. Acta sunt hec Patauie. Anno domini. Millesimo C. LXX. Indictione. VII. anno V. episcopatus nostri. XIII.

Ego Chunradus Episcopus. laudo et subscribo. Ego Rudber-

*) Cod. habet: convulsa.

Digitized by Google

tus Decanus. laudo et subscribo. Ego Rudbertus senior. laudo et subscribo. Ego Chunelinus. laudo et subscribo. Ego Albinus laudo et subscribo. Ego Sighardus Laudo et subscribo. Ego Adalbertus Laudo et subscribo. Ego Fridericus Laudo et subscribo. Ego Heinricus magister scole. Laudo et subscribo. Ego Otto. Laudo et subscribo.

XXV.

Conradus, Pataviensis Antistes, aream Biburg in ripa Oeni fluminis secus Pataviam tradit ad capellam S. Aegydii ibi exstructam in receptaculum Leprosorum, accipit simul traditionem praedii in Stockstall, in orientali plaga, a Sigehardo nobili et a filio suo iterum Sigehardo factam.

Patavie 1160.

Editum in codice secundo, No. XV. Fol. 115.

XXVI.

Conradus Pataviensis Episcopus, intuens fidelia civium suorum Pataviensium servitia, confirmat et auget illis nundinas singulis annis quatuordecim dies a festo beati Jacobi et post inventionem S. Stephani Protomartyris durantes.

1160 (26. Jan.) Patavie.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Chunradus dei gratia. Patauiensis. ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia ex uirtute principum multi pauperes de miseria sua eriguntur. et eleuantur. et qui fideliter dominis adheserint uel participes laboris eorum. extiterint. quandoque digne et

magnifice ab eis remunerantur. Inde est quod nos ex frequenti seruicio Ciuium nostrorum in Patauia et deuocione quam circa nos habebant sicut in multis experimentis ad plenum cognouimus respondere iuxta desiderium eorum debemus. et parati sumus. Nundinas singulis annis illis in temporibus quibus huc usque habite sunt. inchoantes a festo beati Jacobi et post inuentionem sancti Stephani. protomartiris quatuordecim diebus durantes ciuitati nostre presentis pagine scripto inperpetuum donacione nostra concessimus. Statuentes ex auctoritate dei patris omnipotentis et filii eius domini nostri Jesu Christi. et spiritus sancti qui abutroque procedit. ut nulli successorum nostrorum liceat ex aliqua industria hoc factum de loco suo mouere. destruere. infirmare. infringere. aut nouis adinuentiis uel excogitatis uersuciis disturbare. uel inmutare. Sed cunctis diebus presentis seculi apud omnes homines ratum et inconuulsum permaneat. Siquis autem hoc factum attenuare attemptauerit. aut Aliquo malo ingenio subuertere presumpserit cum impiis deputetur terra eum uiuum sicut dathan et Abyron deglutiat. et nisi resipiscat in extremis a corpore et sanguine Christi alienus fiat. Ego chunradus episcopus Patauiensis. Ego. Otto prepositus. Ego Albono prepositus. Ego Rudbertus decanus. Ego Chunlinus archipresbiter. Ego Adalbertus. Ego Fridericus. Ego Jacobus. Ego Fridericus. Ego sigehardus. Ego Otto. Ego Otto Archidiaconus. Ego pilgrimus. Ego Gozwinus. Ego Heinricus magister. Ego Heinricus. Acta sunt hec anno ab incarnacione. domini nostri Jesu Christi. M. C. LX. IIII. Indictione XI. VII. Kalendas Februarii. Data eadem die Patauie.

XXVII.

Conradus Episcopus transigit cum Comitibus de Beilstein, Conrado seniore et filiis suis, Conrado et Sigifrido, de administratione parrochiae ad St. Leonardum, adstante procerum et nobilium terrae orientalis multitudine.

1160 (27. Aug.) ad S. Hippolytum.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Chunradus dei gratia.

Digitized by Google

Patauiensis. episcopus. Omnibus Christi fidelibus salutem inperpetuum. Ordo officii nostri nos hortatur et ammonet. iustas et racionabiles peticiones principum et omnium fidelium in suis negociis admittere. et desideria eorumque secundum deum habentur ad effectum ducere. Per hoc enim credimus incelis retribucionem a domino percipere. hominesque ad omne opus bonum inchoandum et perficiendum deuociores reddere Ea propter ad noticiam ponimus omnibus christi fidelibus. tam futuris quam presentibus. quod nos inducti consilio fidelium nostrorum cleri et populi cum comite. Chunrado de Pilstein et cum duobus filiis suis. Sigefrido et Chunrado. super quondam concambio legitimo conuenimus. scilicet quod nos in *parrochia sancti Leonhardi* que in fundo eorum constructa est. terciam portionem decimacionis. Adopus et prebendam plebani sacerdotis eiusdem ecclesie traderemus. et peticionem iustam de sacerdote competenti ibidem constituendo. Chunrado comite seniore. dum ipse uiueret. et post mortem ipsius duobus filiis suis prenominatis concederemus. Hac interposita distinctione ut senior frater quamdiu hereditas ipsorum indiuisa permaneret. peticionem de sacerdote racionabili prehaberet. Postquam autem inter se diuidant. quicunque possessor *castri Pilstein* existat. ad illum peticio transeat. et obeuntibus illis seniori cui hereditas eorum succedat ipsa quoque peticio relinquatur. Adicimus etiam ut si forte eundem locum ad communem uitam. S. augustini uel monachorum inmutare uoluerint licenciam nostram habeant. et opem in quibuscunque necessarium eis fuerit apud nos inueniant. E conuerso comes Chunradus et duo filii sui. Sifridus et Chunradus quandam curtim que dicitur uillicacio in loco Sigenheim cum omnibus suis appendentiis. cultis et incultis. aquis. pratis. pascuis. siluis et in omni genere utilitatis. cum IIII. mancipiis et eorum liberis super reliquias beati Stephani patauie delegauerunt. Huius rei isti sunt testes conscripti. Chunradus comes et filii eius duo. Sigefridus et Chunradus Heinricus et frater eius Sigehardus de Schala. Liutoldus comes et filii eius. Leutoldus de Pleigen. Fridericus Ratisponensis prefectus. Vdalricus de Pernekke. Adalbertus et frater eius. Gebehardus de Steine. Adalber de Chunringen. Her-

chenbertus de Gors. Heinricus de plaewinike. Uvarmundus de Echendorf. Uvichart de Stiuen. Vdalricus de Asparn. Otto de Laize. Wielant chlanh. Herman de Hirzperch. Livpoldus de Walde. Ex clero Abbas Medlicensis. Erchenfridus Johannes. Chonwicensis Abbas. Vdalricus prepositus de Ardacher. Albinus de Mosburch. Vdalricus de S. ypolito prepositus. Hertwicus prepositus S. Georgii. Marquardus prepositus Nivnburgensis. Otto notarius. Hec autem acta sunt anno ab incarnacione. domini. M. C. LX. Indictione. VII. VI. Kalendas Septembris. Datum eodem die apud sanctum ypolitum.

XXVIII.

Notitia de dedicatione ecclesiae ad hospitale St. Aegydii Pataviae in ripa Oeni fluminis. ao. 1160.

Eodem anno cum dedicata est hec ecclesia. in honore sancte Crucis. et genitricis dei Marie. et S. Johannis baptiste phillippi. apostoli Stephani protomartyris. Pancracii martyris. Mauricii. martyris Sanctorum confessorum. Martirni. Gregorii. Egidii. Valentini. Seuerini. Leonhardi. Lucie virginis. De choro S. Stephani. fratres decimaciones quas in eodem loco habebant. cum tribus aliis decimacionibus quas unam apud Sweinahe. alteram. Schelnahe. Itenespach. terciam eo tenore. tradiderunt. ut qualiscunque eidem locello presit. VI. solidos in usum fratrum singulis annis persoluat. siquid autem superfuerit, pauperibus ibidem positis erogetur. Rudbertus decanus de choro. S. Stephani. predium apud prachpach situm. eodem tempore eidem loco tradidit. Heinricus Patauiensis ecclesie plebesanus. sub eodem tempore. predium quod Sulprvnne habebat tradidit. Sub eisdem testibus predium Ratenperge delegauit. Meinhardus de Spilberch. Ministerialis. S. Stephani. mansum unum apud flumen quod dicitur Chalba delegauit.

Digitized by Google

XXIX.

Conradus Pataviensis Episcopus adauget privilegia et possessiones ecclesiae S. Aegydii in solamen pauperum et leprosorum conditae.

1163. (26. Novbr.) Pataviae.

Editum No. XVI. p. 117. in codice secundo.

XXX.

Conradus pataviensis episcopus resarciens damnum coenobio S. Floriani *) illatum a domo sua in Ebelsperch, praeposito Henrico confert parochiam S. Michaelis in Wachau in Austria juxta Danubium.

Cremsmünster 22. Nov. 1164.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Chunradus dei gratia Ecclesie Patauiensis Episcopus omnibus Christi fidelibus presentem litteram inspecturis. salutem in perpetuum. Cum sollicitudo communis episcoporum religiosos viros et res ad eos pertinentes. manu tenere debeant. et ab iniquorum hominum inpugnatione defensare. iustum est et rationabile ut presertim caueant ne aliquis de suis presumant pauperes Christi in aliquo disturbare. molestiare. aut aggrauare. Inde est quod nos querimonia dilecti fratris nostri Heinrici sancti *Floriani* prepositi. et fratrum suorum super incommoditatibus et dampno a domo nostra in *Ebelsperch*, colonis suis frequenter irrogato. sopire cupientes. inito, et communicato consilio canonicorum nostrorum de choro sancti Stephani ceterorumqus fidelium nostrorum in hoc conuenimus. quod plebesanam Ecclesiam sancte *Mychahelis in Austria*, iuxta

Digitized by Google

Danubium in *Wachowe* cum omnibus suis pertinentiis et appendiciis terminis antiquitus prefixis et assignatis decimationibus cultis et incultus in omni genere utilitatis, ad prebendam, et in usus fratrvm regularium de domo sancti floriani tradidimus. et ab ipsis econuerso. XIIII. mansos castro nostro adiacentes, et contiguos. in Inferiori Waennpach. VI. in superiori. II. et dimidium. In holzheim dimidium. Juxta Trunam superius Gotscalchinge. III. Trunerdorf. I. aput Eigelhouen. I. recepimus, in quibus a nostris precipue distractiones rerum. et dilapidationes paciebantur. et inde clamores rusticorum sepius personaliter et audiebantur. Vt hoc factum utribusque ratum et inconuulsum in perpetuum permaneant. presentis pagine scripto confirmamus. et ne alicui. successorum nostrorum licentia sit inmutandi. aut possit disturbare. transfundere. uel aliquibus inductionibus refricare. auctoritate omnipotentis dei patris et filii eius domini nostri Jesu Christi et spiritus sancti. qui ab utroque procedit roboramus. Siquis autem id aliquo modo, uel malo ingenio infirmare aut retractare attemptauerit. iram et indignationem iusti iudicis morat. et in extremo examine. cum inpiis deputetur. et in egressu a substancia nisi resipiscat corpore et sanguine Christi careat. Acta sunt hec anno incarnationis domini nostri Jesu Christi. M. C. LXIIII. Indictione. VII. X. Kalendas Decembris. Datum eadem die Chremsmunster. Ego Ch. Episcopus. SS. Ego Albertus Custos SS. Ego Rudbertus Decanus SS. Ego Fridericus. SS. Ego Albinus prepositus. SS. Ego Jacobus. SS. Ego Chunilinus SS. Ego Otto Capellanus. SS. Ego Sighardus. SS. Ego Heinricus magister. SS. Ego Otto de Riede. SS. Ego Vdalricus. prepositus. SS.

*) Coetuum religiosorum, animarum et agrorum uti et artium et literarum culturae, summa cum laude, per tot jam saecula inservientium, sanctius vix aliquid nec antiquius habuit Bojorum regio, quamvis monasteriorum feracissima, nec efficta ex Bojoariae visceribus Austria, quam canoniam ad S. Florianum, hora ab Anaso una, duabus a Lentia, supra Anasum metropoli distantem et tanto in explorando medio aevo viro insignem, uti clar. Franciscus *Kurz*, canonicus et parochus. — Prima ejusdem initia

Digitized by Google

divo Norici ripensis apostolo Severino adscribenda esse, maximam praesefert verosimilitudinem. — Codex pataviensis vetustissimus monstrat nobis jam sub merovingicis Franciae regibus, libertati boicae internecinis, nec non sub Agilolfingis ducibus, 624 — 639. Otgarium praesulem laureacensem in „loco Pouche" (der heutige Markt S. Florian) „ubi pretiosus martyr Florianus corpore requiescit." — Sub Richario antistite, „Comes Guntherus offert haereditatem suam *S. Floriano* et *congregationi clericorum* ibidem in loco, die noctuque deo servientium." — Lectori benevolo et sacrarum antiquitatum studioso, pergratum procul dubio erit, si illi, praecipuas eximii hujus loci chartas ordine chronologico, perbreviter ante oculos ponamus:

892. 15. Febr. Ottingae, Arnolphus Rex *S. Floriano* martyri confert quasdam res proprietatis regiae in Rorbach in pago Traungau, quas prius Thiehardo donaverat, qui autem apostata factus est et regnum et fideles regni depraedavit (888 Arnulphus ipse aderat in aedibus *S. Floriani*, ibique Snelperoni Abbati Chremifanensi tres huobas contulit.)

900. 19. Jan. Ratisponae, Ludovicus infans ad preces *Liutpoldi*, illustris Comitis ac dilecti propinqui exaudit lamentationes Richarii, Pataviensis Episcopi, „quod seuiente proh dolor paganorum inpugnatione, *quedam pars dyocesis sue, ubi S. Floriani martyris monasterium* constructum esse cognoscitur, *ex improviso devastata* est, precans ut civitatem illam, quam fideles nostri regni pro tuitione patrie, unanimiter contra eorundem christiani nominis persecutorum insidias noviter in ripa *Anesi* fluminis, partim in proprio jam dicti *martyris*, partimque in terra *prefecture terminalis* statuentes construxerunt, ad suprascriptum, sacrosanctum locum, in quo ejusdem beatissimi martyris corpus venerabiliter humatum est, *traderemus*" — quod etiam juvenis Rex piissimus peregit.

907. 17. Juli. in Monasterio *S. Floriani*, Ludovicus Rex, Luitpoldum Ducem, primores, episcopos et exercitum Ba-

Digitized by Google

variae adversus Hungaros arma moventes concomitatus, Burghardo Pataviensi Praesuli confert Ottingam in indemnitatem enormis damni ecclesiae suae per incursionem Hungarorum illati. — Paucis hebdomad. post, apud Posonium Luitpoldi exercitus cladem illam cannensem perpessus est, cujus demum Otto magnus ultor *acerrimus* extitit in campis Lici apud Augustam 10. *Aug. 955.*

1002. 20. Juli in Kirchberg, Heinricus sanctus confert monasterio F. Floriani hobam suae proprietatis juxta ripam fluminis Ippha (Ipf.)

1071. 25. Juni Pataviae, Altmannus Episcopus instaurat monasterium S. Floriani „quondam *in pago Laureacensi*, *ab antiquissimis terrae illius incolis*, juxta rivulum qui ypha dicitur fundatum, sed in illo Lauriacensis ecclesiae excidio, tempore Wufilonis, a barbaris destructum et postmodum annis multis quasi desolatum."

1109. 4. Nov. juxta Pataviam, in reditu de Ungaria, confirmat *Henricus* V. donationem Eponis de *Windberg* ad St. Florianum de bonis suis ab Ebersbach et Boesenbach usque ad terminos Bohemiae, coram Welfone Duce Bavariae, Berengario, Comite de Sulzbach etc.

1115. — — *Leopoldus* Marchio orientalis homines St. Floriani liberat a debitis illi tributis in Riedmarch.

1125. 20. Nov. Ratisponae *Lotharius* Rex Monasterio St. Floriani omnia bona sua confirmat, consensu Heinrici Ducis Bavariae ejusque filii Heinrici et Liutpoldi Marchionis orientalis.

1137. — — apud Crems et 1139 apud St. Florianum, *Leopoldus* austriacus, Bavariae Dux renunciat omni liti circa donationem Epponis et tribuit St. Floriano debitum obsonium, quod ad nostram pertinet rationem et vulgo dicitur Marthinest.

1141. 24. Juni. Pataviae Reginberti, Pataviensis Episcopi confirmatio privilegiorum antecessorum suorum Ulrici de 1111 et 1113 Reginmari parrochias Ried et Münzbach, Larberg, Kazelsdorf, Waldkirchen et parrochiam domesticam attinens 1122.

Digitized by Google

1142. — — Ratisponae, *Conradi* Imperatoris confirmatio privilegiorum, in specie donationis Epponis de Windberg.

1143. — — Reginbertus Episcopus donat parrochiam Feldkirchen, idem testatur advocatum canoniae Adelramum de Berge, jus quoddam advocatiae, canonicis delegavisse 13. Martii 1145, — idem Dietmaro praeposito concedit parrochiam Hargelsberg 24. Nov. 1145, — idem Reginbertus hospitale in Voeklabruck in suam protectionem suscipit, eidemque adjicit parrochiam Schoendorf 5. Jan. 1148 Cremsmünster.

1151. — — Conradus Episcopus St. Floriano parrochiam Waldarn offert et antecessoris privilegium circa hospitale in Voeklabruck confirmat. — Idem 1158 donat Henrico praeposito partem decimarum, quam fratres de Holzhausen in ipsius manus resignaverant. — Idem 1159 donat hospitale in Voeklabruck, — idem 1162, 1. Dec. in Cremsmünster tradit S. Floriano parrochiam S. Michaelis in Wachau, — nec non Henrico praeposito facultatem concedit, eandem parrochiam alicui e canonicis suis tradendi. — 1165 Pataviae 18. Nov. idem declarat ecclesiam Kirchdorf, alio nomine Spitz filiam esse S. Michaelis.

1183. 21. Juli. Pataviae, Litterae Theobaldi praesulis confirmantis donationem hospitalis in Voeklabruck. — Idem decidit litem de praediis in Winkel et Tiefenbach 24. Jan. 1188 ad St. Hypoliti.

— — — Wolfkerus antistes S. Floriano tradit curtem in Sumerau (sine omni nota.)

1209. Landshut. *Ludovici*, *Bavariae Ducis* litterae, quibus concedit facultatem ministerialibus suis, testamento legare S. Floriano bona sua.

Ejusdem litterae, testantes, etsi *salina in Halle* jure hereditario ad Landgravium de *Luikenberg* devenerit, fratres domus St. Floriani nihilominus 150 Carradas salis annuatim esse recepturos. Dat. Landshut 1209.

Digitized by Google

1213. 21. Mai. Nürnberg, *Otto* IV. Imperator exemtionem Canonicae a judiciis saecularibus ratam habet.

1215. 14. Febr. Ratisponae *Friderici* II. confirmatio ejusdem exemtionis.

1237. Mense Febr. Viennae, repetita istius privilegii *Friderici* II. confirmatio.

1248. 1. Sept. Rudigerus Episcopus Canonicae St. Floriani donat parrochiam Ansfelden. — Idem antistes 1244 in domo St. Floriani fratribus de Stira concesserat libertatem, praedia sua in Hargelsberg, quae jure feudali ab ecclesia Pataviensi possederant, titulo proprietatis beato Floriano tradendi.

1258. 25. Juli. Ebersberg, *Otto de Lonsdorf*, Episcopus Patav. declarat, Alberonem de Chunring renuntiasse omni actioni in capellam Litenkirchen.

1279. 6. Juni. Viennae. *Rudolphus* Rex confirmat privilegia exemtionis 1215 et 1237 a Friderico II. concessa.

XXXI.

Conradus Episcopus donat Sigefrido, Abbati Aldersbacensi, aream quandam juxta Danubium in Patavia.

1167. (29. Julii.) Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albonus dei gratia. Patauiensis Electus. omnibus Christi fidelibus salutem inperpetuum. Multa quidem bene. illa uero per optime collata pro deo uidentur beneficia. in quibus uere et feliciter et Christus honoratur. et fratrum religiosorum deo seruientium indulgentia aliquatenus releuatur. Itaque dominum Sifridum pium ac uenerabilem Alderspacensis monasterii Abbatem. simul et fratres suos in domino libenter exaudientes. et spe retributionis eterne inducti atque inclinati. aream quandam secus danubium in Patauia que nostri iuris erat et proprietatis. fratribus nostris maioris ecclesie canonicis ea tradidimus condicione. ut eandem predictus Abbas et fra-

Digitized by Google

tres sui eorumque successores. a presentibus et futuris. Patauiensis ecclesie kathedralis inperpetuum accipiant et obtineant in beneficium. Verum tamen quia in circuitu nimis stricta. et arta fuit area quam pretaxauimus ac abbatis et monachorum utilitati minus poterat sufficere. aream coadiacentem nos et fratres de choro ad quos spectat. utraque area domini Abbatis amore iuncti et familiari pietate deuicti. in augmentum gratie maioris atque beneficii super addidimus. quatenus ob dei reuerentiam et remuneracionem perpetuam. Ciuitatem nostram uiri religiosi. Hinc autem inde pretereuntes. ipsi quoque de predicto loco. monachi et bona ipsorum prebendalia constructis ibi domo atque cellario uituto et quiete recipiantur. His omnibus ut predictum est sollempniter atque publice peractis ut actio uigorem suum et stabilem inperpetuum obtineret memoriam presentis pagine testamentum et subscriptarum testimonium personarum inde conscribi. et sigillo muniri. et in armario nostro contra obliuionem et uiolentiam obtrectarorum conseruari precepimus. Testes sunt de Clero qui aderant. Sigehardus decanus. scolarum magister. Heinricus. Chunlinus archipresbiter. Otto Subdiaconus de Riede. Fridericus presbiter. Pilgrimus. Gozwinus. Dietmarus. Albero. Gerhardus et ceteri. Ex laicis uero nobilibus. Rapoto comes de Ortenberch. Dietricus de Povmgarten. Poto de Maessingen. Ex ministerialibus uero testes sunt. Otto de Strvben. Rvdegerus de Aheim. eiusque filius. Marquardus. ceterique ex ciuibus uero quam plurimi. Arnoldus. Herbordus. Gervngus. Rudegerus et eiusdem nominis filius suus. Rudegerus. Watzemannus. Engelbertus. Acta sunt hec. anno ab incarnatione domini. M. C. LX. VII. Indictione. XIII. Data Patauie IIII. Kalendas Augusti. feliciter amen.

XXXII.

Conradus, Antistes Pataviensis, Canonicis suis Patauiensibus in augmentum praebendae confert ecclesiam in Kirchdorf. Patavie 1172. (14. Maii.)

Heinricus dei gratia. Patauiensis Episcopus. Cunctis ecclesie

sue Christique fidelibus salutem inperpetuum. Presentium pariter et precedentium. docent nos et docuerunt Episcoporum exempla. et aliorum consuetudimis fidelium ut fratribus in diuino mancipatis obsequio sollicitudinem cogitandi de crastino ex facultatibus a domino nobis et ecclesie collatis minuere studeamus. hac quidam intentione ut et illi ad deo seruiendum expediciones et nos fiducia elemosinarum per oraciones eorum de celesti retribucione possimus esse ut cunque cerciores. De his quidem nobiscum et cum aliis religiosis. et bone uoluntatis hominibus deliberantes. uiuis et defunctis expedire credidimus si in augmentum prebende sue fratribus in choro nostro Patauiensi ad sanctum Stephanum protomartyrem per canonicales horas iugiter et inremisse laborantibus aliqua super adderemus intuitu eterne retribucionis inpensas. Quam utique uoluntatem in nobis consensu fidelium nostrorum promouit et adauxit peticio. ut quod libenter facturi eramus propter communem omnium peticionem et instantiam libentissime facere deberemus. Ecclesia itaque in Chirchdorf que ex contiguitate loci conpetebat. cum omni plenitudine sua. et pertinentiis dote uidelicet uniuersa areis. Mancipiis. oblacionibus. decimis uel alio quocunque nomine aut precio estimandis. presentis et futuri temporis utilitates. fratribus predictis in additamentum stipendii sui contradidimus. Denique ut solet et expedit fieri actionem hanc nostris testibus. et scripto corroborantes. etiam sigilli nostri affixione. sicut patet aspicientibus in perpetuum communitam fore decreuimus. Nimirum qui fratrum oracionibus eorumque canonicis obseruacionibus et temporalem illorum sustentionem et communem suam et nostram in eternum saluacionem exinde adiuuare confidimus. Postremo precauentes in futurum scripto et uiua uoce adiecimus. ut siquis forte quod non credimus huius nostre auctoritatis donacionem uel intoto. uel in parte cassare inminuere quandoque attemptauerit celesti cassatus benedictione reproborum. auctoritate patris et filii. et spiritus sancti. incurrat maledictionem. Acta sunt hec Patauie. anno post incarnationem. domini. M. C. LXXII. Indictione. III. II. Idus mai. Testes sunt isti. quoque Fridericus decanus. SS. Ego Piligrimus. SS. Ego Gozwinus. Ego Hein-

Digitized by Google

ricus scolasticus. Ego Heinricus. Ego Octauianus. Ego Diethmarus. Ego Willehalmus. Ego Gerhardus. Ego Laurentius. Ego Wernhardus. Ego Poppo. Ego Regenboto. Ego Adalbertus. Ego Albero. Ego Ekehardus. Ex principibus testis est. Vdalricus Comes de Berge. Ex nobilibus uero Erchenbertus de Hagenowe. De Chambe tres fratres germani. Adalramus. Adalbertus. Walchunus. Engelschalchus de Wasen. Ex ministerialibus uero. Otto de Strvben. Hugo. Rudegerus de Holtzhusen. *) Chunipoldus. Richkerus et frater eius. Wernhardus de Wesen. Heinricus de Spilberch. Walchunus de Matse. Alkerus de Waldeke. et ceteri.

XXXIII.

Theobaldus antistes pataviensis, Comes de Bergen, e matre Andeccensis, frater Manegoldi, confirmat donationem jam sub Episcopo Conrado factam ab Engelberto de Plankenberg ad pontem in Oeno, Pataviae, coram Duce Austriae Leopoldo, advocato, et coram caterva testium et Albuino sacerdote et pontis et leprosorum ad S. Aegydium custodiam habente.

1173. apud S. Nicolaum, Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theobaldus dei gratia Patauiensis Episcopus Omnibus Christi fidelibus salutem in perpetuum. Quia periculosa tempora sunt. et mundus in maligno positus est. ualde necessarium duximus. ut tradiciones que per manus fidelium sunt. et in remissionem peccatorum suorum. testimonio litterarum. confirmentur. ne maligni spiritu intellectum eorum bonum subuertant et alia de causa. ne propter uetusta-

*) Cod. habet erronee Stoltzhusen.

tem et longitudinem temporum gesta priorum a memoria hominum laberentur. Inde est quod ad memoriam omnium fidelium tam presentium quam futurorum ponimus quod Engelbertus uir nobilis de Planchenberge. in tempore domini nostri episcopi Chunradi predecessoris nostri beate memorie mansum unum in Winnenberge cum omnibus mancipiis utriusque sexus. qui eundem mansum inhabitabant et ad ipsum pertinebant. tradidit potenti manu. absque omni contradictione super pontem in Eno. Patauie constitutum. Ista tradicio corroborata est. aput sanctum Nycolaum coram duce Austrie aduocato. Huius rei testes sunt. Theodericus comes de Viehtenstein. Livpoldus comes de pleigen. Chunradus comes de Pilstein. Heinricus de Julbach. Heinricus et Purchardus de Viehtenstein. Eberhardus de Pvchenberge. Tiemo. Otto. frater Wernheri de Eichenpach. Richgerus et frater eius. Wernhardus de Wesen. Fridericus castallus episcopi. et filii eius Eberwinus. et Heinricus. alio quoque tempore inter ecclesiam beati Stephani protomartiris. et capella dei Genitricis marie. in presentia nostra. et presente prefato engelberto et aliis multis quorum nomina desubtus scripta inueniuntur. et domino Albewino. sacerdote presente qui tunc temporis Leprosos apud sanctum Egidium curabat. et pontem in sua custodia habebat. Omnia priora facta huius tradicionis sunt renouata scripto presentis pagine confirmata. atque inpressione sigilli nostri corroborata. Huius rei testes sunt conscripti. De choro Fridericus. decanus. Chunlinus archipresbiter. Chunradus cellerarius. Adalbertus custos. Otto archidiaconus. Jacobus. archidiaconus. De Laicis uero Otto Lantcrauius. et duo filii eius. Engelbertus de Planchenberge. Alkerus et duo filii eius. de Waldeke. Chadelhohus de Valchenstein. Eberhardus de Puchenperge. De Vrbanis uero. Willehalmus. Madelwinus. Meinhalmus. Wernhardus et frater eius. Wergandus. Pabo et frater eius. Heinricus. Pernoldus. Gozo. Raehwinus. Purchardus Livthart. Werngart. et frater eius. Ekkehardus. Vrlivge et frater eius. Rudegerus. Hec acta sunt anno ab incarnatione. domini. M. C. LXXIII. Indictione V.

Digitized by Google

XXXIV.

Theobaldus, Pataviensis Episcopus, fratribus suis de choro in additamentum praebendae confert, cum decimis in Katzelstorf parrochiam S. Pauli in ipsa Civitate Pataviae.

Pataviae 1179.

Edidit codex alter p. 121. No. XIX.

XXXV.

Theobaldus praesul denuo auget dotationem pauperum ad S. Aegydium in ripa Oeni fluminis Pataviae et pro reparatione et conservatione pontis simul dicat parrochias S. Severini, Weyhenflorian, Tettenweiss et Muselkirchen.

1180. Pataviae.

Edidit jam codex alter p. 125. No. XXI.

XXXVI.

Pactum haereditarium atque successorium inter Ottokarum Styriae Ducem, ultimum e gente Comitum in Traungau et Chiemgau, et Consanguineum suum Leopoldum, Ducem Austriae.

(17. Aug.) 1186. in monte S. Georgii juxta Enns.

In Nomine sancte et individue trinitatis. et indiuidue vnitatis. *Ota-*

Digitized by Google

karus Dux Styrie omnibus fidelibus in perpetuum. Diuinis et humanis legibus docemur ac proprie nature disciplina conmonemur nostrorum saluti consulere et eorum utilitati tam modo quam in posterum prouidere. vita namque cuiuslibet hominis incerta transit et instabilis. Ideoque quemlibet ante mortem deliberare decet quid cui qualiter relinquitur (relinquat) quod post mortem retinere non ualet. Et quia deus sola dignatione sue misericordie primo parentibus nostris deinde nobis magnam contulit in hominibus et rebus gloriam, sollicitudinem habuimus non minimam *cum non haberemus heredem* cui omnia nostra cederent in hereditatem. Communicato igitur meliorum nostrorum prudenti consilio. nobilissimum strenuissimum fidelissimumque *Ducem Austrie Leupoldum consanguineum* nostrum *si sine herede decesserimus* successorem nobis designauimus. cuius *prouincia cum nostre sit contigua sub vnius pacis ac principis* facilius valeat utraque moderare iusticia. quem quia nobis amicissimum fore credimus, quam diu uixerit, nichil mali in nos et nostros eum moliri satis confidimus. verumptamen ne aliquis de suis successoribus paterni moris simul et mutue familiaritatis immemor, in ministeriales ac prouinciales nostros impie crudeliterve presumat agere iura nostra secundum peticionem ipsorum scripto statuimus conprehendere ac priuilegio munire. Inprimis siquid statuentes vt si idem Dux et *filius eius fridericus*, quibus nostra designauimus, nos superuixerit nostros in sua potestate habeant, adeo quod *si etiam regni gratiam amiserint, a nobis sibi collatos amittere non valeant.* Et postea quicunque de suis nepotibus sibi succedentibus Ducatum tenuerit *Austriae Ducatum quoque teneat Styrie ceteris fratribus super hoc nullomodo litigantibus.* (Ommissa heic sunt verba gravissima: „Si Dux idem sine filio decesserit, Ministeriales nostri ad quemcumque velint, divertant.“— Error est, hasce lineas Autographo additas esse a manu recentiori, nigriore atramento, verosimiliter in aerumnosis temporibus motuum civilium ac religionis, aevo Ferdinandi II. uti clar. Schroetter et Baumeister volunt.— Item Dux petitiones Ecclesiarum *aduocatias* monasteriorum a *parentibus nostris fundatorum* sine subaduocatis manu teneat sua. Dominicalia munitiones. terram. ministe-

Digitized by Google

riales integraliter possideat. nec forte petitione parentum ex multis filiis unum contingat alias transferri, causa maioris emolumenti benigna permissione domini. Quicunque de Austria vel Styria contraxerunt matrimonium eius prouincie ius habeat in qua habitat. Si styriensis intestatus obierit, iure succedat heredis qui proximus fuerit sanguinis. Lis exorta inter Styrienses uel altercatio, non *campione* sed probabilium et certarum personarum testimonio dirimatur. Quandocunque querimonia de prediis fuerit habita, huiusmodi questio coram iudicibus terminetur. probatorum ac credibilium testium fideli testimonio. In beneficiis suis nullam molestiam (*Orig. habet*: quae vulgo Annual dicitur) sustinere cogantur. Sed qui filios non habuerint, *filiabus* dimittere beneficium non prohibeantur. Beneficia ab aliis dominis acquisita, si a duce Austrie in proprietatem fuerint empta. ei non auferat qui iure beneficii possideat. (*Orig. habet hic*: de praediis quae Duci Austriae post obitum nostrum designavimus, interim si ex his fidelibus ministerialibus ac propriis nostris dederimus, ratum esse decrevimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit, circa nostros videlicet claustrales, ministeriales et provinciales hanc formam petitionum earum conscripta modeste conservabit. Verum etiam ab infestationibus et exactionibus, quas per praecones Austriae fieri cognovimus, terram nostrae ditionis sicut hactenus). Ministerialis Styriensis alii Styriensi predia sua vendat uel etiam tribuat, quicunque se conuertere et de redditibus suis quod conueniens fuerit deo conferre disposuerit. in claustris subter nominatis cum licentia nostra facere poterit, scilicet *Trovnchirchen. Gaersten. Gleunich. Admunde. Seccowe. vitringe Sancti pauli. Oziach. Rvne.* (*Orig.* nunc vallis S. Johannis.) *Seites. vorowe. hospitali zerwalt. Lambach. vorenbach. Sancti lamberti.* ex quibus quedam aui et parentes nostri fundauerunt omnia autem nobis in multis ministrauerunt. Cuicumque de nostris super querimonia sua iusta sententia coram nobis non fuerit terminata, eam habeat optionem quod coram Duce austrie suam renouet causam. Dapiferi pincerne. Camerarii. Marschalci qui de nostris sint Styrie partes intranti Duci Austrie singuli cum suis subiectis per officia sua

Digitized by Google

ministrent. ea disciplina qua nobis et parentibus nostris ministrauerunt. Petenti curiam imperatoris aut in expeditionem eunti dicti officiarii de Austria et Styria paribus ebdomadibus paribusque diebus paribusque sumptibus seruiant. Ab infestationibus et uexationibus quas per precones Austrie fieri cognouimus, terram nostre ditionis sicut hactenus exstitit exemptam esse decreuimus. Quisquis ergo ille fuerit, qui rerum summam post nos habuerit circa nostros. videlicet Claustrales. Ministeriales. Conprouinciales hanc formam petitione ipsorum conscriptam modeste conseruabit. Quodsi spreta equitate clementer gubernare despexerit. sed quasi *tyrannus* in nostris se erexerit. appellandi et adeundi Imperatoris Curiam et pretendendi per hoc priuilegium suum coram principibus iusticiam irrefragabilem habeant licentiam. Preterea adicimus de nostris vt qui in fundo suo Ecclesiam (construere) uelit construat. uel parrochie sue aliquid conferre conferat. (*Orig. hic habet*: Capellanos nostros et clericos nostros sessionem nobis proximam in mensa sicut a patre nostro habuerunt, habere volumus et ne per Marscalcum hospitiis suis expellantur, interdicimus.) Acta sunt hec anno domini M. C. LXXX. VI. (*Orig. addit*: Indictione IV. concurrentium secundo XVI. Kalendas Septembris, die dominica Lunae vigesima octava.) *In monte sancti Georgii in Anaso foro.* presentibus Testibus subnotatis. Chunradus Comes de peilstein. Comes de Moeringen. (*Orig. habet:* Sifridus comes de Morlen.) Heinricus et Syghardus Comites de Schalach. Sifridus et Otto de leubnowe. Leupoldus et Heinricus de plaien. Chunradus de dornberch Albertus et Alramus de chambe. Wernhardus de Hagenowe. Wernhardus de Schowenberch. Engelbertus de planchenberch. Hadmarus de Chuffaren. Wernherus de Griezpach. Fridericus de perge. Ekkebertus de pernekke. Otto de chlamme. Otto de Lengenbach. Heinricus preisen. Heinricus de Wehsslberch. Leutoldus de Gutenberch. Weichardus de Charlsperch et alii quam plures. (Testes plures minoris momenti omissi.)

Digitized by Goo

Ediderunt: Lünig, im Reichsarchiv. — Strein, öſterreichiſche Landhandfeſte. Schroetter, Abhandlungen aus dem öſterreichiſchen Staatsrechte. Caesar. Aquilin. annal. Styriae. Schneller, historia Styriae, variationibus haud exiguis. — Fusius illustravit L. B. ab Hormayr in historia Archivi Caes. reg. Vien. et in recensione Styrensis historiae ejusdem Schnelleri in annal. literar. Vien. III. 321 — 335. Maximi equidem momenti est, conferre pactum hoc celeberrimum Ottokari et Leopoldi virtuosi Austriaci cum diplomate Friderici II. Imp. post Friderici bellicosi proscriptionem 1237 mense Aprili apud Ens Styrensibus dato et cum Rudolphi I. post depulsum Ottokarum 1277 emissa Handfeſte. Declaraverat jam 1184 idem Ottokarus, occasione donationis praedii Werchendorf ad Dravum amnem ad Capitulum Salisburgense: „dum in procinctu ierosolimitani itineris, quod cum aliis plurimis principibus et viris nobilibus ac illustribus pro liberando a Saracenis sancto domini sepulchro, aggressi fueramus, essemus constituti, pro diversis nostris negotiis diffiniendis, unacum dilecto *consanquineo nostro Liupoldo* Duce Austrie, quem rerum nostrarum, *si sine sobole decederemus*, *constitueramus haeredem*, in villam nostram *celebram Ense* dictam venientes, jam dictum praedium Werchendorf etc. L. B. ab Hormayr hiſtor. ſtatiſt. Archiv für Süddeutſchland II. 253. nec non ejusdem Beyträge zur geographiſch-hiſteriſchen Preisfrage I. 159 — 162. II. 140 — 142.

XXXVII.

Theobaldus Episcopus hereditatem nobilis viri Reginberti de Elsarn in favorem Walchuni de Stein ordinat, haud exiguam pro hoc ecclesiae Pataviensi pecuniae summam adnumerantis.

Circa 1187.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theodbaldus dei gratia. Patauiensis Episcopus. Christi fidelibus salutem inperpetuum.

Digitized by Google

Ne res gesta uertatur in fabulam nec per obliuionem aut incuriam. uel etiam per industriam. fallendi tam exquisitam. acte rei fiat alteracio litterarum beneficio solet precaueri. Littere namque sunt iudices rerum. note uerborum quibus tanta uis est ut Absentibus sine uoce loquantur. et unica memorie custos est scriptura. Necessario igitur et utili litterarum freti ministerio scriptis mandari precepimus. quod nobilis uir Walchunus de Steine multo studio multaque prece mediante oblatis etiam. LXX. talentis hoc aput nos obtinuit ut in hereditariam nobilis uiri Regenberti. de Elsarn possessionem que nobis et ecclesie nostre titulo potestatiue donacionis attinere dinoscitur iure feudi succedat. Verum quia mortis euentus. omnes indifferenter exterminans res temporales uariare consueuit. predictus uir nobilis. Walchunus. in hac parte prouidus et circumspectus. ne pecunie sue utpote defuturo date detrimentum pateretur. indempnitatis formam et securitatem a nobis expetiuit. Nos autem sicut de nullo malum cogitamus ut etiam nulli tam mali uel detrimenti essemus. reditus nostros quos in *halbe* habuimus. sub XV. librarum estimacione. solo et simplici nomine feudi ipsi obligauimus. ut uidelicet uis et titulum feudi obligatum teneret et nullum inde usufructum perciperet. Quo tandem mutato consilio eosdem reditus alios infeudauimus. et curiam nostram decimalem quam in *Tuln* habemus eodem modo quo et in ante reditus nostros in *halle* obligaueramus. solo et simplici titulo feudi obligauimus. ut usufructus inde non percipiat. sed collectos integraliter in dominicalibus reponi precipiat. Si quid etiam estimacioni. XV. librarum defuerit. nos subplebimus. Memoratus autem Walchunus. et filius eius Rapoto. data fide dextras. nobis porrexerunt. ut hereditate prefati Regenberti de Elsarn per mortem ipsius incipiente uacare. et exhibito sibi uel a nobis uel a successore nostro si nos non esse contingerit titulo et iure feudi dominicalia nostra taliter obligata ab omni ocupacione libera esse debeant et quieta. Vt ergo dictis fides adhibeatur. presentem paginam sigilli nostri impressione et testium qui aderant subscripcione corroboramus. Albertus comes de Pogen. Rapotō et Heinricus comites de Ortenberch. Die-

Digitized by Google

therus comes de Viehtenstein. Pabo*) de Zollingen. Dietricus de Povmgarten. et frater eius Heinricus. Albertus de Chambe et fratres sui. Alramus et Walchunus. Chunradus de Rote Hademarus de Ahusen. Richerus. de Wesen. et frater eius Wernherus. Chadelhohus de Valchenstein. Levtoldus de Sauersteten. et alii quam plures.

*) Cod. habet: Paba.

XXXVIII.

Theobaldi Episcopi confirmatio coenobiorum in Geras et in Berneck, erectorum a nobile viro Ekberto de Berneck et uxore sua Hadewig et liberis eorum Euphemia, Udalrico et Ekberto.

1188.

Editum p. 127. No. XXII codicis secundi.

XXXIX.

Theobaldi Episcopi concambium cum Wichardo de Wichardsschlag.

1188.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Theobaldus dei gratia Patauiensis Episcopus. Vniuersis Christi fidelibus salutem inperpetuum. Cum pie desiderium uoluntatis et laudande diffinicionis intentio pontificabilis sit semper studiis adiuuanda. cura est sollicitudinis adhibenda. ut ea que ad honorem dei et utilitatem ecclesie sunt disposita. nec dissimulacio negligere nec quedam ualeat presumptio perturbare. sed sicut hoc quod racio exigebat utiliter obtinuit. diffiniri. ita quod semel bene diffinitum est nulla

Digitized by Google

debet retractione uiolari. Ea propter presentis scripti pagina memorie Christi fidelium commendamus. qualiter domino Wichardo. de Wichartslage et heredibus suis per directam lineam ab eo descendentibus ius peticionis. quod in tribus ecclesiis habebamus. uidelit. Waltchirchen. Chirchperch. et Fistrize. in feudum concessimus. et ab eo uersa uice in concambio duodecim mansos sitos in uilla que dicitur Riental de. predio suo recepimus. quos episcopali ecclesie nostre. cum omni iure suo quod in eis habebat legauit et manu potestatiua tradidit. et cum prius non esset uasallus ecclesie nostre eosdem mansos a nobis in feudum recepit. Ceterum ne per insolentiam hominum sicut fieri solet ita quod tam laudabiliter actum est aboleri ualeat. presentes scripti paginam impressione sigilli nostri conmunimus. et testimonio eorum quorum infra continentur nomina corroboramns. Burchardus de Chambe. Wernherus prepositus de Mathse. Richerus prothonotarius. Patauiensis ecclesie canonici. Bruno. Rapoto. Capellani Episcopi. Berhtoldus sacerdos de Wichartslage. Hermannus de steine. et filii eius. Heinricus et Hermannus. Heinricus de Hage. Diethoch et Gotfridus. ministeriales Episcopi. Duringus de Styria. Vdalricus de Liebenberch. Fridericus. pibnaph. Dietricus puugar. Siboto et Gotfridus. de Berneke. Einwich de Nivnhoven. Wetzlo de Teilei. Rudolf et filius eius. Rvdolf de Wichartslage. Arnoldus et Ortolfus. Ortolfus durst. Chadolt. Heinrich pusenger. Salman. Eteche. Chunrat de Niwendorf. Chuno de Steine. Fridericus da Gvndramsdorf. Chunradus et Ernsto. de Wetzelsdorf Vdalricus de Rienwins. Et alii quam plures. Actum feliciter. anno ab incarnacione. domini. M. C. LXXX. VIII. Indictione VI. Tercio Clemente Papa. Romanorum sedi presidente. et Friderico Imperatore Romanorum. imperialem maiestatem tenendi. Datum per manum Richeri canonici. et prothonotarii. Patauiensis ecclesie Episcopi.

Digitized by Google

XL.

Wolfkeri, Pataviensis Episcopi, dispositio de bonis agnati sui Pabonis de Ellenbrechtkirchen. 1194. (27. Octob.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wolfkerus dei gratia. Patauiensis ecclesie Episcopus. Humilis minister. Omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus. perpetuam in domine salutem. Sicut bene facientes eterne retribucionis a domino premia consequentur sic et hii qui eos sua pro uigili Admonicione ad benefaciendum inducit. Ab illo magno patre familias. ut pote serui fideles pro apportato lucro eque remunerari creduntur. Notum itaque esse uolimus omnibus in Christum credentibus. qualiter quidam homo nobilis Babo nomine. de Ellenbrehteschirchen nostro rogatu et consilio inductus. cum esset nobis in consanquinitate proximus: ad perpetuam sui memoriam Christum habere cupiens heredem. sine omni contradictione potestatina manu tradidit ecclesie patauiensi. Sanctoque prothomartyri Stephano. omne predium suum quod habuit in terra austrie infra fluuium Anasim. cultum et incultum. quesitum et inquisitum. predium uidelicet in Brvnne. et in Erlahe et uineas cum hominibus suis. quos ibi habuit. Similiter in Bawaria tradidit ecclesie Pataviensi Castrum in Ellenbrehteschirchen. et predium in quo idem castrum situm est. curtem unam in Vttenchoven. vineas in Cholenbach. duas. et in Helkingen tres. predium in Waningenstorf quod ibi habebat. et curtem unam que uulgo appellatur: und den Aichen. et duo molendina. hec omnia tradens cum hominibus illa colentibus Homines etiam suas honoratos. milites uidelicet et dominas quoscunque habuit. cumonum sua posteritate. tradidit ecclesie. exceptis nouem. quorum hec sunt nomina. Albertus qui dicitur rex. filia Reinfridi. quam habet Otto de Schespach. vxor Rudegeri de Tetingen. vxor Gotschalci de Pachelingen. de filiis Rudegeri de Schambach tres. Soror Gerhalmi de Ishekkingen. Tradidit eos inquam iure ut sint ministeriales ec-

Digitized by Google

clesie. sicque recepti sunt. a ministerialibus inconpares. et in officium dapiferi deputati. Supra dicta uero predia peticione prefati Babonis delegata sunt per manus nobilium et liberorum uirorum. Cbunradi de Rota. et Chrastonis de anizinspach. in manus liberorum et nobilium uirorum. Heinrici de Povmgarten. et friderici qui dicitur Osterman. ac deinde per eundem fridericum in manus predicti. Chraftonis. postulante hoc sepedicto. Babone. nobis quoque presentibus cum choro nostro et ministerialibus. Ab illis nimirum nobilibus uiris. Heinrico de Povmgarten. et Chraftone de Ainzinspach. ecclesie fideliter obseruanda. et post mortem Babonis cedem omnimodis tradenda. Preterea statuit prenominatus uir nobilis Babo. de aliis predicti suis. ut ecclesie similiter tradant. si ipse ab intestato descedens aliud inde nichil statuerit. et hec predia sub tali forma delegata sunt. in manum liberi hominis Gotchaltci de Alnchouen. Misit etiam iam antedictus Babo nos in possessionem proscripti predii. ut debeamus habere castellanos nostro in casto Ellenbrehteschirchen. Hec omnia facta sunt sub tali tenore si ipsi sine herede decesserit tali nimirum quem de nobili femina sua. conpare genuerit. Preterea suo rogatu statutem est. ut predium in Waningesdorf quod est in illa uilla ut superius molendinum dominus. Episcopus qui tunc temporis fuerit. friderico de Pergen ipsius Babonis consanquineo in feodum concedat. et ut idem fridericus ducat ministerialem ecclesie uxorum. Contra nos ei concessimus. Strvben castrum et que ad illud pertinent sicut Engelbertus possederat. in feodum. et villam in Gerehwis. et VI. carradas uini dandas in Engelhartscelle. Locauimus ei etiam in pignus uillam in Alnchouen cum omni suo iure. et curtem in Strazze. Ad recipiendam ibi pensionem que debetur. eo anno. quo non fuerit ei datum. uinum. Statutum est preterea. ut de hiis prediis que ipse contulit ecclesie et de feodo quod recepit. nichil infeodare. uel quibuscunque modis alienare ullatenus debeat. Vt igitur hec omnia firma et ilibata permaneant. iudicio dei patris omnipotentis et filii et spiritus sancti. et auctoritate beati Petri apostuli eiusque uicarii Celestini pape. et fiducia et consolacione Sancti Stephani prothomartiris interdicimus et prohibemus. ut nullus successorum no-

Digitized by Google

strorum seu aliqua secularis uel ecclesiastica persona de nominatis prediis. innodere. uel diminuere uel ecclesie subtrahere presumat. siquis autem quod deus auertat ausu nefario hec transgressus fuerit. si tercio conmonitus congrua satisfacione nostro emendauerit. anathematis laqueo se irretitum et cum iuda pessimo mercatore partem habiturum indubitanter agnoscat. Conseruantibus autem pax. et misericordia in presenti et in futuro seculo seruetur. Ceterum ne hoc factum nostrum ulla imperpetuum deleri ualeat obliuione presentem paginam. sigilli nostri impressione atque testium subscriptione corroberamus. Hii sunt testes qui aderant de clero. Heinricus decanus maioris ecclesie. Dominus Chunradus de Tilpach. canonicus noster. et prepositus maioris ecclesie in Frisinga. Meingotus prepositus et Archipresbiter. Wernherus prepositus et Archidiaconus. Heinricus canonicus. Arnoldus canonicus. cognomine pibro. Timo canonicus. Heinricus cellerarius et canonicus. Ortolfus prepositus et archipresbiter. Wernherus canonicus. Chunradus canonicus. Arnoldus canonicus. Hermannus canonicus. albero canonicus. Meinhardus canonicus. Chunradus canonicus. de Stamheim. Walchunus et Heinricus pueri canonici. Sigehardus prepositus de S. ypolito et Archipresbiter. Wernhardus prepositus de Berhtesgademe. Dietmarus de Dornberch et canonicus Frisingensis. Babo et Gebhardus et Vlricus. et magister. Pande campus. et de capellanis nostris. Reimbertus prior frater ipsius Rabonis. Vlricus yconomus. Wichardus notarius. perhtoldus presbiter. Meinhalmus subdiaconus. Heinricus plebanus de Petenbach. Pilgrimus plebanus de Alberhtesperge. Chunradus plebanus de Cidelarn. Albero plebanus de Trufter. Otto plebanus de Patauia. Porro de laicis hii. Chunradus de Rota qui delegauit postulante pabone predium. Heinricus de Povmgarten et Chrafto de Ainzinsbach. in quorum manus delegatum est predium. Witego de Boemia. Albertus de Chambe. Wernherus de Griezpach. et filius eius Walchun. Albertus puer de Rotenberch. Otto de Ramspach. Hademar de Murresteten. Heinricus de Biburch. Perhtoldus de Strazpurch. Gotschalcus de Allenchouen. Fridericus de Pergen. Fridericus Osterman. Hii omnes libri. De ministeriali-

Digitized by Google

bus autem. Richker de Wesen. Levtolt de Sauerstetten. Adelhardus de Niuta. Otto de Riede. Manegolt de Aheim. Fridericus de Wesenberch. Heinricus de Mortspach. Leutoldus iunior de Sauersteten. Bornhardus de Sauersteten. Bbo et Ekkolfus. de Passemunster. Raehwin de Tabriehendorf. Wernher de Potenowe. Ekkehardus de Gunhichouen. Chunradus de Walde. Ekkolf de Warte. Heinrich de Heidendorf. Walchun de Herdingen. Alhertus daz chint. Tiemo de Puehelberch. Heinricus *iudex* et frater eius. Babo. Wernhardus et frater eius Rud*gerus*. Vlricus de Rigelberch et frater eius Chunradus. Chunra*dus de* Rietenberch. Vlricus weiso. Rudolfus wirsinch. Wolfkerus de Erlahe. Richgerus de Rotowa. et frater eius wernhardus. wernhardus de Orte. et frater eius vlricus. Ortolfus de Saluelden. Eberhart de Windenbach. et filius eius Heinricus. Albrandus et frater eius. Einwicus. Chunradus de Slehdorf. et heinricus frater eius. Vlricus de Pomelingen. Wernmvt spisaere. et Chadehohus et arnoldus. Rudegerus et Engelschalcus. marschalci. Albertus Otacher et Wernhart coci. Wolferus et filius eius Capellarii. Siboto de Einhartsdorf. Gotfridus Rvdolfus. Warmvnt. perhtoldus heinricus. et alii quam plures. Acta sunt hec. anno domini. M. C. XC. IIII. Indictione. XII. Presidente Romane sedi domino papa. Celestino. anno appelationis ipsius IIII. Regnante domino heinrico. imperatore. anno imperii eius IIII. anno pontificationis nostri. IIII. V. Kalendas. Nouembris. feliciter. amen.

XLI.

Transactio, tempore peregrinationis Hierosolymitanae facta inter Wolfkerum, Pataviensem praesulem et Wernerum de Griesbach.

1197.

Extat jam No. XXIII. p. 189. codicis secundi.

Digitized by Google

XLII.

Innocentius III. Wolfkero Episcopo confirmat jus patronatus ecclesiae St. Mariae monialium Pataviae, praedecessoribus suis, jam a Henrico Imperatore collatum.

Laterani. 1200 (27. April.)

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri *Wolfkero Patauiensi* episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum. tam uigor equitatis quam ordo exigit rationis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. ius patronatus ecclesie sancte Marie. Patauie in qua moniales morantur. quod heinricus quondam imperator tibi et ecclesie tue concessit. intuitu pietatis. cum pertinentiis suis sicut illud iuste possides et quiete tibi et ecclesie tue auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio communimus. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit. indignacionem omnipotentis dei. et beatorum petri et pauli apostulorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterane. V. Kalendas. Maii. Pontificatus nostri anno Tercio.

XLIII.

De Ministeriali Bertholdo de Hirschbach inter Wolfkerum Patauiensem Episcopum et Ortenburgium Comitem Henricum decisio.

Patavie 1201.

Editum No. XXIV. p. 130. codicis secundi.

Digitized by Google

XLIV.

Otto, Comes de Berge, frater Theobaldi et Manegoldi Praesulum Pataviensium, Episcopus Frisingensis, Choro Pataviensi, annuente Episcopo Wolfkero, obligat decimas capellae in Enzersdorf.

1202 circ.

Hec est forma contractus et Laudamenti facti inter dominum Ottonem. Frisingensis ecclesie episcopum. et chorum Patauiensem. Dominus Otto Frisingensis ecclesie episcopus ad peticionem tocius collegii. Patauiensis ecclesie. tam chori quam ministerialium. C. L. marcas mutuo conferens decimam que prouenit de dominicalibus prefate ecclesie frisingensis. et appendiciis capelle. in Enzinsdorf. sub nomine pignoris obligauit. ita quod eiusdem decimacionis usufructus annuatim sibi uel successoribus suis plenarie debeat persolui. si in festo uidelicet ascensionis argumento equipolenti redimi differatur. Vt autem destinati pignoris conuentionem circa frisingensem episcopum. tam uenerabilis Patauiensis ecclesie. episcopus. Wolfkerus quam eius successores ratam per omnia habere debeant et approbatam. meliores de choro de ministerialibus data fide confirmantes. se fideliter obtemperatos in his polliciti sunt. quorum hec sunt nomina. Manegoldus abbas in chremsmvnster. Meingotus prepositus. de matse. Ortolfus prepositus et archidiaconus. Arnoldus cellerarius. arnoldus biber. Wernherus de ascha. hermannus. Gotfridus. albero magister. Vlricus scriba. Richerus de Wesen. Albertus puer. Tiemo de puchelberch. heinricus Vlisaer. Marquardus de Matse. Engelbertus de Nordernpach.

Digitized by Google

XLV.

Wolfkerus, Pataviensis Episcopus, cum Leopoldo glorioso, Austriae Styriaeque Duce, transigit de juribus Ducis in Schwabdorf, Fischamünde et Neusiedel, et de ecclesia et villa in Niedersulz, quam dux ex hereditate comitum de Schala et Burghausen susceperat et fratribus ad St. Crucem Cisterciensis ordinis tradidit.

Göttweih. 1203. 24. Junii.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wolfgerus dei gratia Patauiensis Episcopus vniuersis Christi fidelibus perpetuam salutem in eo qui est salus omnium. Cum ex debito pastoralis officii uotis omnium Christi fidelium assensum prebere, et piam ipsorum deuotionem promouere teneamur maxime tamen in religione constitutis deique seruicio iugiter insudantibus, debitores nos esse recognoscimus. et ne uetustatis uel obliuionis errore, beneficia in Christi milites collata contingat aboleri, uel inique permutari, scriptorum conmendatione procurandum existimamus. Innotescat igitur memoriter cunctis Christi fidelibus, quod nos unacum amico nostro pie recordationis *Livpoldo* Duce Austrie ac Styrie concambii iure conmunicato sapientum consilio conuenimus, ut quicquid ipsum iuris habere constaret in Swabdorf et Vischamvnde nec non et in Nivsidel tum pro reuerencia beati Stephani prothomartiris patroni Patauiensis Ecclesie nec non et sanctorum Valentini ac Maximiliani confessorum, quorum corpora ibidem requiescunt. tum et pro nostri dilectione qua nos semper specialiter conplexus est ad nos et Patauiensem Ecclesiam de cetero pertineret. Nosque uersa uice ecclesiam uille que dicitur inferior Svlze quam nos et Patauiensis Ecclesia donatione

Digitized by Google

Sighardi et Heinrici comitum de *Schala* cum omnibus pertinentiis et iure patronatus canonice possederamus pietati Ducis prefati pari iure contulimus. Contigit autem ut predictus et deo deuotus ille Dux eandem ecclesiam cum ipsa uilla quam et ipse a memoratis Comitibus hereditatis iure susceperat monasterio et fratribus in sancta cruce pro salute ac remedio anime sue ac parentum suorum pro supplendis eorumdem fratrum stipendiis, libera deuotione conferret. Nos quoque ipsis fratribus pro parte nostra condescendentes perhenni iure ipsis concessimus. ut quemcunque sacerdotem ipsi in eadem ecclesia instituere decreuerunt. stipendiis ab eis conuenienter sibi designatis contentus permaneat. ita tamen ut nobis uel successoribus nostris presentandus, per manum nostram pro debito inuestiatur. Ipsis autem fratribus si prelibatum sacerdotem uiderint iniunctum sibi ministerium indebite amministrantem et ipsis temere obuiantem, liceat eum coram nobis uel archidyacono probatis eius insolentiis, auctoritate nostra permutare, et alium in locum eius lege prescripta subrogare. Ut autem iam dicti contractus et concambii hinc inde facta donatio perpetuo iure rata conseruetur presentem paginam subscriptis testibus et impressione sigilli nostri corroboramus. Et ne quis temere presumat eam uiolare, sub anathematis uinculo districte denunciamus. Hii sunt testes de choro patauiensi. Meingotus prepositus monasteriensis. Hertnidus prepositus Matticensis. Ortolfus prepositus in Ardaker. Vlricus scriba. Chalhohus. Layci quoque Dux Heinricus. Chrafto de Amzinspach. Nostri preteream inisteriales. scilicet Richerus de Wesen. Heinricus de Lonstorf. Mangoldus de Schonpvhel. Mangoldus de aheim. Waltchvn de herde. Otto de Walde. Ducis etiam ministeriales uidelicet Hadmarus de Chvnringe. Wichardus de Seueld. Wichardus de Zebinge. Herrandus de Wildoni. Hertnidus de Orte. Ludwicus de Tribanswinchel. Gervngus de Paden. Vlricus de Stevtz senior. Rapoto de Schönberch. et alii multi. Datum in Chotwico anno ab incarnatione dominica. M. CC. III. Indictione. VI. VIII. Kalendas Julii.

Digitized by Google

XLVI.

Confirmatio jurispatronatus ecclesiae St. Mariae monialium Pataviae ab Innocentio pontifice Popponi, Pataviensi Electo data.

Romae apud S. Petrum 1204. (15. Oct.)

Innocentius episcopus. seruus seruorum dei. Dilecto filio poponi. Patauiensi Electo. salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum tam uigor equitatis quam ordo exigit racionis. ut id per sollicitudinem officii. nostri. Ad debitum perducatur effectum. Ea propter dilecte in domino fili tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. ius patronatus ecclesie sancte Marie patauiensis. in qua moniales morantur. quod heinricus quondam imperator bone memorie Wolfkero predecessori tuo et ecclesie patauiensi concessit intuitu pietatis. cum pertinentiis suis sicut istud iuste possides et quiete. tibi et ecclesie tue auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocinio conmunimus. Decernimus ergo. ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit. indignationem omnipotentis dei et beatorum Petri et pauli apostulorum eius se nouerit incursurum. Datum Rome apud sanctum Petrum. Idus Octobris. Pontificatus nostri anno Septimo.

XLVII.

Wolfkerus, Pataviensis Episcopus, transigit cum Elisabetha de Wassenberg (Waxenberg) super jure patronatus ecclesiae in Gramastetten.

Pataviae, 1205. 28. Juli.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Wolfkerus dei gratia

Digitized by Google

Patauiensis Ecclesie Episcopus imperpetuum. Ad noticiam tam futurorum quam presentium peruenire cupimus. quod cum inter nos et nobilem matronam scilicet dominam Elizabet de Wassenberch. pueros eius diu fuisset contentio. pro iure patronatus et petitionis in Ecclesia *greimhartsteten.* et nos tandem condicto super hoc ad iudicium die Patauie conuenissemus. et utraque pars suum ius allegaret ipsa quoddam priuilegium protulit. per quod ipsa se et suos heredes. pretaxatum ius habere probauit et per presentiam rite latam et approbatam. illud optinuit. Cum autem idem priuilegium ex uetustate usque adeo esset habetatum. quod ipsa suis heredibus in posterum suspitionis et contradictionis inde periculum suscitari posse formidauit cauto freta consilio. deuota potestate de consensv chori nostri a nobis inpetrauit ipsius priuilegium sub presenti nostro sigillo renouationem. sicut hic continetur; et hic est ejusdem priuilegii textus. In nomine sancte et indiuidue trinitatis Notum sit omnibus Christi fidelibus tam futuris quam presentibus quod quidam nobilis homo Vlricus quandam ecclesiam in loco qui dicitur Greimarsteten. constrvxit cum dote que est perndorf et V. mancipiis et vno domate. prope Ecclesiam cum coniuge sua Otylia ea scilicet conditione ut si ipse uel heredes eius ydoneum et populo utilem clericum inuenerit. Episcopus ei Ecclesiam tradat Huius ecclesie termini sunt primum a capite rotlich usque dum idem riuulum rotulam influat. et sic per Chvonhwisa et perhtoltsperh usque ad ripam danubii. Secundo uero contra meridiem usque ad terminum Ecclesie pvohnawoe tercio uero supra montem contra orientem usque haselbach Quarto quoque a ripa predicti fluminis danubii contra septentrionem usque ad marchiam boemicam. Consecrata est autem hec Ecclesia anno ab incarnatione domini. M. C. X. Indictione tercia IIII. X. Kalendas Octobris. Regnante Heinrico Rege. huius nominis quinto feliciter amen. Hec autem sub presenti nostro Sigillo renouatio facta est patauie. anno incarnationis dominice. M. CC. quinto indictione. VII. quarto Kalendas Augusti. Huius rei testes sunt fratres nostri et concanonici de choro Heinricus Decanus Arnoldus custos Chalochus de Valchensteine. Gotfridus vlricus scriba germanus noster Sighardus Archi-

Digitized by Google

diaconus. Wichardus prepositus de Ranshoven. Leonhardus prepositus de Reichersperge Dietmarus prepositus de Suben. Albertus plebanus de Truostat. Otto piber Vlricus scobrius. Ex nobilibus Walchunus de Chambe. Alramus frater eius. Wernhardus de Hagenowe. Ex ministerialibus Richherus pincerna de Wesen. Hainricus dapifer de Lonstorf. Maingotus camerarius de Ahaime. Wernherus de Valkensteine et alii multi.

Confer. Kurz Beiträge IV. 622.

XLVIII.

Leopoldus gloriosus, Austriae dux, unacum Eberhardo Salisburgensi archimysta et Ekberto Andeccensi, Babenbergensi episcopo, nec non Henrico, comite de Ortenburg, in arbitrium vocatus super castro Rotenberg a Gebhardo pataviensi episcopo et Rapotone comite palatino Bavariae sententiam hac in re pronuntiat.

Pataviae 1207. (25. Maii.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Leupoldus dei gratia Dux austrie et Stirie omnibus inperpetuum. Quoniam crescente diei malicia et multiplicatis undique dolis hominum habundans etiam necessaria est cautela. ne gesta hominum honesta et utilia a quoquam inficiari in posterum ualeant aut rescindi. Priuilegiali solent testimonio confirmari. Hinc est quod uniuersorum tam futurorum quam et presentium memorie cupimus comendare. quod cum dominus Gebhardus patauiensis episcopus et Rapoto Comes palatinus Bawarie dominum Eberhardum Salzburgensem. archiepiscopum et dominum Ekkebertum episcopum Babinbergensem. nos quoque et Comitem Heinricum de Ortinberch. super controuersia Castri Rotinberch. in arbitros delegis-

Digitized by Google

sent. et nostro arbitrio secundum quod in ipsorum super hiis confecto apparens est plenius instrumento. sub pena etiam perstipulationis perituros per omnia se mutuo obligassent. uenientes Patauiam nos et Comes Heinricus de Ortinberch. cum dictorum dominorum nostrorum Salzburgensium. uidelicet archiepiscopi et domini Babenbergensis. tunc temporis habere copiam non possemus. eidem negocio terminando assedimus reformande paci et concordie. efficacem operam adhibentes. Nostra itaque accedente diligentia tandem inter ipsum dominum. G. Patauiensem episcopum. et R. palatinum Comitem talis conpositio interuenit. quod ipse R. palatinus Comes Bawarie. omni iuri quod in Castro Rotinberch et proprietatibus eidem atinentibus sine a se siue ab aliis. quocunque modo habuerit. aut habere uidebatur. cessit omnimodis et renuntiauit. Quin immo idem Castrum cum ministerialibus atque aliis hominibus. quibuscunque possessionibus. proprietatibus et rebus omnibus quesitis et inquisitis cultis et incultis et singulis eiusdem attinentiis super altare beati Stephani manu propria contulit et donauit quam etiam donationem per manum Lodowici illustris Ducis Bawarie. qui et eiusdem proprietatis est Salmannus ipse palatinus Patauiensis ecclesie tenetur certissime roborare. Nos quoque pro eo aput dominum episcopum fideiussimus. ut talem roburationem eiusdem donationis ipse palatinus Comes effectui debeat citius mancipare. Facta est autem iamdicti Castri et harum proprietatum renuntiatio tali lege. quod dominus Gebhardus Patauiensis episcopus mille et quingentas libras Ratisponensis monete et legalium denariorum istis terminis tenetur soluere Palatino. in festo Jacobi futuro proximo Quadringentas libras. quas nos pro domino episcopo ipsi iam persoluimus palatino. In purificatione etiam beate uirginis. uentura proximo CCC talenta de eadem pecunia persoluentur. que si dominus episcopus a Patauiensi ecclesia. eodem termino non exhibuerit prefatus palatinus extunc omnes redditus episcopales in Matse notos et ignotos preter Castrum idem et ortis et areis. quas habent Castellani portenarii uigiles aut custodes. cum omni usufructuum perceptionibus eorumdem detinebit tytulo iusti pignoris obligatos. uel alterum quemcunque loco sui ad hoc substitue-

Digitized by Google

rit quoadusque Patauiensis ecclesia CCC. libras debito tempore sibi soluat. Residua uero pensio. Octingente libre. uidelicet a proximo pascha per annum. ab ipso Patauiensi episcopo aut ab eo quicunque tunc Successor eius pro tempore fuerit. prefato Palatino aut suis heredibus persoluentur. Quod si forsitan pretermissum fuerit. pro eisdem Octingentis libris L. Carradas vini de decimis episcopalibus in Chremis. palatinus possidebit sub pignoris cautione. donec dicta pecunia sibi congruo tempore persoluatur. cuius etiam obligationis prouentus nos et filius noster H. usque ad terminum redemptionis defensare tenebimur et tueri. Preterea iam fatus dominus Patauiensis episcopus conferre tenetur in feodo XXX. librarum redditus quam cito uacauerint. palatino. quorum reddituum debet habere: XV libras in dominicalibus suis. quod uulgo dicitur Vrbor et XV infeodatas. quo beneficio ne idem Palatinus aliquatenus defraudetur ad petitionem domini G. Patauiensis episcopi pro huiusmodi infeodatione ipsi Palatino nos fideiussoria obligauimus cautione. Cuius contractus forma quemadmodum in singulis articulis est expressa. ut rata maneat et penitus inconuulsa. tam a Choro quam a ministerialibus Patauiensis ecclesie firmiter est laudatum. quod sepefatum dominum G. Patauiensem episcopum medio tempore quod absit. decedere contingerit. nichilominus tamen ab ipsis et ab eo quicunque domino G. in regimine episcopalis Kathedre successent. illibata hec omnia conseruentur. Vt igitur hec singula robur perpetue firmitatis optineant maioris gratia confirmationis nostro et filii nostri Heinrici Sigillo nec non ipsius domini G. Patauiensis episcopi et R. palatini Comitis munimine sigillorum et testium subscriptione qui hiis intererant. presentem paginam dignum duximus roborare. Hii sunt testes. Heinricus Tumprepositus Patauiensis. Chunradus Decanus Archidiaconus. Chunradus Tumplebanus. Chalhohus de Valchinstein. Vlricus Couercelus. Albertus de Possenmunster Archidiaconus Willhalmus Cantor. Chunradus Custos. Eberhardus de Janstorf. Albertus Comes de Eberstein. Pertholdus liber de Paumgarten. Vlricus de Schönleiten. Meingotus de Waldekke. Canonici Patauienses. Ex laicis. Comes Heinricus de Ortinberch. Albertus Comes de Bogen. Pernhardus Co-

Digitized by Google

mes de Leubenowe. Alrammus et Albertus fratres de Hàlse. Wergandus de Rumtinge. Heinricus de Paumgarten. Chunradus de Geren. Nobiles omnes uiri. Ex ministerialibus. Chunradus de Hohenuelse. Heinricus de Chunringe. Otto et Heinricus fratres de Ror. Livtoldus de Sauerstetin. Otto de Janstorf. Otto de Possenmunster. Waltherus et Pilgrimus fratres de Tannenberch. Albero pincerna Ducis Austrie. de Grunstain. Heinricus de Torringe. Waltherus de Kreiburch. Wernherus de Anzenchirchen. Heinricus de Phölinge. Heinricus de Scilarn et alii quam plures. acta sunt hec Patauie. anno incarnationis domini Millesimo CC. VII. Indictione XV. VIII. Kalendas Junii. anno pontificatus Gregorii pape primo.

XLIX.

Innocentii III. litterae ad Manegoldum Episcopum de necessitate proprium Austriae constituendi Episcopatum, cujus sedes Viennae, in civitate post Coloniam Germaniae principe, civibus populosa, amoena flumine, haereticae pravitatis periculo impetita. Res a Leopoldo glorioso duce summis curis agitata, a pontifice metropolitae Iuvaviensi commendatur.

Laterani, 1208. (14. April.)

Innocencius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. Episcopo Patauiensi. salutem et apostolicam benedictionem. Et canonica tradidit auctoritas. et racio suggerit. naturalis. ut cum necessitas exigit uel utilitas persuadet. et unus episcopatus diuidatur in plures. et plures coniungantur in unum ne cura pastoris desit alicui. uel aliquid desit cure pastoris. Legimus enim quod cum multi essent minores sacerdotes quos chananeos communiter appelabant. unus autem summus sacerdos quem nomi-

Digitized by Google

nabant specialiter Arabarcum. Dauid prophetarum eximius per spem sanctam intelligens. quod unus non sufficeret uniuersis. Viginti quatuor summos sacerdotes instituit. sedecim. de Eleazar. et octo de ythamar. quibus tamen omnibus unum prefecit. quem statuit principem sacerdotum. singulis autem per sortem uicis sue diuisit ebdomadas quarum octaua preuenit Abie. de cuius genere Zacharias pater Johannis baptiste descendit. Dilectus itaque filius nobilis uir. dux Austrie tam per litteras proprias. quam nuncium specialem nostris auribus intimauit. quod Patauiensis episcopatus parrochialibus a deo limitibus est diffusus. quod per unam quantumlibet exercitatam personam absque multarum animarum periculo pastorale circa singulas oues in ipso nequeat officium exerceri. Quod utique uenerabilis frater noster. Aquilegensis Patriarcha dum Patauiensi ecclesie presideret. prouide circumspiciens in uotis dicitur habuisse felicis recordacionis. C. pape predecessori nostro cum instantia supplicare ut in prouincia seu potius prouinciis. tam diffusis alium preter se antistitem ordinaret. quibus ut expertus agnouerat per unum inmediate. pastorem spiritualia sacramenta non posse congrue ministrari. De quibus inter ceteras partes episcopatus eiusdem Austria maximum noscitur sustinere defectum. que profecto in tantum dicitur a sede Kathedrali distare. ut ad nonnullas ecclesias. inibi constitutas uix infra sex dies. a cena domini perueniat nouum crisma. consecraciones quoque altarium confirmationis sacramentum et ordinaciones nichilominus clericorum nonnunquam tempore multo sepe uero perpetuo differuntur. nisi per aduenas fortassis episcopos aliquotiens inpendantur eisdem. Quod grauius est usque adeo ut asseritur ibi pestis inualiut Heretice prauitatis. ut passim in caulas dominicarum ouium lupi rapaces irrumpant. dum per uirgam pastoris. que quanto pluribus est intenta tanto minus specialiter super eis preualet uigilare. truculenta rabies eorumdem ab ipsius sedulitatis officio non arcetur. Vnde considerans dictus nobilis messem multam. per operarios paucos non posse conmode procurari. et ideo rogandum dominum eius esse. ut mittat operarios in eandem. nobis humiliter supplicauit. ut necessitate pariter et utilitate pensata. in prouincia sua que quanto est a tua sede remotior

Digitized by Google

tanto solatio noscitur alterius presulis amplius indigere. specialem ordinare pastorem super gregem dominicum dignaremur. locum congruentem designatis in quo decentur constitui possit ecclesia cathedralis. Wiennam uidelicet ciuitatem. que post coloniam una de melioribus teutonici Regni urbibus esse dicitur. amena flumine. situ predita. ciuibus populosa. in qua dudum episcopalis sedes noscitur extitisse. sed per incursum extrenacionis. que tam illam. quam alias multas circumstantes prouincias deuastauit. primo lauriacum et inde Patauiam est translata. Ne uero cum enormi tuo grauamine. id petere uel appetere uideatur. per quod potius onus tuum alleuiandum intendit. terciam partem Austrie siue quartam constituende dyocesis postulauit limitibus deputari. Villis et castris cum possessionibus uniuersis ac ceteris temporalibus preter ius parrochiale dumtaxat in eadem particula tibi et Patauiensi ecclesie reseruatis. Ita profecto. quod idem dux cum Wiennensi plebe de bonis suis episcopatum huiusmodi redditus mille marcarum pro salute anime sue suorumque parentum pia deuotione dotabit. redditus nichilominus assignando de quibus tricenarius prebendarum in ea numerus statuatur quarum cuilibet in estimacione uiginti marcarum prouentus annuus deputetur. Hos igitur attendentes quod cum oues spirituales non sunt negligentius carnalibus gubernande. quandoquidem rector illarum custodum plurium ipsis adhibet diligentiam. cum eas ab uno uiderit non posse pro multitudine custodiri. ad dominici gregis regimen. qui nimis est in tuo multiplicatus ouili. alium si uerum est quod asseritur oporteat preter te deputari pastorem. qui et suas oues cognoscat. et a suis ouibus cognoscatur. eius exemplo qui ait. cognosco oues meas. et cognoscunt me mee. licet non solum secundum statuta canonica. uerum etiam. nonnulla predecessorum nostrorum exempla postulacioni prefati ducis uideatur merito annuendum tue tamen uolentes fraternitati deferre. desuper habundanti gratia rem ipsam tibi uolumus intimare. considerato quod etsi non sit necessarium super hoc tuum obtinere consensum. illum tamen requirere sit honestum. Quo circa fraternitatem tuam monemus attentius et propensius exhortamur. per apostolica scripta mandantes. quatenus tam salutare proposi-

Digitized by Google

tum beniuolo prosequendo fauore. lucrumque anime temporali questui proponendo quantum in te fuerit in hoc affectum adhibeas et effectum. quid de singulis huius negotii circumstantiis sentias nobis quantocius rescripturus. Nos enim uenerabili fratri nostro. Salzburgensi archiepiscopo dedimus in mandatis. ut memoratum ducem ad peragendum huiusmodi propositum pietatis propensius exhortetur. et inquisita super hiis diligentius ueritate. eam nobis sub oportuna celeritate rescribat. determinate significans in qua et quanta parte prouincie memorate futuri episcopatus locari Kathedra et parrochia ualeat congruentius assignari. ut sic demum cerciores effecti. ad consumacionem huius negotii. sicut inspirauerit dominus procedemus. Datum Laterani. XVIII. Kalendas. Maii. Pontificatus nostri anno. X.

Confer Baluzium et Hansitzium I. 352. Germaniae sacrae, necnon L. B. ab Hormayr historias Viennenses VI. 74. 75.

L.

Complementum transactionis 24. Juni 1203 in Monasterio Göttweih peractae de bonis in Niedersulz, Neusiedel, Schwabdorf et Fischamünde, Leopoldum inter Austriae Styriaeque Ducem et Wolfkerum antistitem Patauiensem, deinde praesulem Aquileiensem per ipsius successorem Manegoldum, Comitem de Berg antea abbatem in Cremsmünster et Tegernsee.

Ad S. Hippolytum 1208. (22. April.)

In nomine sancte et individue trinitatis. Mangoldus dei gratia Patauiensis Episcopus vniuersis Christi fidelibus presentis etatis et future generationis in perpetuum. Quicquid precedentium pie

Digitized by Google

utiliterque patratum est industria, succedentium debet et fauore conpleri et scriptorum in ulterius destinari testimonio, ne uetustatis uel obliuionis incuria contingat aboleri, quod memoria perpetua fuerat retinendum. Innotescat ergo memoriter cunctis cartam hanc legentibus quod uenerabilis *Aquileiensis Patriarcha Wolfkerus*, cum *Patauiensi* cathedre presideret, concambii iure conmunicato vnacum pie recordationis *Livpoldo* Duce Austrie ac Styrie sapientum consilio in eo conuenerit, ut quicquid ipsum Ducem iuris habere constaret in Swabdorf et Vischamvnde nec non et in Nivsidel ad Patauiensem Episcopum et ecclesiam de cetero pertineret. uersaque uice ecclesiam uille que dicitur inferior Svlze, quam Patauiensis ecclesia donatione Sighardi et Heinrici Comitum de Schala, cum omnibus pertinentiis et iure patronatus canonice possederat, potestati Ducis prefati pari iure episcopus contulit. Contigit autem ut idem Dux eandem ecclesiam cum ipsa uilla quam et ipse a memoratis comitibus hereditatis iure susceperat, monasterio ac fratribus in sancta Cruce pro salute et remedio anime sue parentumque suorum pro supplendis eorumdem fratrum stipendiis libera donatione conferret. et predictus Episcopus ipsis fratribus pro parte sua condescendens perhenni iure ipsis concessit. ut quemcunque sacerdotem ipsi in eadem ecclesia instituerint, stipendiis ab eis conuenienter sibi designatis, uidelicet in ipsa uilla Svlze manso uno qui est de dote ipsius ecclesie, et in Ertprvst decem mansorum decimis contentus permaneat, nec ulterius quicquam sub cuiusquam iuris nomine exigat uel requirat. Ceterum institutus ab eis et per manum Episcopi inuestitus, si iniunctum sibi ministerium indebite amministrauerit, eisque rebellis esse uoluerit, licebit ipsis eum coram nobis uel archidyacono permutare. probatis eius insolentiis aliumque in locum eius lege prescripta subrogare. Preterea sepedicti fratres de sancta Cruce pomerium cum molendino in uilla nostra Swabdorf habebant, que utraque domui nostre quam ibidem habemus adeo sunt uicina, ut neutro illorum carere possimus, et idcirco pro eorum recompensatione fratribus ipsis predia duodecim solidos anuatim soluentia in Ringelinsdorf sita contulimus, uidelicet mansum et dimidium que tamen

Digitized by Google

predia Prepositus sancti Ypoliti ad se pertinere dicebat, sed rogatus a nobis omni iure quod in eis habere uidebatur, in manus nostras bona uoluntate renuntiauit, et hoc in Nevnburch, astantibus scilicet Wezelone abbate de Chotwico. Wernhero abbate de sancta Cruce. Marquardo abbate de Zwetel. Vlrico Chori nostri cellerario. Hartmanno chori nostri canonico. Ita ergo memoratos fratres fecimus predia illa libere ac sine contradictione possidere. Vt igitur cuncta que predicta sunt rata in perpetuum fixaque permaneant, presentem paginam sigilli nostri inpressione roboramus. et ne quis ei temere contraire presumat, sub anathematis uinculo denunciamus. Testes quoque subscribi facimus quorum hec sunt nomina. Sighardus archibresbiter et prepositus sancti Ypoliti. Otto prepositus sancti floriani. Vlricus chori Patauiensis cellerarius. Heinricus de Povmgarten. Hartmannus. De Laycis. Heinricus comes de Perge. De ministerialibus nostris. Mangoldus de Schönbuhel. Otto de Walde. Chalhohus marchalcus noster de Grazperch. Heinricus de Wolfbeizinge. Chunradus de Isowe. Heinricus de Wizmannesdorf. Arnoldus et Ernestus de sancto Ypolito. De ministerialibus ducis. Ortolfus de Rammenstein. et Chunradus frater eius. Datum aput sanctum Ypolitum anno ab incarnatione domini. M. CC. VIIII. Indictione XII. anno Pontificatus nostri. IIII. X. Kalendas Mai. per manus Christiani Notarii.

LI.

Ulterior processus informationis de erigendo Viennae Austriae novo Episcopatu, H. hostiensi episcopo, et Leoni titulo St. Crucis Presbytero Cardinali in mandatis datus. Anagni. 1209. (31. Maii.)

Innocentius. episcopus. seruus seruorum dei. Venerabili fratri. h. hostiensi episcopo. dilecto filio Leon. titulo. sancte crucis.

Digitized by Google

presbitero. Cardinali apostolice sedis legatis salutem et apostolicam benedictionem. Cum olim dilectus filius nobilis uir. Dux Austrie nobis humiliter supplicasset. ut propter grauem necessitatem. et utilitatem multiplicem quas expressit. nouum episcopatum in sua creare prouincia dignaremur que quanto erat a sede patauiensi remocior. tanto alterius prouisione pastoris. amplius indigebat. locoque congruo designato in quo construi poterat ecclesia Kathedralis. Wienna uidelicet ciuitate. que post coloniam una de melioribus teutonici regni urbibus dicebatur. episcopatum huiusmodi cum Wiennensi plebe de bonis suis. mille marcarum redditibus se promiserit dotaturum. redditus nichilominus assignando. de quibus tricenarius in ea prebendarum numerus statuatur. quarum quelibet uiginti marcas percipiat annuatim. licet non solum secundum statuta canonica. uerum etiam nonnulla predecessorum nostrorum exempla peticioni sue uideretur merito annuendum. Volentes tamen venerabili. fratri nostro. episcopo Patauiensi deferre. desuper habundanti gratia. rem ipsam sibi curauimus intimare. considerato quod etsi non existeret. necessarium super hoc suum obtinere consensum. requirere tamen eum uideretur. honestum. venerabili fratri nostro Archiepiscopo Salzpurgensi mandantes. ut memoratum ducem. Ad peragendum hoc propensius hortaretur. et inquisita super hiis sollicite ueritate. nobis renunciaret eandem. determinate significans in qua et quanta parte prouincie memorate futuri episcopatus locari cathedra et parrochia posset congruentius assignari. Ob hoc igitur idem episcopus ad presentiam nostram nuper accedens. nuncios prefati ducis qui dicebantur esse uenturi. aliquamdiu expectauit. Quibus demum unacum ipso in nostra presentia constitutis. episcopus ipse proposuit quod de creatione noui episcopatus enormis iactura ueteri proueniret. et dux hoc ingrauamen postulabat ipsius. ut sic ei suam auctoritatem auferret. quam in eius terra. se dicebat habere. ac redditus pretaxatos. utique non de propriis assignare. sed de bonis ecclesiasticis uel feodalibus intendebat. Predicti uero nuncii asserebant econtra quod iure parrochiali duntaxat excepto. in nullo prorsus ex hoc facto enormen iacturam patauiensis. ecclesia sustineret. nec auc-

Digitized by Google

toritatem amitteret quam habebat in ducem. cum racione *medietatis austrie ac magne partis Styrie. quam in dyocesi eius habet* remaneret. parrochialis ipsius requisiti uero cuiusmodi erant ab ipso duce redditus. assignandi responderunt. quod determinate ipsos exprimere non ualebant. quadquam astruerent pro constanti. quod nec in ecclesiasticis nec feudalibus. sed in hereditariis bonis suis idem dux tradere disponebat. eosdem. petentes ut sedem episcopalem in *scotorum* locari *monasterio* mandaremus. et *tercium capitulum.* siue *medietatem Austrie* cum ecclesiis. de cuius et omni iure speciali constituendo episcopatui assignari. ita quod scoti ad aliud monasterium transferantur. possessionibus ac redditibus suis in nullo penitus diminutis. preposituram nichilominus et prebendas de redditibus ecclesie Wiennensis cum plebanus ipsius propter hoc ei cedere sit paratus. et de quadam nobili curia *Chremensi.* uidelicet cum uineis curiis uillicalibus prediis et vniuersis ad eandem curiam pertinentibus que in estimacione trecentarum librarum Wiennensis monete annualiter in redditibus conputantur. constitui iuberemus. Quia uero praefati nuncii. nec de assignacione prouentuum nec de translacione monachorum certum nobis potuerunt dare responsum. cum et assignatio dotis pro nouo episcopatu creando precedere debeat. diuisionem dyocesis. et prouisio noui cenobii pro ueteri concedendo ad episcopalem Kathedram. in ipso locandam debeat anteire. quamuis de monasterio in prima non fuerit postulacione tractatum. Vnde ad consumaciónem negotii procedere non potuimus instanti. nos tamen auditis hiis et aliis que fuerunt. utrimque proposita. coram nobis discrecioni uestre duximus iniungendum. quatenus inquiratis sollicite ueritatem qualiter absque graui et enormi iactura ueteris nouus episcopetus ualeat ordinari. et utrum predictos redditus idem dux non quidem in ecclesiasticis uel feudalibus. sed in hereditariis bonis suis fuerit preassignare paratus. necnon in quo loco collegium monachorum comode ualeat collocari. Et si uniuersa rite concurrerint nos auctoritate nostra suffulti sublato cuiuslibet contradictionis et appellacionis obstaculo ad consumacionem negotii procedatis. Alioquin uniuersa nobis referre curetis. ut per uestram relacionem. de singulis huius negotii cir-

Digitized by Google

tutum est ut retentionem thelonei et iniuriam siqua super hoc orta fuerit. iudex ciuitatis super terram et mutarii super aqua debeant iudicare. hec institutio tesimonio uniuersitatis Kathedralium. ministerialium. burgensium. et sigilli nostri munimine solidatur. Acta sunt hec Anno Ab incarnacione domini. M. CC. VIIII. Indictione. XII. anno pontificatus nostri. IIII. Regnante Romanorum rege semper Augusto. Ottone quarto.

LIV.

Manegoldus Episcopus ratihabet donationem mancipiorum factam a nobili viro Wergando de Rumtingen.

1209.

P. 133. No. XXVII. secundi Codicis. editum.

LV.

Manegoldus episcopus obligat Marquardo de Himberg proventum parochiae in Ulrichskirchen pro pecunia mutuata ad redemptionem castri Windberg.

Circa 1209.

Extat in Codice secundo p. 130. No. XXV.

Digitized by Google

LVI.

Manegoldus antistes et capitulum suum, convocantes omnes chori fratres, ad diem constitutum, statuunt, non residentes cum illis nihil praebendae percipiant praeter denarios de S. Stephano in Wagram et Petzenkirchen, ne porro cuiquam de fratribus ante decimum octavum aetatis annum detur licentia peregrinandi vel causa studii vel causa orationis, ne quoque quisquam collocetur in formellis, antequam sit subdiaconus, nec in stallis antequam diaconus.

Circa 1209.

Manegoldus dei gratia. Patauiensis. Episcopus. Eberhardus prepositus. heinricus decanus. et vniuersum eiusdem ecclesie Capitulum. Omnibus tam presentibus quam futuris in domino Jesu salutem. Considerantibus nobis statum ecclesie nostre et diligenter perpendentibus quod a uigore honestatis antique iam dudum cepisset. paulatim uergere in defectum. cogitauimus qualiter huic malo esset saltem ex parte aliqua occurrendum. et placuit constituere diem ad quem omnes conuocarentur absentes. quatenus commune negotium communi consilio tractaretur. Die itaque constituto presidente in capitulo nostro. domino nostro Manegoldo Episcopo presentibus. Eberhardo preposito. Heinrico decano. et ceteris fratribus statuimus primum de non residentibus nobiscum. ut licet secundum quod scriptum est qui non laborat. non manducet. nichil de stipendio prebende deberent percipere. tamen ne omnino consolacionis prebendalis essent expertes de denariis qui dantur de. S. Stephano in Wachrein. et de Aliis qui dantur de Pezenchirchen. ac de aliis qui nomine oblacionum censentur. preter oblaciones ad altaria equalem

Digitized by Google

cum residentibus percipiant portionem. ita tamen ut de hac ipsa sua portione faciant procurari uices ebdomadarum suarum. alioquin nichil percepturi. Item statuimus. ne cuiquam de fratribus detur licencia peregrinandi. nal causa studii uel causa orationis ante XVIII. etatis annum quibus etiam quam diu habeat licentiam in subsidium expense constituimus dari eam que dicitur antiqua prebendam scilicet uno tantum pane diminutam. per singulos dies. ita tamen ut quilibet eorum ydoneam sui ordinis personam decano representet cui ipse oblaciones illius conferat. quatenus ille ipse absente peregrinantis chorum frequentet et uicem ebdomade illius in choro suppleat. quem etiam decanus si negligens fuerit habeat mutandi potestatem. De eisdem etiam constituimus ut quicquid postquam licentiati fuerint ante iter arreptum uel etiam postquam repatriauerint antequam accedant ad Capitulum ultra mensem perceperint restituere teneantur. Item statuimus ne quisquam antequam sit subdiaconus in formellis nec quisquam antequam sit diaconus. in stallis ad parietes collocetur. Item de auene distribucione statuimus ut siquis non residentium ante festum sancti Martini non ut hospes aduenerit sed facturus nobiscum moram saltem usque ad purificacionem sancte Marie. suam auene recipiat portionem. aliter non. nisi causa necessaria recedere conpellatur. Illud etiam de residentibus duximus adnectendum. ut siquis eorum licentia decani quandoque fuerit egressus. et moram reditus sui ultra XIIII dies protraxerit. stipendium prebende preter unum in Absentia sua tantum usque ad XIIII dies percipiat. tali gratia ter in anno solummodo gauisurus. Ne autem constituciones iste a quoquam ualeant temerari. presentem paginam sigillorum nostrorum impressione placuit conmuniri. Illos autem intelligimus residentes. qui ecclesie in propria persona assidue uel per medietatem anni uoluerint deseruire.

LVII.

Manegoldus Praesul concedit cathedralibus suis immunitatem de curia sua in Mauttern, ne ultra certam summam possint praegravari.

Circ. 1209.

P. 134. No. XXVIII. secundi codicis.

Digitized by Google

LVIII.

Innocentius III. Manegoldo Episcopo confirmat fodinas et salinas ad ecclesiam suam peritinentes. Laterani 1210. (2. Jan.)

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. M. Patauiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum. tam uigor equitatis quam ordo exigit raçionis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum producatur effectum. Ea propter venerabilis in Christo frater tuis iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. Salinas et fodinas ad patauiensem ecclesiam pertinentes. sicut eas iuste possides. et quiete tibi et per te patauiensi ecclesie auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare presumpserit indignacionem omnipotentis dei. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum. Laterani. IIII. Nonas Januarii. Pontificatus nostri anno. XII.

Bullam Alexandri III. Laterani 10. Apr. 1179 (error typi 20. Apr. ibi monstrat) qua Friderico decano et capitulo Patavienſi confirmat omnia bona et proprietates, in specie parochias Karpheim et Hohenstat, Petzenkirchen, Schweinakirchen, Achalming, decimas in Koenigstetten et Katzelsdorf, praedium Viechtenbach oblatum ab Hartwigo de Hagenau, fratre Reginberti Episcopi etc. lectores benevoli videant in Codice traditionum secundo sub No. 20. uti etiam sub No. 35 et 36 Bullas Honorii tertii d. d. Laterani VII. Martii 1217 pro capitulo Patavienſi et Laterani 2. Apr. 1221 pro fratribus coenobii in Schlegel supra Anasum, praemonstratensis ordinis et Gregorii VIII. litteras sub No. XL. patavienſi Episcopo severiorem disciplinam cleri et regularis et secularis inculcantis 13. Juni 1229. Perusii.

Digitized by Google

LIX.

Manegoldus Episcopus ecclesiam in Werde vacantem confert Gebhardo Comiti de Pleyen, componens simul litem de patronatu ejusdem cum Luitoldo et Conrado Comitibus de Pleyen.

1210 (28. Junii) apud S. Georgium in Austria.

Manegoldus dei gratia. Patauiensis. Episcopus. Vniuersis presentem paginam inspicientibus. salutem in domino. Memorie tam presensium quam futurorum conmittimus. quod cum ecclesia in Werde uacaret. contulimus eam concanonico nostro. Comiti Gebhardo de Pleien. frater autem ipsius comes Livtoldus contendens se et patruelem suum Comitem Chunradum de Pleien. habere ius patronatus in eadem ecclesia nitetebatur (sic) ipsum a quieta possessione eiusdem ecclesie prohibere. Sed consilio domini et fratris nostri Frisingensis episcopi et aliorum inductus et suo iam dicti Chunradi nomine consensit. ut dictus G. canonicus memoratam ecclesiam saluo iure. utriusque partis. libere possideret. eó adiuncto. ut si prefatam ecclesiam contingeret uacare a manu sepedicti. G. seu ex uocacione illius ad dignitatem seu alio quocunque modo nec lis esset prius decisa. causa rediret ad ipsum statum. in quo tunc fuit. cum supra memoratus Gebhardus. primo erat a nobis ipsa ecclesia inuestitus. Huius rei testes sunt. Dominus Otto Frisingensis episcopus. Perhtoldus abbas in Tegernse. albertus. prepositus. S. Georii. Vlricus custos patauiénsis. Christanus notarius. Heinricus plebanus de Willeheim. Otto plebanus de Tovfchirchen. Hertnidus plebanus de Ruperhtshouen. Heinricus plebanus de Zwentendorf. Comes Fridericus de Pilstein. Livtoldus de Sauersteten. Otto de Heichenpach. Otto de Morspach. Heinricus de Pogsrvke. Rudegerus de Suntheim. Albero de Schurbach. Engelmarus de Werde. Tiemo de Werde. Hermannus et Rudegerus de Schonnliten. Vlricus de Sihtenberch. Balde-

Digitized by Google

winus de Chornspach. Chunradus de Nivnstat. Reimboto de Werde. Acta sunt hec in Austria aput S. Georium. Anno Ab incarnacione domini. M. CC. X. Indictione XIII. Kalend. Julii. IIII. anno pontificatus nostri. V. Regnante Ottone. IIII. Romanorum imperatore et semper Augusto. anno imperii sui. primo.

LX.

Manegoldus Episcopus Judaeis Pataviensibus a tumultuante populo graviter damnificatis mutas impignorat tam inferiorem quam superiorem.

Patavie. 1210. 30 Nov.

Extat in codice secundo f. 137. No. XXXI.

LXI.

Manegoldi Praesulis decisio de bonis ecclesiae in Nordernbach et ecclesiae in Peuerbach.

1211. 1. Febr. Pataviae.

Extat p. 138. No. XXXII. secundi codicis.

LXII.

Legata pia ac benefica pataviensis canonici Tiemonis ad S. Nicolaum et S. Mariam ibidem, pauperibus ad S. Egidium et ad hospitale.

1212.

Cum dilectus sit deo et hominibus. cuius memoria in benedictione est. Timo Patauiensis canonicus. ob memoriam anime sue.

Digitized by Google

perpetuam. et pro salute omnium fidelium defunctorum. XIIII. Marcas fini argenti tradidit ecclesie sancti Nycolay. domino. C. tunc ibidem existente preposito hac lege cum consensu totius capituli adiecta ut conuentus uel quicunque in iam dicta ecclesia fuerit prepositus. talentum persoluat. quo prefatus. T. adiunxit. in annunciacione sancte Marie. LX denarios. uidelicet dominabus aput sanctam Mariam. LX. pauperibus aput sanctum Egidium. LX ad hospitale Patauiense LX. cedant in usus fratrum aput sanctum Nycolaum constitutorum. Cum uero dictus. T. uiam fuerit uniuerse carnis ingressus. tunc in die anniuersarii sui pro commemoracione sua. supradictis locis in perpetuum hec elemosina distribuatur. Et illud quidem argentum fuit additum pecunie cum qua a pilgrimo chrathsnario et matre sua tuta tunc superstite quedam uinea emebatur. Insuper etiam in contractu prefati. T. hoc fuit adiectum. de communi consensu conuentus. quodsi contingeret illam uineam aliquo modo ab ecclesia sancti Nycolay alienari. uel deteriorari. nichilominus talentum illud ut pretaxatum est de rebus ecclesie solueretur. maxime cum argentum hoc. quod idem T. soluit in utilitatem ecclesie fuerit. conuersum. Vnde ut hic tractatus in perpetuum maneat inconuulsus. ipsum unacum nominibus testium qui ei interfuere presenti cedule placuit annotari. Acta sunt hec anno domini M. CC. XII. sub Manegoldo Episcopo. Huius rei testes sunt. Heinricus decanus. Patauiensis. hertnidus prepositus aquilegensis. Chalhohus. Chunradus. Walchunus. Albero. Otacharus. Vlricus. heinricus de Povmgarten. heinricus Normannus. Hertmannus. Otto castor. Eberhardus. Heinricus. Patauienses. canonici. Bernhardus. prepositus. Chunradus decanus. Alherus. Eberhardus. Wergandus. Eberhardus. Gerboto. Heinricus. Meingotus. heinricus. Gregorius Geroldus fratres. sancti Nycolay.

Digitized by Google

LXIII.

Manegoldus Episcopus cathedralibus Pataviensibus confirmat omnia bona et jura sua.

1213 (16. May) Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Manegoldus dei gratia. Patauiensis. episcopus imperpetuum. Quoniam familie nobis a deo credite. et maxime ecclesiasticis personis. in hoc debitores existimus. ut non solum in ampliandis stipendiis suis. uerum etiam in conseruandis sibi et confirmandis his que possident nostram debeant sollicitudinem presentire. inde est quod propter uarium et mutabilem statum presentis temporis presenti priuilegio confirmamus. choro Patauiensi. uniuersa que ad usus Kathedralium ibi degentium adeptus est. tam in hominibus quam in ecclesiasticis beneficiis. uineis. uillis. molendinis. agris. et aliis rebus. ex largitione regum. ducum. pontificum. et aliarum quarumcunque personarum seu quicquid alio iusto titulo conquisiuit. et ad nostra tempora possedisse dinoscitur. et quicquid etiam ipsi choro est apostolicorum priuilegiis conmunitum. Adnectimus igitur ut quicunque supra memoratum chorum patronatu beati Stephani protomartiris accinctum in possessionibus suis turbauerit. aut aliquatenus grauare presumpserit. omnipotentis dei iram incurrat. et anathematis gladio nisi resipuerit feriatur. eterno supplicio deputandus. Defensores autem prefate ecclesie et si qui ipsam per incrementa profectus et honoris amplificauerint. hic peccatorum suorum ueniam optineant et in celo eterne retributionis premia consequantur. Datum apud Patauiam per manum Christiani notarii. XVII Kalendas Junii. anno ab incarnacione. domini M. CC. XIII. Indictione I. Presidente Romanae sedi. Innocentio. III. anno pontificatus sui. XVI. Regnante. Romanorum rege. Friderico. anno regni sui primo. anno uero pontificatus nostri. VIII.

Digitized by Google

LXIV.

Innocentius III. confirmat Manegoldo Episcopo omnia jura ecclesiae suae in abbatiam Stae Mariae. Signie 1214. (9. Aug.)

Innocentius episcopus seruus seruorum dei. venerabili *fratri* episcopo. et dilectis filiis. Capitulo Patauiensi. salutem et apostolicam benedictionem. Cum a nobis petitur quod iustum est et honestum. tam uigor equitatis quam ordo exigit racionis. ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Ea propter venerabilis in Christo frater. et dilecti in domino filii uestris iustis postulacionibus grato concurrentes assensu. donacionem quam clare memorie Heinricus Imperator. de iure patronatus quod in Abbatia sancte (Marie) Patauiensis habebat et de possessionibus ministerialibus ac aliis bonis eius. ecclesie uestre fecit. sicut racionabiliter facta est. et in eiusdem imperatoris priuilegio dicitur contineri. auctoritate apostolica confirmamus. et presentis scripti patrocinio conmunimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmacionis infringere. uel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc adtemptare presumpserit indignacionem dei. et beatorum Petri et Pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Signie V. Idus Augusti. Pontificatus nostri anno. XVI.

LXV.

Udalricus Episcopus, Leopoldi gloriosi Austriae Styriaeque Ducis antea protonotarius et filiorum praeceptor, redditus capituli sui auget ad restaurandam antiquam consuetudinem, qua singulis diebus dominicis in refectorio proprio refici consueverat. 1216. (29. Febr.) Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Vlricus dei gratia. Patauiensis Episcopus in perpetuum. Cum nostri debitum officii

Digitized by Google

dinoscatur exigere. ut circa singularum ecclesiarum amplificanda stipendia paterna ac pia sollicitudine uigilemus. Hinc est quod cum patauiensis ecclesie Capitulum singulis diebus dominicis in refectorio suo refici consueuisset. et nos hanc consuetudinem consideraremus lentescere rerum expostulante defectu ad iam dicti capituli preces. per talem prouidentiam huic defectui duximus obuiandum. quod. VIII. talenta ex prouentu mute nostre in Patauia annuatim soluenda ipsi capitulo perpetuo ac pleno iure donauimus. tali lege. ut ex huius donacionis nostre subsidio eadem consuetudo refectionis uidelicet in refectorio in perpetuum seruetur. omnimodis inconuulsa. Que utique consuetudo si forsan infracta fuerit. ab eodem capitulo nulla causa legitima exigente. uolumus atque statuimus. ut eiusdem nostre donacionis consolacio. ipsi penitus subtrahatur. Cum etiam idem Capitulum ex antiqua largicione predecessorum nostrorum ex huius redditu mute. III. talenta singulis palmarum dominicis percipere se gaudeat annuatim. uolumus et statuimus. ut tam hec quam ea que nos ipsi tradidimus talenta. que simul computata sunt. XI. singulis annis In annunciacione dominica persoluantur. presenti priuilegio sanctientes. et etiam statuentes ne alicui alte uel humili ecclesiastice seculariue persone liceat hanc nostram donacionem infringere. seu ei quoquam temeritatis ausu in aliquo contraire. Quicunque igitur hoc adtemptare presumpserit. excommunicacionis penam ac dei omnipotentis iram incurrat. in die nouissimo nisi resipuerit. eternaliter condempnandus. Omnibus autem ei consentientibus sit pax in domino. eternam felicitatem cum felicibus feliciter adepturis. Acta Patauie. II. Kalendas. Marcii. anno. domini. M. CC. XVI. Indictione. V. Pontificatus nostri anno primo. Presentibus Hertnido aquilegensi preposito. Chalhoho. Tunone. Chunrado Tumplebano. Heinrico de Petenbach archidiacono. Magistro heinrico de Witen archidiacono. Ottone biberone. Eberhardo de Johansdorf. Rudolfo. ministerialibus. Hademaro de Wesen. Levtoldo de Sauersteten. Heinrico de Aheim. Chunrado iudice. Gerhardo et aliis pluribus.

Digitized by Google

LXVI.

Udalricus Episcopus choro Pataviensi privilegia omnia confirmat.

1216. (23. Septbr.) Pataviae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Vlricus dei gratia. Patauiensis episcopus in perpetuum. Quoniam familie nobis a deo credite et maxime ecclesiasticis personis. in hoc debitores existimus. ut non solum in ampliandis stipendiis suis uerum etiam in conseruandis sibi et confirmandis. his que possident. nostram debeant sollicitudinem presentire. Inde est quod propter uarium et mutabilem statum presentis temporis presenti priuilegio confirmamus. choro patauiensi uniuersa que ad usus Kathedralium ibi degentium adeptus est. tam in hominibus quam in ecclesiasticis beneficiis. uineis. uillis. molendinis. agris. et aliis rebus. ex largicione regum. pontificum ducum. et aliarum quarumcunque personarum seu quicquid alio iusto titulo conquisiuit. et ad nostra tempora possedisse dinoscitur. et quicquid etiam ipsi choro est apostolicorum priuilegiis conmunitum. Adnectimus igitur. ut quicunque supramemoratum chorum patronatu beati Stephani protomartiris accinctum in possessionibus suis turbauerit. aut aliquatenus grauare presumpserit. omnipotentis dei iram incurrat et anathematis gladio nisi resipuerit. hic omnium peccatorum suorum ueniam obtineant et in celo eterne retribucionis premia consequantur. Datum patauie per manum Chunradi notarii. VIIII. Kalendas Octobris. anno domini. M. CC. XVI. Indictione. IIII. Presidente Romanae sedi. honorio. anno Pontificatus sui primo. Regnante Romanorum rege Friderico. anno pontificatus nostri primo.

Digitized by Google

LXVII.

Transactio Udalrici Episcopi cum ecclesiae suae vasallis, nobilibus de Wessenberg, nominatim de castro Griesbach et foro in Velden.

1217. (2. July.) Viennae.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Vlricus dei gratia Patauiensis episcopus Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis. perpetuam in Christo salutem. Vniuersitatis uestre memorie commendamus. quod cum domino Cholone. nobili uiro. de Wessenberch. uiam uniuerse carnis ingresso. feodum quod ipse suique progenitores a nostra habebant ecclesia uacare cepisset. heinricus frater ipsius Cholonis. hoc tamen feodum quod pater ipsius possedit ab ecclesia sibi inpetrauit. sub hac lege concedi. quod ipse prediorum suorum. centum hubas. et insuper castrum Griezpach cum omnibus suis pertinentiis. et familie sue. XLVI utriusque sexus militaris condicionis homines super Altare beati prothomartiris Stephani infra festum beati Jacobi proxime uenturum. cum pleno iure et libertate omni sublato contradictionis scrupulo. se traditurum hac conditione promisit. ut si ipse hec omnia pretaxato termino non compleret. castrum Griezbach. et forum in Velden. utrumque cum omnibus suis pertinentiis. uel proprietatis loco pignoris nobis crederet possidendum. Nos autem peticioni ipsius heinrici beniuole postmodum accedentes. diem tradicionis huiusmodi usque ad festum Martini subsecuturum proxime uolumus prolongare. ita tamen sub forma pacti premissi. quod si ipse eo die uel infra plene non soluerit tradicionem eandem ueluti est promissum Castrum Griezbach. et forum Velden utrumque uidelicet cum suis pertinentiis. secundum adtestacionem testium. qui priori intererant contractui. statim uel proprietatis loco. uel loco pignoris pro traditione tali cessante occasione omnimoda nobis cedat. Sed et hoc duximus adnectendum

quod tradendorum ecclesie nostre hominum iam. sex tradidit iure plenario possidendos. Castrum quoque Griezpach. cum suis pertinentiis similiter tradidit. et traditum in feodo a manu nostra recepit. Reliquos uero homines. cum centum hubis illis si eas sicut prediximus ecclesie nostre donauerit. ipse in feodo a manu nostra reciperet. sibi et filiis suis tantum siquos habuerit. ad dies uite sue tenendos. quibus de medio sublatis. nullus postea successorum siue heredum suorum. tam in hiis omnibus quam in feodo patris sui quod ipsi contulimus. quicquam iuris uendicare debebit. sed omnia tunc insimul ad ecclesiam reuoluentur. Ne autem hunc contractum. propter fragilitatem humane memorie aliqua calumpnia seu aliquis inopinatus euentus possit infringere uel turbare. ipsum biformi pagine nostro sigillo signare. subscriptis testium nominibus iussimus adnotari. quorum ad firmiorem cautelam ipse hinricus vnam. nos uero alteram duximus conseruandam. Hii sunt. Magister haeinricus scriba austrie. Marquardus de hintperch. Rudolfus de Potendorf. Livtoldus de Sauerstetin. Otto de Morspach. Sigehardus pibro. Marquardus de velwen. Gotfridus camerarius. Erlolfus ciuis. Wiennensis. Albero Gneuso. et alii plures. Actum Wienne. VI. Nonas Julii. anno domini. M. CC. XVII. Indictione V. Pontificatus nostri anno secundo.

LXVIII.

Ulrici praesulis transactio cum Henrico de Wessenberg, de foro Velden et castro Griesbach.

Pataviae 1220. (11. Febr.)

Ulricus dei Gratia Patauiensis. episcopus. Omnibus Christi fidelibus presentem paginam inspecturis salutem in domino. Ad uniuersitatis nostre noticiam cupimus peruenire. quoniam negotium faciende tradicionis super altare beati Stephani. a heinrico nobili uiro de Wessenberch. tam in hubis quam in hominibus sicut antiquum pleniter continet instrumentum. de nostro ac ipsius Hein-

Digitized by Goog

rici consensu saluoque utriusque nostri iure habitis multis ac uariis hinc inde tractatibus. sic non tandem dinoscitur diffinitum. ut si ipse Heinricus. in proxima dominica. qua Letare ierusalem cantatur. tradicionem eandem. cum sollempnitate debita ac libertate adinplere distulerit. castrum Griezpach et forum velden. utrvmque cum suis pertinentiis sine omni contradictionis obstaculo. uel proprietatis titulo. uel loco pignoris. sicut in ipso antiquo reperitur instrumento. nostre cedat ecclesie possidendum. Et ne super hoc ulla possit amodo suboriri calumpnia. biformem paginam sigilli nostri inpressione signatam conscribi iussimus. quarum ad firmiorem cautelam ipse Heinricus unam nos. uero alteram duximus conseruandam. Huius rei testes sunt. Otto decanus. Chalhohus. Hertnidus. prepositus. magister Heinricus. Rudolfus canonici. Heinricus de Aheim. Waltherus de Tanneberch. Otto de morspach. Heinricus et Wernherus de Winsperch. Albero de Germundesperge. Heinricus de heizenfurte. Otacharus de Lithenberch. Chunradus. Zachhalm. Chunradus de Perndorf. Dietmarus de Ahalmsdorf. Wernherus de Chunenberge. et alii plures. actum Patauie. III. Idus Februarii. anno dominice incarnacionis. M. CC. XX. Indictione VIII. Pontificatus nostri anno. IIII.

LXIX.

Ludovicus, Bavariae dux, redux e terra sancta et a coronatione Henrici regis, resignat episcopo pataviensi pagum Hogau a fluvio Ilz usque ad majorem Muhelam fines suos protendentem pro certa pecuniae summa.

Bozani. 1222. (5. September.)

Lodewicus dei gratia Palatinus rehni et Dux Bawarie. Omnibus Christi fidelibus. presentem paginam inspecturis. Salutem in domino. Ad uniuersitatis uestre noticiam cupimus peruenire. quomodo domino nostro Patauiensi episcopo. Comitiam in ylskeu.

Digitized by Google

cuius termini ab ylsa usque ad inferiorem Muhelam protenduntur. eam uidelicet quam ipse dominus episcopus nobis concessit. ea sibi ex resignatione nostra ab imperio concessa et etiam priuilegio confirmata. nec pariter cum filio nostro resignauimus sub huiusmodi libertate. ut a Comite Perngero atque ab aliis omnibus siqui forsan fuerint. eum super ipsa impetentibus. illam ei iuris ordine tueamur. pro quo facto et ipse nobis Quingentas Marcas dabit. ad festum beati Jacobi in proximo aduenturum. Ad huius etiam soluende nobis pecunie certitudinem firmiorem. ex officio suo Possenmvnster. et de bonis suis in Sulzbach. nobis et filio nostro ad. LX. libras. in annuis redditibus lege huiusmodi obligauit. ne quicquam nunc infra festum beati Jacobi ex illis percipere debeamus. sed si talem nobis pecuniam adhuc soluere forsan ipse distulerit. bona eadem nobis obligata cum omni usufructu tytulo pignoris tamdiu possedebimus. donec ipse ante idem festum Jacobi ea duxerit redimenda. Vt igitur factum huiusmodi consistat perpetuo inconuulsum. presentem paginam. nostro atque domini nostri Frisingensis. episcopi qui eidem interfuit. sigillo signatam. prefato domino nostro episcopo exhibuimus. testium nominibus subnotatis. Hii sunt testes. Vlricus Comes de Vote. Perhtoldus de Allenuelt. Chunradus Comes de Moseburch. Chalhohus Comes de Chirichperch. Alrammus de Halse. Perhtoldus de Schiltperch. Leutoldus de Owa. Otto Fuz. Vlricus de Scrouenhousen. Chunradus de Baierbvnne. Chunradus de Frivndesperch. Guntherus de Giesenpach. Ysenricus de Waldeche. Otto de Johanstorf. et alii quam plures. actum Bozani Nonis Septembris. anno domini Millesimo CC. XX. Indictione VIII.

LXX.

Compositio litis inter Gebhardum, Patav. Episcopum, et Ortliebum de Winkel.

1222. Crems.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gebhardus dei gratia. Patauiensis ecclesie episcopus. Omnibus Christi fidelibus salutem.

Digitized by Google

Quoniam ex sollicitudine pastoralis officii nostra interesse dinoscitur. ut ad reformandam pacem et quietem ecclesiarum nostre dyocesis. paterna diligentia uigilemus. ad presentium noticiam et futurorum memoriam cupimus peruenire. quod cum dominus Ortliebus de Winchel. propter grauamina que choro nostro Patauiensi. intulit. frequenti excommunicari meruerit. ad componendum inter ipsos in tantum processimus. quod Eberhardus de Johansdorf. tunc temporis cellerarius. pro ipso choro et dilectus Ortliebus. pro se compromiserunt in arbitros decanum uidelicet Patauiensem. prepositum Aquilegensem. et Ortolfum de Azenbruke. ita ut illorum arbitrio decideretur. lis omnimoda inter ipsos. Qui sunt et taliter arbitrati. ut de prouentu qui de theloneo aput sanctum Stephanum in foro prouenit. duas partes canonici colligant. terciam uero partem Ortliebus. recipiat. antedictus. Et cum de prouentu concambii denariorum quod fit in foro eodem. fieri debet similiter. in hoc ipsi Ortliebo facta est gratia. quatenus prouentus idem. inter canonicos et ipsum O. equa diuidatur portione. Insuper de questis quicunque haberi poterunt. de pugna uel de quacunque causa alia. que inter homines ipsorum canonicorum euenerit ipse. O. equam similiter cum ipsis canonicis recipiet portionem. Additum est insuper ut ipse. O. tres herbergarias et conuenientes ab hominibus ipsorum in anno accipiat. unam in hieme et duas in estate ubi uoluerit. in foro uidelicet. uel in plebani domo. sine omni tamen incommodo et grauamine ipsius plebani. Preterea in ipso foro nulla debet esse taberna. quamdiu ipsorum canonicorum uinum ubi uendetur. et preter hec que dicta sunt. idem Ortliebus de hominibus atque de bonis ipsorum canonicorum. nec exactionem. neque questum aliquem habere debebit. Si autem contra huiusmodi contractum ipse in aliquo uenire presumpserit. et citatione et querimonia omni cessante excomunicacionis sit uinculo innodatus. et ius aduocatie perdidisse omnimodo noscatur. Vt autem hec perpetuo maneant inconuulsa. ipsum arbitrium duplici pagine sigillo nostro signare. subscriptis testium nominibus fecimus adnotari. quarum unam canonici. alteram uero sepedictus. Ortliebus. seruare debebit. Actum Chremse in domo plebani. anno. M. CC. XX. II. Indictio-

Digitized by Google

ne. X. Anno Pontificatus nostri primo. Testes. Wetzlo. Abbas Choetwicensis. Otto. decanus. Patauiensis. Hertnidus prepositus. Chalhohus. Gotfridus. archidiaconus. Sifridus Weiso. Eberhardus de Johansdorf Magister Rudbertus. patauienses canonici. Chunradus comes de pleien. Heinricus de Chunringen. Ortolfus de Azenpruke. Levtoldus de Hohenstovfe. Helmwicus de Griezze. Hademarus de Wesen. Levtoldus de Sauersteten. Chunradus de Valchensteine. Otto de Morspach. heinricus tunc temporis plebanus. et Vlricus antecessor suus.

LXXI.

Leopoldi gloriosi Austriae Styriaeque ducis et Gebhardi comitis de Plain, episcopi pataviensis transactio de mutuis ministerialium suorum matrimoniis.

Viennae 1223. (20. Jan.)

In nomine domini. Gebhardus dei gratia patauiensis. episcopus. Livpoldus eadem gratia Dux austrie et Stirie. Cum non nullorum gesta negociorum ne ab humana memoria cum temporis lapsu labantur. et uoce testium et scripture memoria soleant roborari. ad presentium noticiam et futurorum memoriam presentis certitudine scripti cupimus peruenire. quomodo communi utilitati nostre prouide consulentes. simul in hanc legem conuenimus. ut quicunque ex ministerialibus siue ex hominibus nostris matrimonialiter in alterius potestatem transierint. siue iam transsisse noscantur. illorum pueri per equam inter nos portionem equaliter diuidantur. Si uero tantum puer unus superstes fuerit siue propter imparitatem pueri. equa diuidi non poterint portione. puer ille superstes, ad illum cuius mater fuisse dinoscitur deuoluetur. Sed et ille puer tunc liberam facultatem habebit uel in episcopi uel in ducis potestatem per matrimonium transeundi. et illius inter nos pueri nichilominus quemadmodum premissum est diuidentur

Digitized by Google

equaliter si etiam conditionis libere fuerit hec mulier quam duxerit idem postea in uxorem. Vt igitur huius conuentionis contractus ad tempora uite nostre permaneat inconuulsus. presentem paginam conscribi. et conscriptam utriusque nostri sigillo fecimus consignari. Actum. aput Wiennam. XIII. kalendas. februarii. anno domini. M. CC. XXIIII. Indictione. XII. Huius autem rei testes sunt. Chunradus. Ratisponensis. episcopus. Chunradus. Comes de Plaeien. Ludewicus puer de Hagenowe. Otto. Tumaduocatus. de Lengebach. Livtoldus puer Comes de Plaeien. Otto Patauiensis. Decanus. Chalhohus. Magister Heinricus. Magister Rudbertus Patauienses Canonici. Rudolfus de Putendorf. Chadoldus Dapifer de Veldsperch. Heinricus et filius eius Heinricus de Pvnne. Vlricus Struno. Marscalcus. Vlricus de Wolfkerstorf. Rudegerus de Antschowe. Hademarus de Wesin. Heinricus de Chunringe. Livtoldus de Sauerstetin. Otto de Morspach. Otto de Walde. et Chunradus. filius eius. Pilgrimus de Tannenberch. Ortolfus de Waldekke. Heinricus. de Lonstorf. et filius eius Vlricus. Meingotus de Jenberch. et alii quam plures.

LXXII.

Gebhardi Episcopi confirmatio permutationis inter Conradum Comitem de Wasserburg et Eberhardum de Johansdorf, plebanum de Osterberg et Canonicum Pataviensem.

1223. (17. August.) Patauiae.

Extat p. 143. No. XXXVII. perperam ibi 27. Aug. adscriptum, loco 17.

LXXIII.

Gebhardus Praesul insulae inferiori apud Monasterium St. Mariae in Patavia jura, Burgrecht vocata, impertitur.

Pataviae 1224. (27. Jan.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Gebhardus dei gratia. Patauiensis episcopus In perpetuum. Quia non solum memoria. sed et uita humana brevis esse dinoscitur. et inconstans. necesse est omnimodis gesta negotiorum quorumlibet. ne cum tempore hominumque uita pertranseant. scripture munimine confirmari. Quia circa ad presentium noticiam. et futurorum memoriam cupimus peruenire. quam insulam inferiorem. aput monasterium sancte Marie in patauia hoc iure quod uulgo dicitur purchreht. priuilegiauimus. sicut domus uniuerse ibidem exstructe. hoc iure uidelicet burchreht nuncupato gaudere et in perpetuum debeant consistere sub eodem. Ad cuius concessi a nobis iuris argumentum. domus heinrici. V. denarios. Engelschalci. VI. denarios. Chuochonis. III. denarios. Alheidis. III. denarios. Engelschalci. III. denarios. Scherzonis. III. denarios. Heunpuchi. VI. denarios. et episcopi domus. III. denarios. debebunt soluere annuatim. quem censum ad usum dominarum aput prefatum sancte Marie monasterium duximus deputandum. Sciendum insuper esse uolumus. quod statuimus firmiter obseruandum. ut si domorum illarum aliquam quandoque uendi contigerit. hec non nisi successoribus nostris. seu ciui patauiensi ciuitate residenti uendatur. Vt igitur in perpetuum ista sub hoc tenore salua permaneant. presentis priuilegii paginam conscribi et conscriptam nostri inpressione sigilli fecimus consignari. huius rei testes sunt. Otto maior prepositus. Chunradus decanus. Chvnradus. Tvmplebanus. Magister. Heinricus Zobellinus. Siboto patauienses canonici. Hademarus de Vuesen. Livtoldus de Sauersteten. Waltherus et Pilgrimus de Tanneberch. Otto de Johansdorf. Albertus de Pern-

Digitized by Google

stein. Heinricus de Pogesruke. Eberhardus et heinricus de furte. Waltherus ysenaere. Chunradus iudex. Heinricus sartor. Siboto Waenigaere. Chunradus piuraere. Rudolfus prepositus. et alii plures. Actum Patauie in Stupa nostra. VI. Kalendas. februarii. Anno. domini. M. CC. XXIIII. Indictione. XIII. Pontificatus nostri anno secundo.

LXXIV.

Compositio de castro Vichtenstein inter Rudigerum episcopum pataviensem et Conradum, comitem de Wasserburg.

1240. (28. Jul.)

Hec est forma compositionis super discordia que uertebatur inter uenerabilem dominum Rudegerum episcopum Patauiensem et nobilem uirum Chunradum Comitem de Wazzerburch de Castro Viehtenstein. et aliis questionibus incidentibus. uenerabilis Gebhardus episcopus Patauiensis pie memorie. sexcentas marcas puri argenti quas pro eodem castro Comes soluerat predicto in eiusdem castri consistunt emptione. Insuper de omnibus redditibus nunc cultis ad idem castrum pertinentibus pro ualore libre soluet dominus. R. episcopus Patauiensis XV. libras Comiti eidem. De redditibus uero nunc cultis soluet XIII libras pro ualore libre qui fuit tempore patris sui Comitis Dietrici. Item dictus Comes. C. resignabit feoda que habet in presentiarum ab ecclesia Patauiensi. ita quod pro ualore libre eorumdem feodorum X. ei libre persoluantur. et si aliquid de redditibus eorumdem feodorum a sepedicto Comite fuerit obligatum illud de pecunia sibi soluenda. dictus dominus episcopus facere debet absolutum. Item Si ministeriales uel proprii homines ipsius Comitis possessiones suas. aut feoda ab ecclesia patauiensi. habita uendere uoluerint eas uel ea secundum quod dictum et expressum est de possessi-

Digitized by Google

onibus et feodis. Comitis sub ualore librarum sepedictus dominus episcopus. emere tenetur. et eas possessiones usque ad uenditionem illis pro uiribus defendere. Siqui uero ministeriales ibidem permanere noluerint. dominus episcopus pro eisdem dignam et debitam Comiti dare debet pecuniam. Homines quoque rusticales siqui fuerint. dominus episcopus emet secundum consilium domini Gerhohi de Salzburch et domini Sifridi de Vrowinberch. exceptis hiis rusticis qui captioni Castri interfuerunt. Jus etiam Aduocatie secundum quod apud Comitem Dietricum fuerat requisitum. dominus episcopus recompensare debet Comiti iuxta taxationem domini Gerhohi de Salzburch. et domini Sifridi de Vrowinberch. et domini Vlrici de Maemminge. Canon. patau. et domini Heinrici de Merswanch. De propria uero aduocatia pro ualore libre secundum antiquum statum apud Comitem. Dietricum dabit. XV. libras absolute et in hac et in predicte pecunie solutione. pro solidis XIIII. Marca puri argenti Comiti debet persolui in pondere patauiensi. De captiuitate etiam domini Gebhardi pie memorie patauiensis episcopi. facta et de solutione CCC marcarum. illustri Comiti. iuxta dicti Comitis promissarum necnon de retentione usufructuum. possessionum. sepedicti Comitis. actio et questio omnis quiescet et cessabit imperpetuum priuilegiis et instrumentis pridem super causa eadem utrobique confectis. cassatis et cassandis. Dominus Dietmarus etiam de Hugenperge omnesque fautores et auxiliatores. partis utriusque. ad plenam recipi debent gratiam et securitatem. firmandam et stabiliendam secundum consilium Comitis predicti. Huius rei testes sunt hii. Dominus Eberhardus Salzburgensis archiepiscopus. Chunradus episcopus Frisingensis. Otto prepositus Salzburgensis. Vtto prepositus maioris ecclesie Frisingensis. Otto Dux Bawarie. Rapoto palatinus Bawarie. Hartmannus Comes de Dilingen. Ekehardus de Tanne. Alhardus de Prisingen. et alii quam plures. Acta sunt hec anno Incarnationis domini Millesimo CC Quadragesimo quarto. Indictione secunda Quinto Kalendas Augusti.

Digitized by Google

LXXV.

Conradus comes de Wasserburg obligat castrum suum Vichtenstein ad Danubium, ex quo viatores et naves saepius infestaverat, cum omnibus bonis suis intra fluvium Salzach, Gebhardo patavicnsi episcopo et Leopoldo duci Austriae.

Pataviae 1224. (1. August.)

In nomine domini Ego Chunradus Comes de Wazzerburch confiteor me per fidem datam in manus dominorum meorum uenerabilium. Eberhardi Salzburgensis archiepiscopi. Ekkeberti Babinbergensis et Gebhardi Patauiensis episcoporum et Livpoldi illustris Ducis Austrie et Stirie atque per iuramentum prestitum confirmasse. ut de Castro meo Viehtenstein. atque per memetipsum per ministeriales. castellanos et homines meos in aqua scilicet in danubio uiator aliquis siue nauta siue nauis aliqua per predam siue per aliam qualemcunque causam iniuste. nunquam de cetero molestetur. Et quidem ad hoc iuramentum inuiolabiliter obseruandum. castrum meum prefatum vihtenstein. cum omnibus que infra fluuium qui dicitur Salzzah habere dinoscor. dominis meis. G. uenerabili Patauiensi episcopo. et L. illustri Duci Austrie et Stirie pro Mille marcis tytulo pignoris obligaui. uidelicet sub hac lege. quod ministeriales et castellani mei iam fideliter iurauerunt. ut si contra prefatum iuramentum meum in ipsa aqua uel in eius uia forte aliquis fuerit per predam offensus. et hoc debite ego non emendauero infra IIII. septimanas. cum hoc michi uel per predicti domini mei episcopi uel domini mei Ducis litteras seu nuntios fuerit intimatum. ipsi ministeriales et castellani mei. idem abinde ad sex ebdomadas. castrum in potestatem eorundem dominorum meorum scilicet episcopi et Ducis. omni occasione remota. sub forma obligationis predicte assignabunt.

Digitized by Google

quod castrum et ipsi tunc cum omnibus que predixi tytulo pignoris pro mille marcis. debent libere possidere. Sed et hanc obligationem si a festo beati Martini proximo infra anni spacium per manum et consensum uxoris mee. necnon et per consensum uel litteras Rapotonis Palatini et fratris sui Comitis Heinrici de Ortenberch. et Gerhardi Comitis de Hirzperch non confirmauero. idem castrum cum prefatis bonis omnibus. prefatorum dominorum meorum scilicet episcopi et Ducis pro mille marcis. cessante contradictione qualibet pignus erit. Ad maiorem quoque cautelam dominorum meorum principum qui huic rei interfuerunt. Sigillorum et mei similiter impressione sigilli feci et optinui consignari. acta sunt hec Patauie in Kalendis augusti anno domini M. CC. XXIIII Indictione XII. Presentibus dominis meis. Eberhardo Salzburgensi Archiepiscopo. Ekeberto Babinbergensi episcopo. Rapotone palatino Bawarie. Alberto Comite de Bogen. Chunrado de Plaeien. Perngero Comite de Lewenberch. Heinrico et Wernhardo nobilibus de Scovnberch. Werngando de Rumtinge. Hademaro et Heinrico de Chunringen. Rudolfo de Putendorf. Vlrico Strevnone. Wergando. Hermanno de Chranhperch. Ottone de Berhtoldestorf. Hademaro de Wesin. Livtoldo de Sauerstetin. Ottone de Morspach. Ottone de Johanstorf. Heinrico de Merswanch. Heinrico de Torringen. Wernhardo de Sigenheim. Wernhero de Anzenchirchen. Chunrado de Steineinchirchen et aliis pluribus. Hii subscripti pro me Comite iurauerunt. Heinricus de Waldeke. Albertus de Grantperge. Heinricus de Grauendorf. Sifridus de Hademarsah. Otto de Chlafpach. Dietherus officialis.

LXXVI.

Conditiones iteratae venditionis castri Vichtenstein a Conrado comite de Wasserburg Rudigero pataviensi episcopo, uti prius antecessoribus suis Ulrico et Gebhardo, factae.

In nomine domini amen. Ego Chunradus dei gratia Comes de Wazzerburch Omnibus presentem litteram inspecturis salutem

Digitized by Google

in domino. Tenore litterarum presentium notum facimus uniuersis. quod cum nos Castrum nostrum in viehtenstein cum omnibus sibi attinentibus tam hominibus quam possessionibus. cultis et incultis. longe lateque sitis domino nostro. R. uenerabili Patauiensi episcopo et ecclesie Patauiensi. in proprietatem perpetuam uenderemus pro mille et C. Marcis. ex quibus. Trecentas marcas de Camera domini episcopi recipere debebamus. Quadringentas uero marcas de uniuersitate Ciuium in patauia sumus recepturi. secundum quod sub iuramento promiserunt et etiam data fide. reliquas uero Quadringentas marcas. officiales domini episcopi in patauia nobis soluere promiserint. tenentes pro eadem solutione officinas domini episcopi. monetam uidelicet et Mutas in Patauia obligatas. et sic nobis fuerit per tales fideiussores de eadem pecunia satisfactum. Quo facto dominus noster episcopus nos admonuit diligenter. ut secundum quod in nostro contractu fuerat diffinitum. a CCC. marcis que vxori nostre inprima emptione a domino Gebhardo episcopo patauiensi pie memorie promisse fuerant firmiter et laudate. ipsum et ecclesiam soluere deberemus quod et nos promisimus data fide. terminum ponentes quod usque ad Pascha proximo tunc uenturum. vxorem nostram a tali emptione de cetero quiescere faciamus. Et quod ea que promittimus ad effectum efficaciter perducamus. Quadringentas marcas. quas in ultima solutione ab officialibus domini episcopi recipere debemus. eidem episcopo obligamus. promittimus etiam quod de ultima solutione fratribus de Sauersteten pro LXXXX marcis obligatas pro parte nostra libere exsoluamus. Promittimus etiam quod nos possessiones in Tuetenbach quibus Ekkehardum de Tanne infeodauimus. a quibusdam militibus Nobilium de Scounberch pro C. talentis wiennensis monete. in integrum redimamus. Promittimus etiam quod Curiam in Grauendorf cum suis attinentiis. quam Nobilis de Poumgarten pro XL. talentis ratisponensis monete. tenet obligatam. de ultima solutione sicut prediximus redimemus. Promittimus etiam quod omnia ea que post primam emptionem domini Gebhardi Patauiensis episcopi de possessionibus que ad Castrum in Viehtenstein pertinent alienauimus. obligauimus. uel etiam infeodauimus. ad eccle-

Digitized by Google

siam patauiensem. et ipsi episcopi dominium redire faciamus libere et solute. Et si facere neglexerimus predicta. dominus episcopus ultimam solutionem in potestate sua pro pignore tamdiu detinebit. donec plene exsoluerimus. que superius sunt notata. a fideiussoribus nostris uidelicet officialibus in Patauia nichil medio tempore requirentes. Ammoniti etiam a domino nostro *Patauiensi* episcopo. quod ecclesia Patauiensis a nobis tam *in hominibus* quam in rebus esset in prima et in secunda emptione lesa grauiter et offensa. Centum Marcas in Capella sancte Marie plurimis astantibus relaxauimus bona fide. Et ne huic contractui et scripto aliqua debeat calumpnia suboriri. presentem litteram cum sigilli nostri munimine roboramus cum testibus subnotatis. Gerhohus Archidiaconus Austrie. Vlricus de Maemminge. Archidiaconus. Otto de Lonstorf. Archidiaconus. Ditmarus maior plebanus Canonicus Patauiensis. Gebolffus plebanus de Niwnchirchen. Hademarus de Wesen. Otto de Possmunster. Heinricus de Hartheim. Ortolffus de Preisekke ministeriales ecclesie. Chunradus de Sebrukke. Ortolffus de Laeiminge. Poppo de Rehpochinge. Pruno officialis in Viehtenstein. Rudegerus iudex Patauiensis. Christanus. Heinricus et Vlricus fratres de Preisekke et alii quam plures.

LXXVII.

Gebhardus e comitibus de Playen, pataviensis praesul ampliora civitati suae jura municipalia impertitur, cum consilio chori sui, ministerialium ac civium.

Pataviae, 19. Martii 1225.

In nomine domini. Gebhardus Dei gratia Pataviensis Episcopus Imperpetuum, Ut *status nostre civitatis* non solum *armis* et *municionibus*, verum etiam *juris et legalium institutionum sanctionibus* decoretur, per quas cujusvis insolentie rabies repri-

Digitized by Google

matur. vnacum *Choro* nostro. *Ministerialibus.* ac *civibus.* duximus consedendum. subscripta jura secundum legalia instituta, prout singuli casus exegerint, communicato tam ipsius chori quam ministerialium quam etiam civium consilio providimus imperpetuum irrefragabiliter conservanda. Primum itaque firmiter ac provide statuius inviolabiliter observandum; quod si aliquis in nostram veniens civitatem jus in ea civis habere volens, obtinuerit *emphitoesim* id est *jus civis,* quod vulgariter dicitur *purgrecht.* et inpulsatus forsitan a quoquam fuerit, eoquod sit mancipium ipsius. inpulsatus inpulsanti in prejudicium libertatis civitatis extra civitatem non debet aliquatenus assignari.

Quicunque rei alicuius debitor est alteri. si debitor domum habuerit in civitate et creditori suo debitum illud solvere detardat si super hoc legittime citatus in judicio comparere neglexerit judex creditori domum creditoris pro proprio assignabit; et si debitor infra annum non redimat domum, de cetero nemini super eadem domo, creditor debeat respondere, Si vero debitor medio tempore mutuum quod accepit velit reddere creditori. domum que sibi obligata fuerat non audeat creditor denegare. Si quis in comicia hujus Civitatis domum vel agrum emit et possidet emptionem talem et utitur ea juri civili per spatium vnius anni et vnius diei, etiamsi a nemine impulsetur infra spatium temporis jam dicti: Statuimus ut possessionem illam quiete debeat possidere, nisi forte fuerit quod aliquis extra provinciam sit constitutus peregrinatione vel alia causa legitima impediente qui dum reversus fuerit, a die sui reditus per annum medio tempore eum impetere potest. super hujusmodi emptione.

Quicunque de alio moverit querimoniam si idem actor querimoniam suam usque ad tercium placitum prosequitur ut debet et alter qui debitor est promittat illud debitum persolvere creditori. si die illo non solvit, quod promisit judex de rebus suis actori finaliter die satisfaciet consequenti, nisi forte sit quod debitor compareat die quarto et hoc probare possit, quod non fuerit legitime citatus, nec super tali querimonia inpignoratus, si hoc probare potuerit ipsi creditori ut a primo compareat responsurus. Si vero non potuerit hoc probare judex ut dictum est de rebus suis finaliter con-

Digitized by Google

querenti, die satisfaciet consequenti, non obstante aliqua negacione.

Si quis aliquem interfecerit aut vulneraverit aut treugas violaverit civitatis si idem habeat infra muros proprietatem libras XXX valentem; idem malefactor usque ad quartum legittimum placitum super eandem proprietatem habebit quod volgo dicitur vestnunge. Quicunque pro excessu aliquo legittime fuerit proscriptus secundum eam que proscriptis debetur sententiam judicetur. Siquis Burgensium pro homicidio vel pro aliqua alia insolentia proscriptus fuerit eidem hoc indulgemus quod duo ex canonicis duo ex ministerialibus quatuor ex Burgensibus ne forte plus equo ipsi graves esse videamur vel credamur secundum ipsorum consilium infra vnius anni spacium. ipsum nostre gratie possint et debeant reformare, quod si non fecerint omnia illius bona in nostram cedent continuo potestatem. Quicunque Burgensis aliquem secum ausu temerario duxerit in civitatem. qui dampnum alteri intulit burgensi. talem quicunque induxerit, hec ei debetur pena; ita si idem Burgensis se de hoc non audeat expurgare, quod sibi hoc non constiterit quod qui ab eo fuit inductus nocuus fuerit civitati. tunc ipse damnificato debeat resarcire. v. den. tal. cum judice compositurus. si vero se expurgaverit quod sibi non constitisset quod ab eo quem induxit dampnum illatum fuerit civitati, talem sibi damus indulgentiam, quod eundem quem induxit deducat de civitate, ubi rebus et corpore sit securus.

Quicunque pacem violaverit civitatis propter mortem et lesionem membrorum. si malefactor cum leso se composuerit, et cum judice componat cum v. tal.

Si quis mortis alterius reus extiterit juxta legis preceptum mortis sententia nisi gratia et misericordia pro ipso subvenerit condempnetur. Pro lesione membri membrum nocentis secundum instituta legalia ledetur.

Quicunque movet querimoniam adversus aliquem, eoquod in ipso treugas violaverit civitatis. si conquerens hoc legitime non valuerit probare vice illius de quo movit querimoniam, treugas civitatis statuimus, ut debeat emendare.

Digitized by Google

Si quis fecerit insolentiam aliquam, et si hoc septem vel sex viri honesti viderint, quicquid ex hiis duo de hac re dixerint coram judice, hoc erit gratum et fixum.

Si aliquis filius Burgensis aut servus aut forsitan alienus commiserit excessus et fugiat in domum, de qua fuerat antea egressus hospite ignorante idem hospes per juramentum se poterit expurgare, quem si hospes insuper presumpserit observare, tam hospes quam ipsius hospitis domus pro insolentia satisfaciant commissa.

Quicunque proscriptus domum intraverit cauponis si judex eundem captivaverit proscriptum hospes per jusjurandum expurgare se potest quod ipsum ignoraverit esse proscriptum.

Item statuimus, si forsitan aliquis qui contra Civitatem deliquerit vel Burgenses ad nos accedens treugas petierit in civitatem. primo querere debeamus, quid aut contra quem deliquerit et nominato nobis illo, contra quem deliquit, illi qui a nobis hoc petit injungere debeamus quod in palam non compareat in Civitate, donec illi Burgensi vel judici quod a nobis treugas habeat significetur.

Item volumus quicquid judex noster judicaverit quod hoc per omnia sit ratum.

Inter hec omnia statuimus, ut de qualibet impulsatione, quod volgariter dicitur Inzicht, per Jusjurandum quilibet se debeat expurgare. Si quis de hoc fuerit conuictus quod aliquem servaverit interdictum judici det. v. tal.

Si apud aliquam ydoneam personam et honestam falsi denarii XXX. fuerint inventi, aut plures, cum judice, tamquam falsarius componet, aut tanquam falsarius condempnetur. Si aliquis coram judicio ad nostram presentiam appellaverit, judex a melioribus duobus. faciat si legitime apellaverit inquisitionem, si dicatur quod non. judex nichilominus in causa prosequatur.

Quicunque pro homicidio, sive pro volneribus ab eo factis impetitur et ille impetitus se super hoc postulat ad expurgationem admitti. huic judex XX. viros denominabit ydoneos sine utriusque partis insidiis. et si ex hiis XX. sibi denominatis. vij. tantum obtinere poterit *ad perhibendum* sue innocencie testi-

Digitized by Google

monium sub prestito juramento ipse innocens judicabitur et inmunis, Si autem in hac expurgatione defecerit tam res sue quam et persona pene debite subjacebunt. Et notandum esse volumus quod si ille excessus pro quo reus idem impetitur, est nocte commissus, testimonio tantum trium, ex hiis. XX. sibi denominatis ad sue declarationem innocencie indigebit.

Si quis ab alio verberibus se conqueritur offensum, et suam si aliter non poterit per prestitum sacramentum probabit injuriam reus. LX. plagis verberabitur, et judici dabit. denarios .LX. vel ipse reus, si poterit cum septem ex viginti sibi denominatis a judice sub forma premissa suam declarabit inocenciam, et tunc super hoc erit omnimodis tanquam innocens sine pena.

Quicunque contumelie verba ignominiose in alterius personam effuderit, et testimonio duorum vel plurium de hoc fuerit excessu convictus. hic LX. judici dabit denarios et plagis plagabitur LX. Si quis domum alterius invadet hostiliter verberando in ea hominem, vel ullam aliam in ea insolentiam faciendo. et si talis contra ipsum excessus fuerit cum hiis qui interfuere probatus ille reus injuriam passo, juxta qualitatem offense satisfaciet, dabit judici v. libras.

Homicida quilibet si proscriptus pro homicidio deprehensus fuerit suspendetur.

Fur si fuerit pro furto proscriptus atque deprehensus suspendetur similiter, et qui semel proscribetur pro furto deinceps nunquam pro qualicunque causa in judicio standi personam habebit. Contra quemcunque legitime probatus fuerit raptus mulieris seu virginis violenter subibit sententiam capitalem.

Quicunque aliquem in aquam dejicit maliciose, si dejectus aque periculum vivens evaserit hic reus leso satisfaciet, judici v. tal. daturus.

Si quis olei seu lane, vel rei alterius libram, seu aliam aliquam mensuram, que non conceditur sibi a judice presumpserit habere. judici componet v. talenta. Si quis autem receptam a judice minorabit punietur tanquam falsarius pena que furi debetur.

Quicunque in judicio falsum testem produxerit, non solum testis producti, sed etiam producentis excidetur linqwa, et

Digitized by Google

neutri imperpetuum in alicujus fori judicio super causa qualicunque audiencia ullatenus conferetur.

Si quis alteri se obligat ad rei observantiam alicujus utpote ad abstinenciam mulieris vel ludi sive rei alterius cujuscunque et transgressus fuerit fines obligationis hujusmodi, judici .VI solidos dare debet.

Quicunque rem aliquam emerit et in ipsa arram que leichauf dicitur, tradiderit venditori, nec emptor postmodum nec venditor hujus emptionis potest revocare contractum. Sed si alter illorum, emptor scilicet vel venditor contra voluntatem alterius in tali emptione pertinax fuerit revocanda. judex se intromittat de re emenda vel de emende rei pretio et ipsam rem, sive illud pretium de aliis rebus ipsam emptionem contradicentis alteri restaurabit.

Si quis defendendo personam suam aliquem forsitan occiderit seu vulneraverit, et hoc probaverit per VII. ex XX. denominatis sibi a judice sub forma premissa inpunitus sub hoc omnimodis remanebit.

Quicunque rei alicujus debitor est alteri, et debitum reddere contradicit, si super hoc citatus legitime comparare noluerit in judicio. judex de rebus debitoris illius reddet idem debitum creditori. Sed si forsan debitor ille res non habet. ei ciuitas interdicetur a judice, et quicunque tunc interdictum illum colligere seu servare presumpserit debitum solvere pro ipso tenetur. Sed et siquis postea interdictum eundem offenderit in persona vel rebus pacem civitatis per hoc violabit nullo modo, nec alicui super hoc nullatenus respondebit.

Item statuimus ut si quis homicidium vel tantam insolentiam commiserit propter quam debet proscribi, si forsitan idem domum alicujus canonici, aut ad S. Nicolaum aut ad Sanctimoniales cesserit. fugiendo. in eadem domo Canonici vel Nycolaitensibus, vel Sanctimonialibus diucius quam tribus diebus. et totidem noctibus non liceat obseruare, tribus etenim noctibus et diebus finitis, quicunque canonicus seu domini de S. Nicolao seu sanctimoniales jam dictum tenuerit malefactorem pro judice mittere debet, ut ipsum malefactorem ducat extra Civitatem, ubi corpore

Digitized by Google

et rebus sit securus. Si autem aliquis ex prefatis conventibus ipsum malefactorem ultra spacium trium dierum et noctium presumpserit obseruare, quicquid dampni nobis vel nostre civitati vel burgensibus ab ipso acciderit malefactore pro ipso dampno conventus seu Canonicus, qui eum diucius quam debuit manutenuit, respondebit.

Quicunque in nostra Ciuitate predam aliquam emerit *scienter*, si de hoc fuerit conuictus secundum que debetur proscriptis sententiam judicetur, Nisi forte guerra manifesta fuerit et generalis. Datum patavie Anno ab incarnatione Domini Millesimo CC. XXV. Indictione IX. XIV. kalendas Aprilis. Pontificatus nostri Anno quarto.

LXXVIII.

Henricus, Romanorum rex, instante Gebhardo, Comite de Hardeck et Plaien, pataviensi electo, nec non canonicis et ministerialibus suis, in mandatis dat Alberto Comiti de Bogen, ut eidem ecclesiae oblatum ab Adelramo et fratre suo Alberto et patruo Wernero de Rattenberg, castrum Hals episcopo vel suis successoribus sine mora reddat.

Prodibit cum apographis imperatorum.

Digitized by Google

LXXIX.

Conradus, comes de Wasserburg, ecclesiae pataviensi partim titulo feudi partim pignoris, obligat castrum suum Vichtenstein, quod prius uxore legitima adhuc carens Ulrico antistiti, postmodum autem dum uxorem Chunigundem duxisset, eidem donaverat, postmodum vero excommunicatus et cruce signatus Gebhardo praesuli demum tradiderat cum omnibus attinentiis a fluminibus Isar et Salzach usque ad Anasum et ad terminos Bohemiae.

Pataviae 1226.

Extat p. 144. No. XXXVIII. secundi codicis.

LXXX.

Compositio litis inter Rapotonem de Ortenburg, comitem Bavariae palatinum, et antistitem pataviensem Gebehardum de castro Rotenberg et aliis juribus arbitrantibus Henrico, Comite de Ortenburg et Conrado Comite de Plain.

1226. Windberg.

In nomine domini amen. Rapoto dei gratia palatinus Comes Bawarie. Notum facimus vniuersis quod cum lis et discordia

Digitized by Google

super Castro Rotinberch et suis attinentiis et quibusdam aliis possessionibus inter dominum Patauiensem episcopum et nos esset orta tandem suo et nostro consilio mediante. talis inter ipsum et nos conpromissio interuenit. quod de nominatis sex. ex sua parte et totidem ex nostra arbitris. omnem gwerram que interfuerat ipsis sopiendam reliquimus et in eodem conpromisimus sub hac forma. ut idem arbitri denominatis ad hoc etiam *et assumptis*. Comite Heinrico de Ortinberch et Comite Chunrado de Plaien primum et ante omnia sacramento prestito debeant confirmare. quod nullius amicicie gratia. aut alicuius odii occasione hec aliquatenus pretermittant. quin id quod magis expedire nouerint ad eandem discordiam extyrpandam. inter nos statuant et decernant. Et ut primo omnium bona fide et summa instantia ad amicabilem compositionem debeant laborare. Quam si effectui nullatenus mancipare potuerint. quicquid tunc hii .XIIII. arbitri inter nos secundum ius aut ipsorum placitum statuerint. tam et ipse dominus episcopus quam et nos ratum et inconuulsum penitus tenebimus obseruare. Ita etiam quod eorumdem arbitrium retractandi neuter nostrum ullam habeat potestatem. Quod et iam dictus Patauiensis episcopus. data fide uice sacramenti in manus Vlrici prepositi de domo sancti Nycolai promisit firmiter obseruandum. Nos quoque et fidem de hoc eidem preposito dedimus et eandem inuiolabiliter obseruaturos prestito firmauimus sacramento. Sub cuius laudamenti robore et contractu. dato pacis osculo tam pro nobis quam et pro nostris uinculo sumus amicicie adunati. Hii sunt arbitri. Ex parte domini episcopi de kathedralibus Chunradus Decanus Patauiensis. Eberhardus de Johanstorf. Ex ministerialibus. Hademarus de Wesin. Livtoldus de Sauerstetin. Chunradus de Valchinstein. Otto de Johanstorf. Ex parte nostri Wergandus de Rumtinge. Heinricus de Poumgarten. Heinricus de Turringen. Wernhardus de Rotowe. Siboto de Tetilheim. Wernherus de Anzenchirchen. Comes quoque Heinricus de Ortinberch. Comes Chunradus de Plaeien prenominati. Ad huius igitur negocii operam efficaciter exequendam. et locus et terminus est prefixus. Termino a festo Mychahelis proxime uenture per dies XIIII. constituto. locus uero in Windberge.

Digitized by Google

et in vilshouen. et in Hilkersperge. ita ut dominus Patauiensis episcopus esse debeat Windberge. Comes Heinricus vilshouen. et nos in Hiltkersperge. eligendo et tunc aliquo loco inter hec medio ubi partibus conuenire placeat competenti. Eo quoque inter cetera compromisso. quodsi alterum forsitan nostrum prefixe diei abesse contingerit. et cum necessitate aliqua legitima impediri certum erit. sine qualibet suspitione prefixus dies in aliud tempus ydoneum quando eundem uterque nostrum accedere potuerit. debeat prorogare. Similiter si quempiam de nominatis forsitan ex arbitris quocunque casu abesse contingerit. ut alter loco eius saluo tamen laudamento utriusque partis substitui debeat est etiam compromissum. Illo etiam a dictis arbitris sub sacramento prestito confirmato. quod si semel aut secundo aut tercio componere non potuerint. nichilominus tamen ab eodem negocio. quoadusque composuerint non desistant. Huic etiam laudamento inter alia hoc adiecto. quod si ipse dominus episcopus statutis arbitrii uoluerit contraire. de ipso tanquam de uiolatore fidei coram domino apostolico et archiepiscopo querimoniam deponere debeamus. Et nos uersa uice hanc sententiam dedimus de nobis ipsis. quodsi eorumdem arbitrio non paruerimus. excomunicati domini papae et in Imperatoris proscriptione simus. Vt autem hec omnia rata maneant et penitus inconuulsa. in euidens et robur et testimonium sigillis nostris conmunita alterutrum nostra porreximus instrumenta. Datum aput Windberge. Anno incarnationis. domini Millesimo. CC. XXVI. Indictione XIII.

LXXXI.

Transactio Gebhardi pataviensis episcopi cum heredibus Walchuni de Chambe possessoris castri Rotinberg, fratruelibus nempe suis Bernhardo de Uttendorf, Alramo et Alberto fratribus de Halse.

1226. Pataviae.

Gebhardus dei gratia patauiensis episcopus omnibus imperpetuum Quoniam liti sopite et iuris suffragio diffinite repululer. potis-

simum solet adhiberi remedium cautio scripturarum. Hinc est quod elucescere tam presentibus cupimus quam futuris. quod cum Nobilis quidam Walchunus de *Chambe*. Castro *Rotinberch*. necnon aliis possessionibus quam plurimis a Patauiensi esset infeodatus ecclesia. ipso sine heredibus decedente. eodem quoque Castro Rotinberch et omni etiam alio quod a nostra habebat ecclesia feodo iam uacante. fratrueles sui nobiles uiri scilicet Alrammus de *Halse* et Albertus frater eius. Wernhardus quoque *de Vttendorf*. uiolenter sibi idem feodum usurpauerunt. asserentes ipsorum adhuc uiuente patruo iam predicto eodem ab ipso infeodatus feodo se fuisse. Nos itaque pro tali uiolentia quam nobis predicti Nobiles in detinendo idem feodum irrogarunt. coram *principe terre Ludewico* uidelicet illustri *palatino Comite Rehni ac Duce Bawarie* presentibus quoque aliis *multis principibus* in querimonia contra ipsos a domino processimus. quod eiusdem feodi possessio nobis fuit sententialiter adiudicata. Jure nostro in tantum etiam prosecuto quo per sollempnem nuntium Rapotonem Palatinum Comitem Bawarie de Ortenberch. in dicti feodi possessionem missi fuimus corporalem. nichilominus tamen iam fati nobiles uiolenter idem feodum occupando nobis contumaciter restiterunt. Super hiis igitur lite et discordia sic exortis. ab utraque tandem partium post multa dampna huiusmodi que in scriptis expressa est articulis. inter nos et Alrammum ac Albertum fratres de Halse compositio interuenit. quod iidem fratres tam in nostra quam in nostri Chori et ministerialium presentia secundum ius feodotalium publice sunt confessi. quod dictum Castrum nostre ecclesie sit proprietas. et quod ipsorum patruus eodem ab ecclesia infeodatus fuerit adhuc uiuens. eandem confessionem promittentes se uelle in iure ubicumque necesse fuerit publicare. et pro suis id iuribus fideliter defensare. Ab omni igitur lite hac recedentes a nostra uexatione indebita destiterunt. predicto Castro Rotenberch et omni alio feodo quo ipsorum patruus a nostra infeodatus fuerat ecclesia. in nostram possessionem et gwarandiam plene et integraliter restituto. Ad superhabundantem quoque cautelam nobis in presentis cause negocio sic prouiso quod prememorati fratres fide data firmiter

Digitized by Google

promiserunt et omnibus feodis suis tam patris quam patrui a nostra habitis ecclesia nobis obligatis proinde et positis in pignore firmauerunt quod si eadem proprietas ecclesie quam in eodem castro habere dinoscitur aliquo iure uel ingenio a nobis euicta fuerit omnem firmitatem quam ad idem Castrum optinendum. unacum nostro possimus consilio inuenire ut hec fiat siue nostris ministerialibus infeodando sine per donationem manus Salamanni. siue alio quocunque modo bona fide faciant cum effectu. Si autem premisse cautiones huiusmodi donatio uidelicet Salamanni et talis infeodatio nostris ministerialibus et antiqua proprietas ecclesie robur firmitatis optinere non potuerint. tenemur prefatis nobilibus Castrum restituere tam esculentum et tam potestatem sicut in nostram illud possessionem nobis ab ipsis primitus inuenimus restitutum. ita tamen ut et ipsi quadringentas et L. libras Ratisponensis monete nobis in continenti persoluere teneantur. Quod si non fecerint certos redditus annuatim. LX. libras Ratisponenses persoluentes nobis tytulo iusti pignoris obligabunt. Quos tamdiu cum omnibus usufructuum perceptionibus in nostra habebimus potestate. donec supradicta summa pecunie. a nobis eosdem redditus redimant obligatos. Alioquin omnia eorum feoda tam noua quam antiqua que a nobis tytulo feodali possident nostre ecclesie extunc uacant. Presertim cum et ipsi ea personaliter obligauerint sub hac forma. sicut eorundem sigilla que presenti pagine sunt appensa. ostendunt liquido et declarant. Insuper etiam dicti fratres de suis proprietatibus redditus pensionem. L. librarum ratisponensis monete annuo persoluentes nostre ecclesie libere contulerunt. et nos ipsis easdem tytulo concessimus feodali. ita ut omnes heredes eorum et filii et filie et uxores pariter legittime tamen plenum in eodem feodo debeant ius habere. preter quod ipsorum uxores si eis decedentibus alios maritos duxerint, idem feodum alienandi nullam habeant potestatem. sed id tantum ad uite sue tempora debeant possidere. Preterea omnes ipsorum homines quos ubicunque locorum ab ipsorum habent patruo uel a patre circa locum qui Rotental dicitur sicut uulgo gedinget dicitur nostre ecclesie assignauerunt. ut quandocunque ipsi uel ipsorum heredes

Digitized by Google

sine heredibus decesserint. ad nostram hii ecclesiam immediate debeant pertinere. Vt autem ipsi firmius et perseuerantius in seruicio et fidelitate nostre ecclesie permaneant. nos pretaxatis nobilibus ipsorum patrui feodum feodaliter duximus concedendum. hiis dumtaxat exceptis. Aduocatia in Vfhouen. Ekolfingen. Vfhusen. Vrchingen. et eisdem uillis attinentibus. et preter *tres* Curias. duas Ernstorf. et unam Othartschirchen. cum *eorum attinentiis*. pratis. siluis. pascuis. piscationibus. molendinis. uenationibus. cultis. quam etiam excolendis. pro quibus Curiis Hofmarchiam in Sebach ipsis obligauimus. et alios quosdam redditus circa qui in equiualentia predictis debent Curiis respondere. donec cum aliis redditibus equiualentibus et iuri Aduocatie nos subiacentibus predictos ab ipsis redditus redimamus. De molendino uero Walhsingen quod de concesso ipsis sit feodo nulla debet esse questio. Hoc etenim predecessor noster felicis memorie Vlricus episcopus ecclesie in Alderspach contulit. pro duabus in Pillunchsperchge Curiis commutatum. unam supradicti nobiles in nostra etiam presentia recognouerunt in quieta illud possessione eandem debere ecclesiam possidere. De castro Rotenberch taliter compromisso. quod nos interius Castrum cum turri in nostra habere potestate et custodia debeamus. Anterioris uero mansionis quod exterius Castrum dicitur nos partem habebimus dimidiam. et ipsi nobiles dimidiam possidebunt. quam eis et eorum heredibus tam filiabus quam et filiis. uxoribus quoque pariter nos et nostri Successores tytulo feodi concedimus. eo etiam hic excepto. quod si eorum uxores ipsos superuixerint. et alios forsitan maritos duxerint. idem feodum alienare ab ecclesia non debeant. sed id possidere tantum ad tempora sue uite. Eidem autem interiori mansioni in ianitoribus et necessariis custodibus et nos et ipsi ex equo tenebimur prouidere. administratis etiam tam a nobis quam ab ipsis pro parte dimidia hiis sumptibus et expensis. Eo etiam sic prouiso quod eiusdem exterioris castri qui necessarii sunt custodes de fideli custodia et secura fidem tam nobis faciant quam et ipsis. Illo quoque distinctius inter cetera confirmato quod si sepedicti domini aliquo dolo uel ingenio infeodando. obligando. aut quocunque modo alienandi premissi

Digitized by Google

exterioris castri a nostra ecclesia alienauerint suam partem. idem Castrum ex toto non obstante negatione aliqua debeat esse uacans. Insuper etiam ab eisdem nobilihus est firmiter compromissum. quod tam eidem quam aliis etiam ipsorum castris. nostro mediante consilio in castellanis debeant prouidere. Laudauimus et nos etiam quod nec nos neque nostrorum Successorum aliquis in eodem castro Rotenberch locare aliquem debeamus. per quem supradicti Nobiles priuentur in debito suo iure. Illud etiam inter hec omnia firmiter pollicentes. quod iam sepius dictrum Castrum. neque per nos neque per eorum quempiam qui nobis succecesserint ab ecclesia aliquatenus debeat alienari. et ipsi uersa uice similiter promiserunt quod in eodem castro et feodo alienare ab ecclesia ad quam debeant suas partes. ut igitur hec inter nos et sepefatos nobiles tam amicabilis que facta est compositio ipsis et ipsis et ipsorum keredibus. nostris nostrorumque Successorum temporibus rata et inconuulsa penitus. indeficiensque perpetuo perseueret. omnibus ipsorum feodis que a nostra possident ecclesia. nobis proinde positis in pignore firmauerunt. quod a nobis et nostra ecclesia fide et obsequio nunquam debeant separari et nos etiam cum uniuersitate nostri chori et ministerialium ipsis promisimus uersa uice. quod eos dummodo rationabilis sorum fuerit necessitas. nos et nostri Successores nunquam deserere debeamus. Si autem promissionis et pollicitationis facte immemores contra tale suum laudamentnm uenerint predicti nobiles. a nostra ecclesia fide debita et obsequio recedendo. omne eorum feodum tam patris quam patrui quod a nobis tytulo possederant feodali nostre ecclesie ex tunc iterum certissime erit uacans. Que ut omnia prout in presenti pagina per singulos articulos sunt expressa. robur perpetue firmitatis optineant. eorundem sigillorum nobilium et nostri munimine cum presentis instrumenti testimonio dignum duximus confirmare. Datum patauie Anno incarnationis domini Millesimo. CC. XXVII. Indictione XI. Anno pontificatus nostri V^to^.

LXXXII.

Confirmatio donationis castri Vichtenstein a Rapotone Ortenburgico, comite palatino Bavariae facta, postulantibus id Conrado comite de Wasserburg et uxore ejus Chunigunde.

Pataviae 1227. (19. Aprilis.)

Rapoto dei gratia palatinus Comes Bawarie de Ortenberch. et Chunradus Comes de Wazzerburch. una cum uxore sua Chunigunde. Omnibus imperpetuum. Nouerint uniuersi. quod ego Rapoto palatinus Comes Bawarie. a Comite Chunrado de Wazzerburch et eius uxore Chunigunde pariter postulatus. ut donationem Castri in Vichtenstein. ministerialium atque aliorum hominum et omnium proprietatum eidem Castro attinentium secundum quod in priori autentico super hiis condito expressum est. factam patauiensi ecclesie per manum meam. presertim cum et huius proprietatis Salamannus fuerim sicut ipse Comes promiserat. confirmarem in Choro patauie sub distinctione illius iuris quod uulgo Salamannesrcht. dicitur. ab ipsis ammonitus et rogatus prenominato Castro et omnibus eidem attinentibus que per manum mei Salamanni idem Comes prenominate uxori sue antea contulerat eo iure quod uulgariter Sal dicitur a me accepto. licet ipse Comes et eius uxor liberum tunc habuissent arbitrium eandem Sal conferendi cui uellent. uisum tamen quam pluribus est consultius quod idem ius quod Sal dicitur in manus meas redderent. et sic seeundario per manus mei iterum Salamanni super altare sancti Stephani. patauiensi. ecclesie conferrent. et robore donationis perpetue legando taliter confirmarent quod et per me factum est. Et idem ego Chunradus Comes una cum uxore mea Chunigunde libere confitemur. presentem paginam predicti Rapotonis palatini Comitis Bawarie. nostri Salamanni. et nostro Sigillo cum subscriptione testium qui hiis intererant confirmantes. Hii sunt testes. Chunradus Decanus. Albertus Comes

Digitized by Goog

de Eberstein. Vlricus Gouertel Archidiaconus. Eberhardus de Johanstorf. Eberhardus Obleiarius. Chunradus de sancto Valentino. Chunradus Custos. Albertus de Possmunster. Archidiaconus. Magister Waltherus Cellerarius. Vlricus de Sconleitten. Canonici patauienses. Ex ministerialibus patauiensis Ecclesie. Hademarus de Wesen. Leutoldus de Sauersteten. Otto de Morspach. Ulricus de Lonstorf. Waltherus de Tannenberch. et Pilgrimus frater eius. Otto de Johanstorf. Otto de Possmünster. Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke. Albertus de Pernstein. Ex ministerialibus Palatini. Chuno de Jetenbach. filius suus Albertus. Wernherus de Anzenchirchen. Ebo de Mos. Wernhardus de Rotow. Fridericus de Sigenheim. Ex ministerialibus Comitis de Wazzerburch. Ortolffus de Norndernbach. Heinricus de Grauendorff. Albertus de Gramperch. Ortolffus de Laeiminge et frater suus Gerungus. Ex nobilibus uero uiris hii interfuerunt. Alrammus et Albertus fratres de Halse. Chunradus de Gern. Werngandus de Rumtinge. Heinricus de Poumgarten. et tam Clerici quam Laici preter hos quam plures. Actum Patauie Anno incarnationis domini M. CC. XXVII. Indictione XV^{a}. XV. Kalendas May.

LXXXIII.

Gebhardus Episcopus ad altaria St. Thomae et B. Catharinae chori pataviensis largitur bona in Engelhartszell et Schaertenberg. 1227.

Gebhardus dei gratia. Patauiensis. episcopus. Omnibus christi fidelibus in perpetuum. Cum plerumque facta mortalium a uigore memorie temporum mutabilitates labantur. nisi fuerint scripture testimonio confirmata. hinc est quod tenore presentium posteris decreuimus relinquendum. nos super altare quod in honore sanctorum confessorum. Rudberti. et Martini ex uno latere chori patauiensis ereximus. hubam in Schaertenberch sitam. in loco qui Schonenbach nuncupatur. Alteram uero in barrochia

Engelhartscelle sitam. in loco qui uulgo dicitur. henwalcharen et in Prvnst. ad duos modios super Altare secundum. quod in honore beate Katherine et sancti thome martyris ex oposito latere chori ereximus. cum omni integritate pro dote delegasse. ea conditione adiecta ut quicunque uicarius noster siue successorum nostrorum in choro extierit. tam dictis altaribus. tam in diuinis quam in luminaribus teneatur per curiculum anni de supradictis redditibus prouidere. Insuper omnis missa defunctorum preter in quibus funus presens fuerit. in ipsis altaribus statuimus celebrandas. Ut autem hec nostra traditio perenne robur obtineat ac semper maneat inconuulsa. tam scripture quam sigilli nostri munimine ac testium subscriptione eam duximus confirmandam. Testes sunt. Chunradus decanus Chunradus Tumplebanus. Chunradus sustos. Willehalmus cantor. Magister. Dietzo scolasticus. Eberhardus. de fivhtenbach. Siboto Patauienses canonici fridericus notarius. hartliebus. cakingarius. fridericus de peschinge. et alii quam plures Acta sunt hec. anno ab incarnatione. domini. M. CC. XXVII. Indictione. XV. Pontificatus nostri anno. VI.

LXXXIV.

Gebhardus Episcopus super altare St. Catharinae ponit feodum in Leining, olim ab Alberto custode possessum

Pataviae 1227.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Gebhardus dei gratia. Patauiensis episcopus. Omnibus christi fidelibus salutem in perpetuum. Quoniam ea que fiunt in tempore. transeunt cum tempore. et ab hominum excedunt memoria nisi scripto uel testibus muniantur. oportet ac debemus scriptis nostris ea que facimus premunire. Notum igitur esse uolumus tam presentibus quam futuris quod ad memoriam reducentes pium esse ac meritorium ea que ad diuinum spectauerint obsequium promouere

Digitized by Google

feodum quod dilectus in christro frater noster. Albertus quondam custos ecclesie nostre a nobis possedit concessum. in Lininge situm. super aram sancte Katherine. et aliorum sanctorum quibus eadem est dedicata. post mortem ejusdem libere tradidimus. ut in usus fratrum nostrorum canonicorum cedat. et ipsi beate uirginis iam memorate natiuitatem uotiua et festiua celebrent sollempnitate. Et ne in posternm super hac nostra tradicione cuiquam possit aut debeat calumpnia suboriri presens inscriptum conscribi et sigilli nostri. fecimus impressione muniri. Acta sunt hec Patauie in choro iuxta aram sancti Stephani. presentibus fratribus. nostris canonicis. Heinrico Tumpreposito. Chunrado. decano. Diezone Scolastico. Alberto quondam custode. Ministerialibus. Ottone. de Johansdorf. Ottone de Possenmvnster. Hademaro de Wesen. Heinrico de Waldeke. et aliis quam pluribus clericis. et laicis. Anno domini. M. CC. XXVII. Indictione. X. Anno autem domini Friderici. imperatoris. et pontificatus nostri. Anno sexto.

LXXXV.

Conradus comes de Wasserburg cessioni castri sui Vichtenstein ad ecclesiam pataviensem sororum quoque suarum renuntiationem adjicit spondens simul, cum caeteris fidejussoribus Pataviam ire, et inde non exire, donec omne impedimentum plenae solutionis suarum erga pataviensem ecclesiam obligationum penitus sublatum sit.

1227.

In nomine domini amen Chunradus dei gratia Comes de Wazzerburch. Nouerint vniuersi. quod ego Chunradus Comes de Wazzerburch. et hii ministeriales mei qui in presenti pagina

Digitized by Google

sunt subscripti. Ortolffus uidelicet de Nodernpach. Otto de Sundermaringe. Ortolffus et Vlricus fratres de Rultinge. Henricus de Grauendorf. Ortolffus de Leiminge. Gerungus de Leiminge. Meingottus de Rivtte. Eberhardus de Chazze. Alberntus de Wernberch. Gebhardus de Schönstetten. fidem de hoc dedimus et eandem fidem sacramentis interpositis confirmauimus nos inuiolabiliter seruaturos. ut si ante festum beati Martini futurum proximo coram iudicio aut alias ubi Patauiensi ecclesie certum fuerit expedire. ita etiam ut eadem probatione dominus episcopus sententialiter contentus esse debeat. probare pretermisero meas singulas tres sorores castro vihtenstein. ministerialibus ac aliis hominibus et omnibus ei attinentibus. proprietatibus possessionibus et uniuersis que in priori expressa sunt autentico que omnia Patauiensi ecclesie contuli. iam dudum cum iuris sollempnitate renuntiasse. aut quod eandem renuntiationem que uulgo Furzihte dicitur confiteantur personaliter esse ratam. si autem predictum terminum neglexero procurare. ipso die Martini uenturo proximo. ego cum ministerialibus iam predictis uenire Patauiam debeamus. ab eadem Ciuitate nunquam recessuri. non prius omne dubium domino episcopo et sue ecclesie de eadem renuntiatione penitus auferatur. Vt igitur ea ad que subdistrictione sacramenti ego et mei ministeriales nos obligauimus explere etiam cessante occasione qualibet teneamur. ad id nos esse astrictos auctoritate presentium. sigilli mei appensione. et subscriptione testium. dignum duxi declarare. Hii sunt testes. Chunradus decanus. Vlricus Gouertelus. Archidiaconus. Eberhardus de Johanstorf. Chunradus Tumplebanus et Archidiaconus. Vlricus de Schönliten. Vlricus Scobius. Canonici Patauienses. Livtoldus de Sauersteten. Otto de Johanstorf. Otto de Possenmunster. Waltherus de Tannenberch. Orttolffus. et Heinricus fratres de Waldekke. Heinricus de Merswanch. Datum. Anno incarnationis. domini M. CC. XXVII. Indictione. XV. Anno pontificatus Gregorii. pape. primo.

Digitized by Google

LXXXVI.

Albertus Comes de Bogen ecclesiae pataviensi reconciliatur pro damnis plurimis eidem illatis nominatim in Comitia Windberg.

1228. (1. Martii.) Landauii.

Ego *Albertus Comes de Bogen* confiteor me a longis retro temporibus iniuriatum fuisse Patauiensi. ecclesie in parte *Comitie in Windberge*. que protenditur ab Vtelpach. usque Ilsam secundum descensum danubii. Ex alia parte ab ylsa usque ad medietatem pontis ville que dicitur Regen. a ponte uero usque ad Riuum Vtelbach ubi fluit in danubium. et a Regen usque ad nemus Boemorum. cuius partem mihi pro feodo uendicabam quamuis eadem pars illustri Duce Bawarie. Ludewico aput Percheim iudicio presidente. a uenerabili Patauiensi. episcopo. pie memorie Manigoldo. et alia uice ab episcopo Vlrico. pie memorie ipsius successore. Item eodem Duce in Staeinenistraze. iudicio presidente euicta fuerit per testes ydoneos uidelicet Alrammum de Vttendorf. et Walchunum de Rotenberch. ad Patauiensem. ecclesiam pertinere. Postea uero in Landowe dum uenerabils Patauiensis. episcopus Gebhardus esset in procinctu eundi ad Curiam Romanam. a dicto Duce Bawarie. Ludewico et filio eius Ottone. Palatino. Comite. Rehni. commonitus. ne prefate ecclesie ammodo existerem iniuriosus. ad petitionem dictorum principum. et ob dilectionem dilecti consanguinei mei uenerabilis Patauiensis. episcopi Gebhardi recognoui. et confiteor me dictam partem prefate Comitie uiolenter et contra iusticiam possedisse. Dictus uero episcopus. timens me alienare antiqua feoda que a Patauiensi. possedi ecclesia. uidelicet castrum Degenberch cum suis attinentiis. Aduocatiam uillarum suarum cum aliis feodiis sicut in suis continetur expressius instrumentis. huic malo uolens occurere. partem dicte Comitie que protenditur ab Vtelpach. usque in Nezelpach. et de Nezelpach usque Rornam. in

Digitized by Google

qua ipsi et ecclesie. sue iniuriosus extiti. et Sebach et Vttenhouen. mihi in feodum contulit. pro obsequiis dicte ecclesie exhibitis et in futurum fideliter exhibendis. tali conditione interposita ut nec partem dicte Comitie nec antiqua feoda nec noua uidelicet Sebach et Vttenhouen que a Patauiensi. possedi ecclesia. mihi liceat uel uendere uel obligare. uel infeodare. uel aliquo alio genere alienationis alienare. Confiteor etiam quodsi de dictis feodis antiquis uel nouis aliqua obligauero uel uendidero uel infeodauero. uel alienauero. id quod in talibus fecero non ualere. et omnia feoda tam antiqua quam noua Patauiensis. ecclesie ex tunc uacent. et ut post mortem meam libere ad Patauiensem. ecclesiam reuertantur. De Sebach uero specialis adiecta fuit conditio. ut quando dominus episcopus alios redditus equiualentes mihi assignet. Sebach ipsi ex tunc uacet. Et ne aliquis hiis que prelibata sunt per aliquam calumpniam ualeat obuiare. presentem paginam sigilli mei appensione et testium subscriptione statui roborare. Huius rei testes sunt. Ludewicus illustris Dux Bawarie. et Otto filius eius. Palatinus. Comes. Rehni. Perngerns Comes de Lewenberch. Heinricus de Lapide. Chunradus de Hohenuelse. Alrammus de Halse. Livtoldus pincerna. Albertus de Halse. Perhtoldus de Oede. Fridericus de Passchingen. Albertus Vliesaer. Otto de Muncheim. Chunradus Boemus. Wernherus Chnollo. Vlricus Chraeiar. Wolflinus de Gleuzze. Rudolffus de Schowinge. Ex clericis presentes hii fuerunt. Albertus de Possenmunster. Perhtoldus de Poumgarten. Heinricus Zobel. Ditricus decanus sancte Agathe. Magister Fridericus Notarius. Hartlibus prepositus. Perngerns plebanus de Drozendorf. Magister Hartwicus. Acta sunt hec apud Landowe Anno dominice incarnationis. M. CC. XXVIII. Kalendis Martii.

Digitized by Google

LXXXVII.

Ludovici, Bavariae ducis, sententia de comitatu Windberg inter Gebhardum pataviensem episcopum et Albertum comitem de Bogen, qui praefato praesuli, dum curiam romanam peteret et in hoc itinere Landavii degeret, infensissimus hostis exstiterat.

Landavii 1228. (1. Martii.)

Nos Ludewicus Dux Bawarie. et Otto filius suus. Palatinus comes Rehni confitemur. quod dum Albertus Comes de Pogen. iniuriaretur Patauiensi episcopo et ecclesie sue in parte Comitie in Windeberge. dum idem episcopus esset in procinctu eundi ad Curiam Romanam. et in Landowe existeret. dominus Comes commonitus a nobis. ne amodo episcopo et ecclesie sue iniuriosus existeret ad petitionem nostram. et ob dilectionem dilecti sui consanguinei venerabilis Patauiensis. episcopi Gebhardi recognouit et confessus est dictam partem Comitie se uiolenter et contra iusticiam possedisse. Dictus uero episcopus timens eum alienare antiqua feoda. que a Patauiensi possedit ecclesia. huic malo uolens occurrere. partem dicte Comitie. in qua ipsi et ecclesie iniuriosus extiterat. et Sebach et Vtenhouen sibi in feodum contulit pro obsequiis dicte ecclesie exhibitis. et in futurum fideliter exhibendis. tali conditione interposita. ut nec partem predicte Comitie. nec antiqua feoda nec noua. uidelicet Sebach et Vtenhouen sibi liceat uel uendere uel obligare uel aliquo alio genere alienationis alienare. Insuper se ad hoc obligauit. quodsi de predictis feodis antiquis uel nouis aliqua obligauerit uel infeodauerit. uel uendiderit. uel aliquo alio genere obligationis alienare decreuerit. ut omnia feoda tam antiqua quam noua Patauiensi. ecclesie ex tunc uacent. et ut post mortem suam libere ad Patauiensem. ecclesiam reuertantur. de Sebach uero specialis adiuncta fuit conditio. ut quando dominus

episcopus alios redditus equiualentes sibi assignet. quod tunc Sebach episcopo et ecclesie incipiat uacare. Et ne aliquis hiis que prelibata sunt per aliquam calumpniam ualeat obuiare. presentem paginam sigillorum nostrorum munimine et testium subscriptione decreuimus communire. Huius rei testes sunt. Perngerus Comes de Lewenberch. Alramus et Albertus fratres de Halse. Heinricus de Lapide. Chunradus de Hohenuelse. Livtoldus Pincerna. Perhtoldus de Oede. Fridericus de Paesschinge. Ex clericis isti. Abbas de Alderspach. Heinricus capellanus suus. Albertus de Possenmunster. Archidiaconus. Perhtoldus de Poumgarten. Heinricus Zobelinus. Dietricus Decanus sancte Agathe. Magister Fridericus Notarius. Hartliebus prepositus. Perngerus plebanus de Drozendorf. Magister Hartwicus. Albertus vliesaer. Wolflinus de Gleuzze. Rudolffus ds Schowinge. Otto de Municheim. Chunradus Boemus. Wernherus Chnollo. Vlricus Chraeiar. et alii quam plures. Datum aput Landowe. Anno dominice incarnationis. Millesimo CC. XXVIII. Kal. Martii.

LXXXVIII.

Ludovicus, Bavariae dux, litem dirimit super bonis ab ecclesiis pataviensi et babenbergensi Walchuno de Rotenberch in feudum datis, ab illo autem fratruelibus suit Alrammo et fratri ejus Alberto de Halse et Bernhardo de Uttendorf subinfeudatis.

Straubingae. 1229. (27. Martii.)

Lodewicus dei gratia Comes Palatinus Rehni et Dux Bawarie. Cum lites et cause iuris etiam diffinite suffragio non nunquam resurgere et resuscitari soleant. quarum diffinitioni non fuerit remedio scripture prouisum. hinc est quod elucescere cupimus presentibus et futuris. quoniam cum uir nobilis Walchunus de Rotenberch ad maturam peruenisset etatem. feoda quedam qui-

Digitized by Google

bus ipse a Babinbergensi. atque a Patauiensi. ecclesiis fuerat infeodatus. fratruelibus suis uiris nobilibus scilicet Alrammo et fratre eius Alberto de Halse. et Wernhardo de Vttendorf ut ipsi asserunt tytulo feodali concessit, sibi tamen usque ad mortem possessionem et gwarandia in feodis eisdem plene. et integraliter reseruatis. Prefato itaque Walchuno uiam uniuerse carnis ingresso. cum domini nostri Ekkebertus Babinbergensis. et Gebhardus Patauiensis. uenerabiles episcopi. se intromitterent de feodis huiusmodi illa uacare dicentes. prefati nobiles gratia infeodationis premisse. quam asseruerant sibi factam. uice uersa feoda eadem occuparunt. Lite igitur super hiis et discordia inter ipsos exortis. ab utraque tamen partium post multa dampna. delata fuit ad nostri examen iudicii ipsa causa. et predictis dominis nostris episcopis coram nobis proponentibus infeodationem quam sibi factam affirmabant. Antedicti nobiles ideo esse frustratoriam nec aliquo iuris uigore suffultam. quod uidelicet nunquam ipsi eo Walchuno uiuente aliquo modo illa feoda cogniti fuerunt corporaliter posedisse. et parte altera hii sprorsus contrarium alligante. nos ad sententiam prudentum uirorum parti utrique denominauimus testes ydoneos et uicinos. per quorum attestationes super hac re ueritas manifestius probaretur. expressum et diem et locum. Strovbinge scilicet ad hoc factum ut decuit assignantes eisdemi Et dum ventum esset utique ad hunc diem. in constituto loco publice consedimus ad iudicium. ubi prefati domini nostri episcop comparuerunt cum denominatis sibi testibus coram nobis. qui et sub cautione et districtione debita a nobis interogati dixerunt concorditer et expresse. quod ipsi nobiles illorum possessionem bonorum nunquam habuerint sine intrauerint ipso Walchuno uiuente. quem etiam usque ad extremam sue mortis horam uerum et pacificum possessorem eorum sub forma sunt debita contestati. Nos itaqua iuris dictante sententia huiusmodi possessionem feodorum ipsis dominis nostris episcopis adiudicauimus atque per sollempnes nuntios nostros. ipsos misimus in eandem. sub Banni nostri pena districtius inhibentes. nequis illam ipsis presumat aliquatenus perturbare. Sequenti uero die pretaxatis nobilibus in foro Strovbinge nobis-

Digitized by Google

cum presentialiter existentibus ad iudicium publice consedimus iterato. et ipsi domini nostri episcopi coram nobis comparuerunt itervm proponentes. quod licet iidem nobiles die fatali scilicet proxime preterita sisti iudicio non curarint. ipsi tamen adhuc parati essent et uellent eis respondere. secundum iuris ordinem. siquid haberent aut possent pro eisdem feodis allegare. aut proponere contra eos. At illi non solum nil contra *ipsos* proponere. uerum etiam nec in iudicio uolebant aliquatenus comparere. Presentes igitur litteras et nostri et dominorum nostrorum principum scilicet Ekkeberti Babinbergensis. Chunradi Ratisponensis. Geroldi Frisingensis. Gebhardi Patauiensis. uenerabilium episcoporum. qui nobiscum interfuerunt personaliter huic rei. Sigillorum impressione munitas. ipsis in rei huius testimonium exhibemus. Sed insuper huius rei testes sunt. Heinricus de Tegernse. Diepoldus Marchio de Hohenburch Rapoto comes palatinus Bawarie. Heinricus et filius eius Heinricus Comites de Ortenberch. Chunradus Comes de Wazzerburch. Bernhardus Comes de Leubenowe. Chalhohus Comes de Chirichberch. Eberhardus Comes de Dornberch. Meinhardus Comes de Rottenekke. Hermannus lantgrauius de Livkinberge. Heinricus de Schovnberch. Heinricus de Tolmze. Heinricus de Randekke. Wernherus de Labere. Albero Lupus. de Nabeche. Heinricus de Poumgarten. Wergandus de Rumtinge. Hoholdus de Schowenburch. Ratoldus de Perge. Heinricus wallar. Purchrauius Chunradus de Salzburch. Chalhobus de Winzzer. Hawardus de Ovetinge. Rudegerus de Saluelden. Chunradus de Ginnlchoven. Hademarus de Wesin. Amelbertus de Aeiglinge. Otto de Possenmunster. Otto de Johannstorf. Heinricus de Merswanch. Waltherus de Tannenberch. Heinricus de Toerringe. Waltherus de Chraiburch. Ekkolffus de Wart. Richkerus de Rotowe. et alii quam plures. Acta sunt hec aput Stroubinge. VI. Kalendas Aprilis. Anno domini Millesimo. CC. XXIV. Indiotione XII.

Digitized by Google

LXXXIX.

Gebhardus Praesul ecclesiam in Grafendorf choro Patauiensi confert.

Gebhardus dei gratia. Patauiensis. Episcopus. salutem omnibus in perpetuum. Quoniam perterita sepelit obliuio. necesse est ea que ad posteros emanare uolumus. litterarum testimonio confirmari. Ad noticiam igitur perueniat omnium presentem paginam intuentium. quod nos contulimus ccclesiam in Graeuendorf choro Patauensi. pleno iure. et eo quo omnes ecclesias suas possident. sub hac forma. ut dispensacio prouentuum ecclesie iam dicte. per manum decani qui tunc ibi pro tempore fuerit. alicui clerico uiro fideli et discreto committatur. ut prouentus tales in nullos alios usus redigantur. nisi ut in die beati Oswaldi sollempne refectorium habeatur. cum conuentu sancti Nycolay et cum consolacione que sanctimonialibus in Nidenburch. consueuit exhiberi. et omni eodem modo quo sollempnitas refectorii. in die sanctorum Stephani et Valentini fieri consueuit. hoc etiam adiecto. quod eodem die inter primam et terciam. pro redemptione anime nostre nec non et antecessorum nostrorum et successorum missa pro defunctis singulis annis celebretur. apud aram Sancti. thome martyris in Choro. cum utroque capitulo. uidelicet Patauiensi et S. Nycolai. et conuentus sancti Nicolay secundis uesperis Valentini et misse publice in die dedicacionis debet deuotius interesse. et siquid residuum fuerit. de prouentibus ecclesie prefate preter refectorium. sequenti die post festum Oswaldi. in elemosinas pauperum erogetur. Et ut talis collatio nostra iusta satis et ydonea perpetuum robur firmitatis obtineat. presentem paginam sigilli nostri inpressione. et testium subscriptione fecimus roborari. Huius rei testes sunt. prepositus sancti Nycolay. Vlricus. Heinricus. tumprepositus. Chunradus decanus. Chalhohus Archidiaconus. Vlricus Archidiaconus. Eberhardus de Johansdorf. Albertus comes. de Eberstein. Willehalmus cantor. Chunradus custos.

Chunradus tumplebanus. Albertus quondam custos. Siboto. Vlricus. de Schönliten. Albertus archidiaconus. Perhtoldus de Povmgarten. Rugerus. Meingotus. canonici. Pilgrimus prouisor pauperum in sancto Egidio. Altmannus et Albertus de Halse. Hademarus de Wesen. Livtoldus de Sauersteten. Waltherus dapifer. et Pilgrimus frater eius. Otto de Morspach. Otto de Possemunster. Ortolfus de Waldeke et frater suus Heinricus. Heinricus de Wins perch. et frater eius Wernherus et alii plures.

LXXXX.

Gebhardus antistes transigit cum Witigone de Rosenberg de feodis suis in Austria superiore ad Danubium et ad fluvium Reuschmühl.

Velden 1231. (17. Decembris.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Amen. Gebhardus dei gratia patauiensis. Episcopus Omnibus presentem paginam inspecturis salutem. in domino. Ad noticiam perueniat omnium presentem paginam intuentium. quod nos uolentes absoluere feodum illud. quod Witigo nobilis homo de Boemia. a nobis et patauiensi possidet ecclesia. in hoc cum ipso conuenimus quod ei. ccctas marcas argenti patauiensis ponderis pro quadam parte feodi solueremus. que protenditur a fluuio illo qui dicitur Rveschemuhel. in inferiori parte usque ad danubium. quicquid ipse in dictis terminis a patauiensi ecclesia dinoscitur possidere. homines. agros. cultos et incultos. infeodata et non infeodata tali condicione interposita. quod ei in festo purificationis beate uirginis. proximo uenturo. c. marcas persoluamus. In pentecoste. c. In festo beati Martini similiter. c. hoc tamen pacto interposito. quodsi in secunda solutione. in festo uidelicet pentecostes. c. marcas persoluere negligamus. prima solutio. c. marcarum sit deperdita. et si tercia solutio uidelicet in festo beati

Digitized by Google

Martini neglecta fuerit. ex tunc solutiones sint deperdite precedentes. predictus etiam nobilis. Witigo. prefatum feodum quod sicut diximus Aruschmvhel. in inferiori parte usque ad danubium protenditur nobis tali pacto obligauit quod quando nos ei ei predictam pecuniam persoluamus siue in terminis constitutis siue ante. ex tunc predictum feodum nobis et ecclesie uacabit libere et penitus absolute. Quodsi prefatam pecuniam terminis constituis neglexerimus. quidam ministeriales nostri quos inferius subscribemus. fide data promiserunt. quod ei possessionem predicti feodi. quod nobis obligauit. restituant et resignent. Si uero predictam conuentionem ratam habere nollemus, Otto de Tegernbach. et Waltherus de Tannberch ministeriales nostri. in dominica Inuocauit. ad villam predicti nobilis. que predal dicitur accedent. et inde non recedent. quousque quinquaginta marce predicto uiro nobili persoluantur. Prefatus quoque nobilis fide data uice sacramenti firmiter compromisit. omnia feoda sua que a patauiensi possedit et possidet ecclesia in manus nostras obligando. quod ipse in iudicio illo quod in bonis a nobis comparatis a duce austrie habere dinoscitur. iuxta peticionem nostram et instructionem facere debeat. ut nostre ecclesie conseruetur. et si aliquis nos in dicto iudicio gravare presumpserit. ipse per ius et potentiam nobis et ecclesie illud tenebitur defensare. Quod si facere non poterit uel uoluerit. de predictis ccctis. Marcis. L. nobis tenebitur relaxare. Et ne aliquis tali facto. per aliquam calumpniam ualeat contraire presentem paginam. tam sigillo nostro. quam sigillo predicti nobilis decreuimus communire. Huius rei testes sunt. Waltherus de Tannberch. Heinricus de Winspach. Chunradus Zachhalm. Heinricus de Monte. Wernhardus et Irnfridus. fratres de Pogesruke. Siboto et Heinricus fratres de sancto Vlrico. Fridericus de hengestslage. Wernhardus de Jovchenberge. Heinricus de Griezperge. et alii quam plures. Datum apud Velden. anno dominice incarnationis. M. CC. XXXI. XVI. Kalendas. Januarii. Indictione. IIII.

Digitized by Google

LXXXXI.

Gebhardus Episcopus feodum nobilis viri Witigonis de Bohemia, aliasque ecclesiae suae necessitates redemturus, Engelschalco, civi Pataviensi, et ipsius filio Christiano, feodum confert a Sibotone de S. Udalrico vacans.

Pataviae 1232. (2. Februarii.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis amen. Gebhardus dei gratia. Patauiensis. Episcopus. Omnibus presentem paginam inspecturis. salutem in eo qui est uera salus. Notum esse uolumus vniuersis. quod cum nos partem feodi nobilis uiri Witegonis. que protenditur a fluuio qui dicitur. Rveschemvhel in inferiori parte usque ad danubium quam ipse a nobis et a patauiensi ecclesia possidebat. pro ccctis. Marcis argenti redimere uellemus. et cum etiam alie necessitates nobis et Patauiensi ecclesie inminerent. quoddam feodum. quod nobis uacabat a quodam Sibotone de sancto Vdalrico. Engelschalco Ciui nostro. Patauiensi et filio ipsius Christiano. pro ducentis Marcis argenti iure feodali contulimus. ut talis pecunia in solutionem predicti debiti uerteretur. tali condicioue interposita ut tam ipse Engelschalcus. quam filius suus predictum feodum nullo genere alienacionis. aut uendendo. aut obligando. aut infeodando ab ecclesia aliquatenus alienent. Si uero necessitate aliqua compulsi. predictum feodum uoluerint obligare. nobis aut successori nostro qui pro tempore fuerit. dictum feodum tenentur offere. ut nos idipsum ab eis prout pro tempore competens fuerit absoluamus. Si uero idipsum redimendi non habuerimus uoluntatem. tali persone de consilio nostro uel nostri successoris ipsis predictum feodum liceat obligare. per quam ecclesia nostra in predicto feodo in posterum non sentiat aliquam lesionem. Et ne aliquis in posterum

Digitized by Google

tali facto per aliquam calumpniam ualeat obuiare. presentem paginam sigilli nostri inpressione et testium subscriptione decreuimus communire. Huius rei testes sunt. Heinricus prepositus. Chunradus decanus. Chalhohus archidiaconus. Chunradus plebanus et archidiaconus. Albertus de Possemunster archidiaconus. Eberhardus de Vivhtenbach. Rudegerus de Lonsdorf. perhtoldus de Povmgarten. canonici patauienses. Ex ministerialibus. Hademarus de Wesen. Waltherus de Tannenberch. Otto de Morspach. Heinricus de Waldeke. Alramus et Albertus. nobiles de Halse. Fridericus de Peschinge. Albertus Vlisarius. Wernherus de Anzenchirchen. Ex ciuibus. Waltherus Jsnaer. Chunradus filius Vzonis. Heinricus aureus lapis. Westerburgarius. Rudegerus Euerdingarius. Duringus sartor. Chunradus gener suus. Chunradus de Marchgazzen. Otto. Chloesenarius. Burchardus et alii quam plures. Datum Patauie. anno dominice incarnationis. M. CC. XXXII. Quarto Nonas februarii. Indictione. V.

LXXXXII.

Heinricus, abbas in Chremsmünster, ecclesiae Pataviensi confert coenobii sui possessiones in pago et villa Alburg, Ratisbonensis dioecesis.

Pataviae 1235. (17. Dec.)

In nomine domini. amen. Heinricus miseracione diuina. Abbas ecclesie in Chremsmunster. et eius conventus. Uniuersis presentes litteras inspecturis. Salutem in omnium saluatore. Ad noticiam singulorum uolumus peruenire quod nos de communi consensu. et unanimi uoluntate nostri conuentus predia et possessiones nostras sitas in pago et villa alburch Ratisponensis dyocesis. domino nostro Rudegero. episcopo Patauiensi contulimus. et eius ecclesie in futurum perpetuo possidendum. sub condicionibus expressis.

Digitized by Google

per aliud instrumentum. In huius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. Acta sunt hec Patauie XVI Kalendas Ianuarii. anno dominice incarnacionis. M. CC. XXX. V.

LXXXXIII.

Rudigerus Episcopus asceterium ordinis praemonstratensis Schlegel, a Calhocho de Falkenstein fundatum, a filio suo Cunrado auctum, confirmat et Osterhofensi praeposito subdit.

1230. Pataviae.

Extat. f. 153. No. XLI. secundi codicis.

LXXXXIV.

Compositio litis inter Rudigerum pataviensem antistitem et fratres de Himberg de decimis in Enzersdorf et Stadelau.

In nomine domini amen. Nos diuina misericordia Jrnfridus. Ulricus et Chunradus fratres de Hintperch. Notum fieri uolumus tenore presentium vniuersis. quod dum inter nos ex una parte. et uenerabilem dominum nostrum. R. Patauiensem. episcopum ex altera. super quibusdam decimis in Stadelowe. et in Enzinstorf. lis et controuersia uerteretur. eidem liti ex utraque parte finem imponere cupientes. tale inter nos medium est inuentum. ut dictus episcopus. LX. domos decimales de decima in Enzinstorf. nobis conferret pro quadam Summa pecunie iure feodali. ut et nos renuntiaremus omni iuri coram eo. quod nos habere credebamus in decimis memoratis. Ipse uero cum nostro iuri renuntiassemus in prefatis decimis. ut promisimus coram eo. ea que petiuimus

Digitized by Google

dignatus est admittere sub hac forma. uidelicet ut partem decimarum ipsi remanentem ab omnibus repugnantibus et impetentibus deberemus. tueri et defendere tanquam nostram. quod et nos uelle facere. promisimus fide data. Adiectum est insuper in premissis. ut si memorate decime que nobis ab hiis quos ad hoc dictus episcopus de suo latere destinabit. inter meliores mediocres. et infimas. fuerint deputate. quas et nos acceptare debemus sine contradictione qualibet euincantur. nos sua dominicalia in Suabdorf. uel in Brunnen. donec data nobis pecunia refundatur. uel a nobis uel per aliud feodum equiualens redimatur. debeamus occupare. Et ne in posterum prefato episcopo Patauiensi. a quoqam calumpnia suboriri possit uel debeat in premissis. presentem paginam sigilli nostri appensione et testium subscriptione in testimonium sibi dedimus roboratam. Testes sunt hii. Vlricus de Maemminge. Canonicus. Patauiensis. Heinricus. Zeizpergaer. Wolfhardus decanus de Hindperch. Gerhohus de Salzburga. Hademarus de Wesin. Waltherus de Tannenberch. Marquardus de Matse. Chunradus. Marscalcus. Dietherus. Chunradus Vroschelo. Vlricus. milites. de Hindperch. et alii quam plures. Datum Wienne. anno domini. M. CC. XXXVII. in Mense April. Indictione. Decima.

(Typis vulgatum in L. B. ab Hormayr Archiv. histor. 1828.)

LXXXXV.

Albertus Ellwangensis Abbas ecclesiae Pataviensi donat Alheidam, filiam Rudolphi de Nallingen. 1239.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Albertus dei gratia. Elwangensis abbas in perpetuum. Nouerint tam presentes quam futuri. presentes litteras inspecturi. quod nos alheidem filiam Ru-

Digitized by Google

dolfi de Nallinge ad instantiam et peticionem dómini Rudolfi ministerialis nostri et aliorum conministerialium suorum nec non de consensu Capituli Patauiensis ecclesie. donauimus iure proprietatis perpetuo possidendam. dictam Alheidem a fidelitate nostre ecclesie absoluentes. recognoscentes ex hac donacione nostre ecclesie plus utilitatis et incrementi quam detrimenti accrescere et augeri. Et ne super hac nostra tradicione et donacione dicte Alheidi debeat in posterum calumpnia suboriri. sed a nostris successoribus inuiolabiliter obseruari. presentem paginam conscribi et sigilli nostri munimine iussimus roborari. Acta sunt hec anno domini. M. CC. XXXVIIII. Indictione XII.

LXXXXVI.

Fridericus bellicosus Austriae Styriaeque dux Rudigero pataviensi episcopo grates refert ob parochiam St. Stephani Viennae, in quam nil juris duci competebat, protonotario suo Leopoldo collatam.

1240. (24. Septemb.) apud Medelicum.

Fridericus. dei gratia Dux Austrie. et Stirie. et dominus Carniole. omnibus hanc litteram inspecturis. Salutem. Tenore presentium innotescere cupimus uniuersis. quod nos de domino et amico nostro Rudegero Patauiensis. ecclesie episcopo. plenam et indubitatam fiduciam optinentes. ipsum precibus nostris sollicitauimus. ut ecclesiam parrochialem Wienne uacantem conferret fideli et dilecto nostro. Magistro. Livpoldo Prothonotario nostro. nichil iuris nobis in eadem petitione uendicantes. sed ipsius tantum sinceritati et amicicie innitentes. Ipse igitur more solito ad nostram uoluntatem fauorabiliter inclinatus. petitioni nostre duxit effectualiter annuendum. propter quod et nos ad omnia sibi placita quoad uixerimus esse uolumus obligati. Datum. aput Medelicum. VIII. Kalendas Octobris.

Digitized by Google

LXXXXVII.

Transactio Rudigerum inter Episcopum Pataviensem et Rapotonem de Ortenburc, Comitem Palatinum, de Castris Roenberg et Roeting, de decimis vini in Crems aliisque possessionibus.

Pataviae 1241 (19. Februar.)

Rapoto dei gratia Comes Palatinus Bawarie. In perpetuum. Ne rerum gestarum ordinationi. periculose obliuionis uicio ualeat derogari. ea que a[g]untur in tempore. solent scripti commendata memorie deriuari ad noticiam posterorum. Hinc est quod noticie constare uolumus tam presentium quam etiam futurorum. quod cum inter nos ex una parte. et dominum nostrum Rudegerum Patauiensem. episcopum. ex altera. discordia uerteretur. de consilio fidelium nostrorum. et dictus episcopus de consilio capituli et ministeralium suorum. aliter sumus in firmam amiciciam reformati. quod nos renuntiando obligationibus uniuersis tam iuris quam facti. decima vini videlicet. L. Karradarum in *Chrems*. que pro Octingentis libris datisponensibus. possessionibus ad *Castrvm in Matse pertinentibs*. que pro CCC. libris pro emptione Castri in Rotenberch et uis attinentiis. patri nostro felicis memorie. fuerant obligata et possessionibus dicti episcopi in Sulzpach et in Niwenhouen. Hothirchen et Pleitingen. que patri nostro prefato pro resignatione *Comitie trans Danubium quam quidam Heinricus nobilis de Waessenberch quandoque possedit*. pro Octingentis Marcis argenti *Coloniensis*. ponderis obligate similiter extiterunt. Patauiensi ecclesie uoluntarie et liberaliter relaxauimus et remisimus omnia prelibata. Preterea proprietatem Castri nostri in Roeting cum suis attinentiis et proprietatibus sicut pater noster a quibusdam Nobilibus de Puten. ut dinoscitur comparauit. Patauiens. eccles. tradidimus et donauimus potestatiua manu perpetuo possidendi. Memoratus uero episcopus nostre de-

Digitized by Google

uotionis affectum. et effectum Patauiensi ecclesie exhibitum et deinceps per nos exhibendum fideliter. aduertens. Castrum in Rotenberch cum suis attinentiis sicut per dominum Gebhardum quondam Patauiensem. episcopum. a patre nostro fuerat comparate. iure nobis contulit feodali. infeodans nos insuper residua parte dicti Castri quam Alrammus de Halse ab ecclesia feodaliter possedit. ita tamen si dictum Alrammum flectere poterimus ad consensum. Renuntiauimus insuper omnibus impetitionibus. obligationibus et instrumentis primitus super ipso contractu confectis. ab ipsis robur firmitatis quodlibet auferentes. si forte ab aliquo fuerint in posterum demonstrata. Vt autem premissa omnia maneant perpetualiter inconuulsa. presentem paginam sigillo nostro fecimus communiri. cum testibus subnotatis. Testes autem sunt hii. de familia nostra. Hermannus de Hirzaren. Wernherus de Anzenchirchen. Heinricus de Eissenpuch. Heinricus Gaesel. Item Chunradus de Luburch. Hademarus de Wesin. Heinricus et Ortolfus fratres de Waldekke. Chunradus de Valchinstein. Heinricus et Ortolfus de Morspach. Pilgrimus et Waltherus de Tannenberch. Otto de Possenmunster. Heinricus. Piber. Hugo et Livtoldus de Sauerstetin. Chunradus Zachalmus. Heinricus de monte. Wicherus et Ditmarus de Liebenstein. et alii quam plures. Datum. Patauie anno domini Millesimo CC. XLI.*) XI. Kalendas Marcii. Indictione XIIII.

*) (Amanuensis per errorem scripsit annum LXI.)

LXXXXVIII.

Fridericus dux Austriae et Styriae dominus Carniolae, ecclesiae pataviensi immunitatem tribuit ab omni muta in Danubio et Oeno pro universis victualibus suis.

Pataviae 1241 (1. Mart.)

Fridericus dei gratia Dux Austrie, et Stirie. et dominus Carniole Vniuersis Christi fidelibus imperpetuum. Cum singularum eccle-

Digitized by Google

siarum utilitatibus debeamus. semper atque uelimus prospicere pia mente principaliter autem et precipue Patauiensi. ecclesie que est nostra mater in domino. hoc debitum soluere uolumus et debemus. ut gratia filialis reuerentie quam ipsi duximus exhibendam in terris. ipsa nos materno affectu reddat acceptos in celis postmodum et felices. Quocircat am futurorum quam presentium memorie commendamus. quod nos pro nostra et progenitorum nostrorum salute necnon pro meritis ac deuotione Kathedralium ecclesie eiusdem. de consilio fidelium nostrorum potestatiua manu ipsi ecclesie matri nostre donauimus. ut uniuersa uictualia ad comunem mensam et usum eorundem kathedralium spectantia sine muta. et Fouruart. et sine omni exactione in Danubio et Eno transducantur. Vnde ne hec nostra donatio aliquo in posterum possit aut debeat infringi. presentem paginam in euidens testimonium et cautelam sigilli nostri munimine roborari iussimus et signari. Acta sunt hec Patauie in Domo Chunradi Tumplebani et Archidiaconi. Patauiensis. anno domini. M. CC. XLI. Kalendis Marcii. Indictione. XIIII. Coram testibus subnotatis. Rudegero uenerabili Patauiensi. Chunrado uenerabili Frisingensi. Heinrico Sekkowensi. episcopis. Leuprando Archidiacono Karinthye. Magistro Vlrico de Chirichperch tunc notario. Magistro Leupoldo plebano Wiennensi. Hermanno et Ottone Comitibus de Ortinburch. Wernhardo et Heinrico Nobilibus de Scounberch. et aliis quam pluribus. quorum non sunt hic nomina subnotata.

LXXXXIX.

Sigefridi Ratisbonensis et Rudigeri Pataviensis antistitum permutatio bonorum in Strasswalchen, Wieselburg et Aufhausen.

Ratisbonae 1241. (28. May.)

Nos Sifridus miseracione diuina. Ratisponensis Episcopus. imperialis aule Cancellarius. Notum facimus uniuersis ad quos hec scriptura peruenerit. quod nos uolentes permutare quasdam pos-

Digitized by Google

sessiones ecclesie nostre. cum quibusdam aliis possessionibus. Patauiensis ecclesie considerata utilitate utriusque ecclesie. premisso etiam multo et diligenti tractatu. tam inter nos et uenerabilem. fratrem dominum. R. Patauiensem Episcopum. quam inter capitula utriusque ecclesie. de uoluntate et conscientia. et consensu nostri capituli. damus et tradimus possessiones nostras in Strazwalhen. et Wiselburch. cum pertinentiis suis. ad mensam episcopalem pertinentes. domino. R. predicto episcopo recipienti. pro se et ecclesia sua. titulo permutacionis. et uice uersa ipso dante et tradente. de consensu et conscientia capituli sui. recepimus possessiones in Vfhvsen. cum pertinentiis suis. spectantes ad mensam episcopalem. Patauiensis ecclesie. in integrum et transactum. tali pacto. quodsi in assignacione possessionum plures inuente fuerint possessiones. Patauiensis ecclesie quam Ratispon. tenemur Patauiensi ecclesie pro singulis libratis. idem possessionibus facientibus prouentus unius libre. refundere in aliis possessionibus. redditus unius libre. uel duodecim libras Ratisponensis monete. soluendas in pascha. proxime venturo. Quodsi non fecimus. obligamus Patauiensi ecclesie. de dominicalibus in Maense. pro singulis quinque libris. possessiones facientes prouentus unius libre. donec de tota pecunia fuerit integre satisfactum. Licet autem ecclesie sepedicte possessiones predictas. cum omnibus pertinentiis suis permutauerint. Hoc tamen inter contrahentes dictum et actum est. ne homines possessionum. cum possessionibus. transeant indistincte. Sed utraque ecclesia quotcunque et cuiuscunque condicionis homines dederit. tot et eiusdem condicionis homines recipiat. ministerialem pro ministeriale. et colonum pro colono. et in qualibet parte contractus istius seruabitur. et custodietur. hec equitas. et omnis dolus aberit. ut que ab una parte iustum et equum uisum fuerit. seruetur etiam in omnibus ab utraque. Vt autem hec rata permaneant presentibus litteris sigillum nostrum duximus apponendum. Testes sunt hii. eberhardus maior prepositus. Chunradus decanus. Wernhardus de Gebelchoven. Semannus archidiaconus. Heinricus de Lerchenvelde. perhtoldus de Oberndorf. Gozwinus aput portam. Gelphardus capellanus noster. Alhardus de huette. Vlricus prepositus Sancti Johannis. Magister marchardus. magister. Johannes custos. magister Siboto Scolasticus. Albertus de sancto ca-

Digitized by Google

stulo. magister Eberhardus. Otto de Vttlinge. Chalhohus. Chunradus de cheueringe. Albertus de pleienstein. heinricus de Rasch. canonici ecclesie nostre. Ministeriales uero. chunradus et heinricus fratres de hohenvels. et quidam alii. Datum Ratispone. Anno domini M. CC. XLI. V. Kalendas Iunii. Indictione XIIII. Pontificatus nostri anno XV.

C.

Henricus, Comes de Ortenburg civitatem suam Vilshoven ponit super altare S. Stephani Pataviae pro remedio anipatris sui Henrici et parentum suorum.

1242. (25. August.)

Heinricus dei gratia Comes de Ortenberch In vniuersorum ad quos manauerit presens scriptum noticia cupimus esse perspicuum. quod patre meo pie recordationis. Comite Heinrico uiam uniuerse carnis ingresso. ego pro salute mea necnon in remedium animarum parentum meorum. cupiens de rebus transitoriis mansura semper Iucra mercari. debitum fidelitatis quo tenebar Patauiensi ecclesie non immerito recognoscens. uolui ea que ex donatione Patauiensis ecclesie possederam. ad ipsius ecclesie redire dominium. et transire pia motus uoluntate. Ciuitatem meam in Vilshouen cum omnibus suis attinentiis. pratis. siluis. piscationibus. molendinis. et aliis per dictum patrem meum conquisitis. sicut unacum ipso possederam ab antiquo. super altare beati Stephani. et in manus domini Rudegeri venerabilis Patauiensis ecclesie episcopi. nomine ecclesie resignaui. liberaliter possidendam. omni iuri quo cum patre meo in dicta Ciuitate et eius attinentiis sum gauisus. renuntians ex integro bona fide. quam et dictus episcopus cum suis attinentiis super altare beati Stephani et Patauiensis ecclesie conferens. in uirtute sancte trinitatis firmiter inhibuit ne a suis Successoribus aliquo alienationis tytulo debeat alienari.

Digitized by Google

Ipse uero Patauiensis episcopus considerata deuotione sibi et ecclesie a me exhibita. hac in parte. dignum estimans. ut recompensationis fructum dignum mea deuotio uersa uice. merito reportaret. Capituli et ministerialium Patauiensium aliorumque prvdentum uirorum accedente consensu et consilio statuit. et quoad uiuerem ab eo et a suis successoribus fecit annis singulis obseruari. ut uidelicet annuatim in. L. libris Patauiensis monete et sex carratis vini in festo beati Martini exsoluendis. et in festo beati Mychaelis in. XXX. scafiis Siliginis et X. scaphiis tritici. Patauiensis mensure. mihi debeat prouideri. Assignans etiam mihi domum suam inter Canonicos. quam dominus Babinbergensis episcopus quandoque habuit. ad uite mee tempora possidendam. Insuper in gremium sue familiaritatis receptum. Curie sue cum. XII. equitaturis me cum uoluero. duxit asscribendum. promittens bona fide iniurias meas persequi. iura mea exigere necessitate exigente. et omnia agenda mea habere tanquam sua diligentius commendata. et ad defensionem meam et rerum mearum res suas exponere et personam. idipsum me sibi cum ministerialibus meis sub iuramento bona fide firmiter promittente. Preterea est adiectum quod homines mei qui se ad ciuitates suas transtulerint dc bona uoluntate et licentia mea secum tamdiu morentur. donec a me fuerint reuocati. medio tamen tempore obsequia mihi condigna et debita exhibebunt. Vt autem processus donationis prefate et contractus. robur optineat irreuocabile firmitatis. presentem paginam conscribi et sigilli mei appensioue et testium subscriptione feci communiri ad plenariam cautionem. Testes sunt hii. Chunradus decanus. Gotfridus Archidiaconus. Chunradus Tumplebanus. Meingotus de Waldekke. Heinricus Zobel. Magister Diezo. Gerhohus. Heinricus. de Waeginge. Aenwicus custos. Magister VIricus. Otto de Lonstorf. Canonici Patauienses. Hademarus de Wesin. Ortolffus et Heinricus fratres de Waldekke. Otto de Possenmunster. Waltherus de Tannenberch. Heinricus de Merswanch. Chunradus de Chremstorf. Hugo de Sauersteten. Ottacharus de Sygenheim. Wernhardus de Prampach. ministeriales Patauienses. Gotfridus pincerna de Flozze. Wernherus pincerna de Anzenchirchen. Chunradus de Poewerbach. VIricus de Talheim. Chalohus

Digitized by Google

Marscalcus. Heinricus de Richersheim. et alii quam plures. Acta sunt autem hec anno domini M. CC. XLII. VIII. Kalendas Septembris. Indictione XV.

CI.

Henricus, Comes de Ortenburg resignat ecclesiae pataviensi omnia jura sua judicii et advocatiae in bonis praefati episcopi in Strasswalchen, in Monsee, et in Steinakirchen superioris ac inferioris Austriae.

1242. (22. Jul.) Pataviae.

Ego Comes Heinricus de Ortenberch. Tenore litterarum presentium uolo innotescere uniuersis. quod pro decem marcis auri. quas dominus meus uenerabilis Patauiensis episcopus mutuo mihi dedit. omnia iura iudicii et aduocatie mee in Maense et in Steinenchirchen. et in bonis prefati episcopi in Strazwalhen. in aliis quoque siqua de bonis Ratisponensis episcopi in illis partibus. per dictum Patauiensem episcopum fuerint conquisita. sibi. hac conditione interposita. obligaui. ut eadem bona ab omnimoda iurisdictione et dominio meo libera et exempta. tamdiu cum omni utilitate et prouentibns. ad ipsum episcopum debeant pertinere. quousque de prefata summa auri. sibi. per me integraliter satisfiat. Memoratus etiam episcopus eandem obligationem mihi sine contradictione restituet. cum sibi de ipsa summa auri per me fuerit satisfactum. Promitto insuper sibi firmiter data fide. quod de bonis siue iure prefati iudicii et aduocatie mee. dicto episcopo obligatis. nullo alienationis genere alienare medio tempore aliquid adtemptabo. donec a me recipiat integraliter debita dicte summe. Si uero quicquam de iure prefati iudicii et Aduocatie iam dicto episcopo obligatis. a me medio tempore euictum fuerit per iusticiam uel alio quoquo modo tantundem de bonis meis in Echenheim obli-

Digitized by Google

gationis nomine possidet et etiam possidebit. Insuper uero possessionis et obligationis nomine quamdiu in prefati episcopi fuerint seruitute. XII. denarios annis singulis sibi soluam. In cuius rei testimonium presentem paginam sigilli mei appensione et subscriptione testium sibi dedi. Testes sunt hii. Chunradus Comes de Hardekke. Hademarus de Wesin. Chunradus de Valchinstein. Heinricus de Merswanch. Ortolfus de Waldekke. Waltherus de Tannenberch. Chunradus de Chremisdorf. Wernherus pincerna de Anzenchirchen. Gotfridus de Flozze. Ottachrus de Sygenheim. Wernhardus de Prambach. et alii quam plures. Datum Patauie. Anno domini M. CC. XLII. Indictione XV. XI. Kalendas Augusti.

CII.

Theodora Leopoldi gloriosi vidua, Friderici bellicosi mater fatetur insulam Hagenau sibi ad dies vitae tantum a Rudigero, laureacensi episcopo concessam, post mortem suam ad ecclesiam pataviensem omnimodo redire debere.

Neoburgi 1242. (25. Octob.)

Theodora dei gratia Ducissa Austrie et Stirie. Scire uolumus uuiuersos. quod dilectus nobis dominus Rudegerus Patauiensis episcopus nostris petitionibus inclinatus. Insulam que dicitur Hagenowe. iure proprietatis ad Patauiensem ecclesiam pertinentem. ad tempora uite nostre tantum concessit nostris usibus possidendam. Ita tamen ut post obitum nostrum cum rebus mobilibus et inmobilibus. et cum omnibus ad eam spectantibus eadem Insula nullo contradicente et sine diminutione et alienationis quolibet genere remoto ad Patauiensem ecclesiam integre et libere transeat seruitutem. In cuius rei testimonium conscribi fe-

Digitized by Google

cimus litteram hanc patentem. Datum Niwnburch. Anno domini M. CC. XLII. VIII. Kalendas Nouembris.

Edidit L. 3. ab Hormayr in archiv. histor. 1828.

CIII.

Celestinus IV. ecclesie Pataviensi licentiam dat commutandi bona cum alliis ecclesiis in territoris St. Stephani juribus et bonis gaudentibus, dummodo nullum utriusque ecclesiae inde detrimentum emergat.

Laterani 1243 (29. Jan.)

Celestinus episcopus seruus seruorum dei. Venerabili fratri. W. Patauiensi episcopo salutem et apostolicam benedictionem. Fratres nostros et coepiscopos in quibus possumus libenter honorare curamus. et in suis peticionibus quantum persuadet equitas exaudire. Quocirca peticioni tue nobis porrecte gratum impertientes assensum. tue fraternitati presenti pagina indulgemus ut cum aliis ecclesiis que in tuo episcopatu non sunt in quibus uidelicet possessiones habes. et ipse similiter possessiones in episcopatu tuo. habere noscuntur. uel sique sunt in tua dyocesi. que sunt aliene iurisdictioni. subdite. aut etiam que subiacent tibi et tecum de possessionibus suis permutationem facere cupiunt. tibi cum eis liceat permutare. dummodo nihil in hoc fiat per quod tue uel aliarum ecclesiarum detrimentum sequi ualeat. uel eis in iure suo preiudicium generari. Decernimus ergo ut nulli omnino hominum liceat hanc paginam indulgentie nostre infringere. uel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit indignationem omnipotentis dei. et beatorum petri et pauli apostolorum eius se nouerit incursurum. Datum Laterani IIII. Kalendas februarii. Pontificatus nostri anno tercio.

Digitized by Google

CIV.

Sigefridus, Episcopus Ratisbonensis, imperialis aulae Cancellarius, complet permutationem 1241 cum Rudigero, Pataviensi Praesule factam de bonis in Aufhausen Wieselburg et Strasswalchen.

1243 (19. Dec.)

Nos Sifridus. miseracione diuina Ratisponensis episcopus. Imperialis aule Cancellarius. Notum facimus omnibus ad quos hec scriptura peruenerit. quod cum nos et ecclesia nostra cum venerabili fratre domino Rudegero Patauiensi episcopo et ecclesia sua. considerata utilitate utriusque possessiones nostras in Strazwalhen. et in Wiselburch. cum possessionibus suis in Vfhusen permutassemus. assignando sibi de prefatis locis. Strazwalhen et Wiselburch. XLIIII. librarum Ratisponensium redditus. et idem dominus a nobis requireret redditus excrescentes dictam summam. uel earum ualorem iuxta continentiam instrumenti. super eadem transactione confecti. tandem conuenimus in hanc formam. quod memoratus dominus episcopus debet absoluere redditus obligatos olim. per antecessorem nostrum Chunradun episcopum felicis memorie nobili uiro Wergando dicto de Rvntingen. pro quinquaginta libris Ratisponensis monete. quos quidem Redditus. Chunradus de pivrbach iniuriose detinebat et demum prouentus omnis (omnes) in Maense tam eos quos prius habuimus absolutos quam eos quos obligatos absoluet. titulo pignoris tamdiu detinebit. donec ea que in forma contractus sepedicti per instrumentum publicum sunt concepta. fuerint persoluta. In cuius rei memoriam presentem litteram conscribi fecimus. et sigilli nostri munimine roborari. Actum anno. domini. M. CC. XLIII. XIIII. Kalendas Januarii. Indictione II.

Digitized by Google

CV.

Fridericus bellicosus, e stirpe Babenbergensium in Austria ultimus, et antistes pataviensis Rudigerus ministerialibus suis plenam ineundi invicem connubii facultatem tribuunt, ita tamen, ut eorum heredes inter ducem et ecclesiam aequaliter dividantur.

Viennae in hospitali ad S. Antonium. 1244 (9. Februar.)

Fridericus dei gratia Dux Austrie et Stirie. atque dominus Carniole. vniuersis ad quos presens scriptum peruenerit. Salutem et omne bonum. Tenore presentium scire uolumus uniuersos. quod dilectus et amicus noster R. uenerabilis Patauiensis episcopus et nos. conuenimus in hanc formam. ut de licentia et auctoritate utriusque. Ministeriales Patauiensis ecclesie et nostri. uel alii minoris conditionis. plenam potestatem habeant matrimonium insimul contrahendi. ita tamen ut heredes ipsorum cum hereditariis portionibus inter Patauiensem ecclesiam et nos absque preiudicio utriusque equaliter diuidentur. Vt autem prefatis personis. libere matrimonium inter se auctoritate presentium contrahere liceat sub conditione premissa. in testimonium hanc litteram cum appensione nostrorum sigillorum damus Patauiensil ecclesie ac in robur perpetue firmitatis. Acta sunt hec anno domini Millessimo. CC. XLIIII. Wienne ad sanctum Antonium. V. Jdus Februarii.

Digitized by Google

CVI.

Alramus de Hals pro damnis et injuriis ecclesiae Pataviensi a se illatis varias eidem possessiones tam feoda quam allodia confert.

Pataviae, 1244. 22. April.

Ego Alrammus de Halse presenti scripto notum facio Vniuersis. quod cum dominum meum venerabilem Patauiensem Episcopum Rudegerum, et Ecclesiam ipsius multipliciter offendissem. uolens ad cor redire. et ad consilium quorumdam Ministerialium et fidelium ipsius. uidelicet Ekhardi de Tannen. Hadmari de Wesen. Ortolfi de Waldekke. Ottonis de Possmunster. Heinrici de Merswanch. et de familia mea. Al. de furte. Al de Oede. Ch. de Perndorf. F. de Anzenchirchen. accedente ad hoc consensu et voluntate mea. sibi et Ecclesie satisfacere de illatis. inter me et ipsum dominum Episcopum mediantibus consulibus supradictis est taliter diffinitum. quod ego prestito iuramento promisi firmiter et laudaui. sibi et Ecclesie quasdam possessiones meas. uidelicet aduocatiam in Otmaringen et Wizzinsinge. et in Winzinge. et in Gredinstorf. XX. hubas cum omnibus ad Hofmarchiam in Otmaringen pertinentibus. quesitis et inquirendis. cultis et incultis. et cetera que a domino Imperatore iure feodali hucusque possedi pacifice et quiete. per manus ipsius Imperatoris sollempniter resignare. ita quod de eodem feodo possit et debeat infeodare. LX. milites vel personas qui conditionis fuerint militaris que et ego ab ipso domino Episcopo in feodo recipiam resignata. Si vero possessiones supradictas iure meo deficiente ad dominium dicti Episcopi transferre non potero. ut promisi. ad Consilium capituli et Ministerialium ipsius qui ex utraque parte ad hoc fuerint deputati. de aliis proprietatibus et feodis meis equeualentibus sibi infra certum terminum uel tempus satisfacere non tardabo. quod si hoc temere supersedero a me omnia dampna et grauamina sibi et Ecclesie modo et antiquitus illata. plenius exiget et requiret.

Digitized by Google

Statutum est etiam inter me et ipsum Episcopum firmiter et laudatum. quod si aliquis ex meis ipsum et suos offenderit. sicut hactenus consueuerunt. ego infra mensem cum ab ipso et suis fuero requisitus. satisfaciam de eodem. et ipsum tamdiu persequi non cessabo. usque dum de ipso plena satisfactio sibi fiat. Similiter et idem episcopus uersa uice si a suis offensus fuero uel grauatus. mihi non tardabit satisfacere infra mensem. ita tamen, cum prius a me fuerit requisitus. Et ut hec omnia supradicta inuiolata teneam et conseruem. XX. talenta reddituum que ab ipso episcopo in feodo teneo, uidelicet in pleichenpach villicationem integram. et dimidiam. et ibidem dimidium Molendinum. in Pirenpach Villicationem integram. in Awenhern villicationem integram. In Chemenaten duas villicationes integras. in manus ipsius taliter obligaui. si huic statutorebelis fuero et transgressor. predicte possessiones ex tunc vacantes. pleno iure ad ipsius dominium transferrentur. Volo etiamet inter nos statuo obseruandum. quod episcopus mihi et meis de suis Ministerialibus et hominibus de quibus conqueror me offensum. satisfacere debeat. secundum quod ius postulat et requirit. et ego de meis suis satisfaciam uersa uice. Vt autem domino Episcopo et Ecclesie sue in omnibus agendis suis sine fraude et obstaculo quulibet deootus existam. obediens et fidelis. me gratie sue in integrum reformauit. Datum Patauie. anno domini. M. CC. XLIIII. VIII. Kalendas Aprilis.

Digitized by Google

CVII.

Apographum confirmationis bullae aureae Friderici Barbarossae Imperatoris, Bavariae ducatum Henrico Leoni restituentis, marchiam orientalem vero unacum regione supra Anasum in ducatum Austriae pro Henrico Iasomirgott, amplissimis privilegiis erigente per Fridericum II. Augustum.

Veronae. Mense Junio, 1245.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Fridericus secundus. diuina fauente clementia Romanorum Imperator semper Augustus Jerusalem rex et Sycilie. Justis principum nostrorum petitionibus conscendere cogimur, quas nisi fauorabiliter audiremus, ob audire quod iuste petitur per iniuriam uideremur. Ea propter per presens priuilegium nouerit tam presens etas, quam successura posteritas. quod *Fridericus Dux Austrie et Styrie. ac dominus Karniole* dilectus princeps, ac consanguineus noster, quoddam priuilegium diui Augusti Imperatoris quondam *Friderici aui nostri* memorie excolende. *Heinrico* quondam Duci Austrie proauo suo liberaliter ductum indultum nostro culmini presentauit supplicans attentius, vt ei illud renouare, et omnia que continentur, in eo confirmare de nostra gratia dignaremur, cuius tenor per omnia talis est. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. *Fridericus* diuina clementia fauente Romanorum Imperator Augustus. Quamquam rerum commutacio, ex ipsa corporali institutione possit firma consistere, vel ea que legaliter geruntur, nulla ualeant refragatione conuelli. Nequa tamen possit esse geste rei dubietas, nostra debet interuenire Imperialis auctoritas. Nouerit igitur omnium Christi Imperii que nostri Fidelium presens etas, et successura posteritas, qualiter nos eius cooperante gratia a quo celitus

Digitized by Google

in terram pax est missa hominibus. In *curia generali Ratispone* in Natiuitate sancte Marie virginis celebrata in presentia multorum religiosorum et Katholicorum principum litem et controuersiam, que inter dilectissimum patruum nostrum *Heinricum Ducem Austrie*, et carissimum nepotem nostrum *Heinricum Ducem Saxonie* diu agitata fuit de *Ducatu Bawarorum* hoc modo terminauimus, quod Dux Austrie, nobis resignauit Ducatum Bawarie, quem statim in benefitium concessimus Duci Saxonie. Dux autem Bawarie resignauit nobis Marchiam Austrie, cum omni iure suo, et cum omnibus beneficiis que quondam *Marchio Liupoldus habebat a Ducatu Bawarie*. Ne autem in hoc facto aliquatenus inminui uideatur honor et gloria dilectissimi patrui nostri, de consilio et iudicio principum. Wadizlao Illustri Duce Boemie. sententiam promulgante, et omnibus principibus approbantibus *Marchiam Austrie*, *in Ducatum* commutauimus. et eidem Ducatum cum omni iure prefato patruo nostro Heinrico et prenobilissime *vxori sue Theodore* in beneficium concessimus perpetuali iure sanctientes. Vt ipsi et liberi eorum post eos indifferenter *filii filie* eundem Austrie Ducatum *hereditario iure* a regno teneant et possideant. Si autem predictus Dux Austrie patruus noster, et vxor eius *absque liberis* decesserint, libertatem habeant eundem Ducatum affectandi cuicunque uoluerint. Statuimus quoque ut nulla magna uel parua persona in eiusdem Ducatus regimine sine Ducis consensu uel permissione aliquam iustitiam presumat exercere. Dux uero Austrie, de ducatu suo aliud seruitium non debet imperio. nisi quod ad curias quas imperator prefixerit *in Bawaria* euocatus ueniat. nullam quoque expeditionem debeat, nisi forte quam imperator in *regna* uel *prouincias Austrie uicinas* ordinauerit. Ceterum, ut hec nostra Imperialis constitucio omni euo rata et inconuulsa permaneat presentem inde paginam conscribi et sigilli nostri inpressione insigniri iussimus, adhibitis testibus ydoneis, quorum nomina sunt hec. Pylgrimus Aquilegensis Patriarcha. Eberhardus Archiepiscopus Salzburgensis. Otto Frisingensis Episcopus. Chunradus Patauiensis Episcopus. Eberhardus Babenbergensis episcopus. Hartmannus Brixinensis Episcopus. Hertwicus Ratisponensis. Episcopus et Tridentinus epi-

Digitized by Google

scopus. Dominus Welfo. Dux Chunradus frater imperatoris. Fridericus filius Regis Chunradi. Heinricus Dux Karinthie. Marchio Engelbertus de Istria. Marchio Albertus de Staden. Marchio Diepoldus Hermannus Palatinus Comes de Reno. Otto Comes palatinus Et frater eius fridericus et alii quam plures, Signum domini friderici Romanorum imperatoris Inuictissimi. (Monogramma.) Ego Ronaldus Cancellarius, uice arnoldi Maguntinensis Archiepiscopi et archicancellarij regnante domino friderico Romanorum Imperatore in Christo. Datum *Ratispone* XV. Kalendas octobris Indictionis IIII. Anno dominice incarnationis. M. C. LVI. feliciter Amen. Anno Regni eius Quinto Imperij secundo. — Nos itaque qui fidem et obsequia nostrorum principum non patimur irremunerata transire attendentes fidem puram et deuotionem sinceram. quam predictus Dux ad maiestatis nostre personam et sacrum imperium habet pro gratis quoque seruitijs que nobis et imperio exhibuit actenus fideliter et deuote et que exhibere poterit in antea gratiora ipsius supplicationibus fauorabiliter inclinati. supra scriptum priuilegium diui Augusti aui nostri predicti. huic nostro priuilegio de uerbo ad uerbum inseri iussimus et omnia que continentur in eo. de imperialis preminencie nostre gratia confirmantes. Statuimus igitur et imperiali sanctimus edicto, quatenus nullus Dux. nullus Marchio, nullus princeps nullus Comes nullus Prelatus nulla denique persona alta uel humilis, Ecclesiastica uel mundana contra presentis innouationis et confirmationis nostre tenorem uenire presumat quod qua presumpserit indignationem nostri culminis, et penam mille librarum auri se nouerit incurrisse. quarum medietas camere nostre reliqua uero parti passe iniuriam applicetur. Ad huius igitur innouationis et confirmationis nostre futuram memoriam et robur perpetuo ualiturum presens priuilegium fieri et bulla aurea typario nostre maiestatis impressa iussimus communiri. Huius rei testes sunt Chunradus frisingensis Episcopus. Heinricus Babenbergensis electus. Fridericus illustris filius regis castelle. Rudolfus Comes de Habspurch. Ludwicus Comes de Helfenstaein. Albertus de Nyffe et alii quam plures. — Signum (Monogramma) domini nostri friderici dei gratia Inuictissimi Romanorum Imperatoris semper Augusti. Ierusaleme et sycilie

Digitized by Google

regis. Acta sunt hec anno dominice incarnationis. M. CC. XLV. Mense Iunio. III. indictionis imperante domino nostro friderico gloriosissimo Romanorum imperatore semper augusto. Ierusaleme et Sycilie rege Romani imperii eius anno vicesimo. V. Regnante Ierusaleme. XXI. Regni uero Sycilie. XLVII. Datum *Verone* anno mense indictione prescriptis.

a) Diplomata quidem Caesarum — ex insigni hoc codice Lonsdorfiano et ex aliis, omnia, in *selectum* quem vocamus, *Imperatorum* rejecimus. Et hoc quoque diploma in eodem selectu recurret. Ast tantum interest historiae partium orientalium, sub utroque Friderico Suevico, Barbarossa nimirum et aequivoco ejus nepote, ratione et juris publici et geographiae, obque mutuas, antiquum inter Bavariae et novum Austriae ducatum vicissitudines, ut illud duabus, in insigni prorsus hac collectione prodeat vicibus, uti etiam No. V. VI. VII. — Haud parum discrepabunt, (tanto majori historiae incremento), illustrationes, dubia et affirmationes utrique gravissimae chartae a diversis historicorum studiorum impigris sectatoribus allatae. — „Mirum sane (inquiunt annal. literar. viennenses, anni 1827) bullam auream *Friederici Barbarossae* 8. Sept. 1156 Ratisbonae, in favorem *Henrici Jasomirgott* novi ducis Austriae seu Orientis, Bavariae ducatum privigno suo, Henrico Leoni juveni retrocedentis emissam, heic a Friderico II. confirmatam et auctam, gemmam illam privilegiorum domus austriacae, nunquam hactenus absque mendis typographicis vulgatam fuisse. Ipsamet namque illius editio in *Adriani Rauch* Piaristae historia austriaca, vitiosa admodum est; sola ista in *Schroetteri* Jure publico austriaco, (in qua formula invocatoria tantummodo desideratur), grauioribus caret mendis. Idem valet de publicatione illius in *Streinii* Landhandfeſte, in *Fuggeri* Ehrenſpiegel, in copia vidimata electorali Moguntina, et in *Horneckii* indiculo historico privilegiorum Austriae. — L. B. de *Senkenberg*, Consiliarius judicii supremi aulicus, in opusculo suo: „Gedanken von Gebrauche des uralten deutſchen Bürger- und Staatsrechtes" primus editionem illius ex autographo archivi caesarei, jussu Principis de *Kaunitz* anno 1752 variis undique e

provinciis collecti et in ordinem redacti, procuravit, simulque bullam auream aeri incisam exhibuit.

Credi vix potest, diploma istud pretiosum sane per spatium centum ferme annorum latuisse, ac noviora tantum, eaque viticsa transsumpta ac copias vidimatas incorrectas in judiciis ipsisque Comitiis imperialibus adhibita fuisse. — *Friedericus* IV. diplomata Austriae majoris momenti, *Mathiae Corvino* ut subduceret, in montana tyrolensia ad patruum *Sigismundum* Archiducem ea deferri curavit. *Maximiliano* I. provincia ista prae ceteris cordi fuit. Ipsam ceu centrum omnium operatio num suarum politicarum aeque ac militarium tempore belli helvetici, veneti, mediolanensis ac gallici considerandum e re ducens, quoque Oenipontum, sedem thesauri suiarchivalis delegit. Dum brevi post, domus habsburgica in plures divisa lineas, Pragaque aliquamdiu metropolis imperii esset, sub Ferdinando I., Maximiliano II. ac Rudolpholl., dum reformationis bellique suecici tumultus aestuarent, immo usque ad pacem aquisgranensem, ad Ministerium usque Principis de *Kaunitz*, formationemque Archivi Viennensis ex dispersis pel provincias chartarum cimeliis per Consiliarium aulicum *Rosenthal* factam anno 1752, Archivum Oeniponti asservatum maximi prae ceteris momenti omnibus fuit. — Archivum etiam Graecii asservatum ditius erat archivali registratura viennensi, defectibus plurimis inopiaque laborante. Bulla ista aurea Oeniponti tamdiu remansit, dum *Leopoldus* I., linea tyrolensi collaterali per obitum *Sigismundi Francisci* Archiducis extincta, Tyrolim terrasque limitaneas Monarchiae ipsi perpetuo uniret, diplomata domestica gravioris momenti virosque rerum tractandarum peritissimos Viennam, secum traduceret, *Lambeciusque* nulli parcens labori, antiquitates in castro Ambras reconditas, praesertim autem thesaurum manuscriptorum incomparabilem, fabulis heroicis cantilenisque priscorum Germanorum refertum vindicaret.

Nonnisi hoc modo evenire potuit, ut celeberrimi historici domus austriacae *Wolfgangus Lazius* et *Franciscus Guillimannus* transsumpta quidem, nunquam autem Autographum viderint, qui operam immensam impenderunt, ut differentias inevitabiles illius a pluribus apographis et inter se discrepantibus violenter quasi reconciliarent, quo factum, ut error continuo creverit, et *Guil-*

Digitized by Google

limannus ipse editionem in rebus gravioribus vitiosam publici juris fecerit. Si hoc in viridi, quid in arido?

Mannertus historiae veteris scrutator sagacissimus, nullique addictus parti, I. 172. hist. bav. asserit, autographum archivi austriaci successu temporum laceratum laesumque fuisse aeque ac recentiorem istius confirmationem factam anno 1245 per *Friedericum* II. Hac de causa anno 1457 propositum fuisse, ut novum illius transsumptum per *Leonardum* Episcopum Pataviensem fieret. (Du Mont, Corps diplom. T. I. p. 81.) Episcopum illud quidem procurasse, ast minus forsan favorabile domui austriacae ob defectum cognitionis sufficientis prioris aevi. — Sic instrumento huic, quae sequuntur, inserta fuisse:

„Si quibusvis Imperii curiis publicis Dux Austriae praesens fuerit, unus de *Palatinis Archiducibus* est censendus, et nihilominus in consensu et incessu ad latus dextrum imperii post *Electores Principes* primum habeat locum.“ — Ast Palatinos Archiduces nullo unquam tempore extitisse; vocabulumque: *Archi*, titulo praefixum pro ecclesiasticis tantum personis adhibitum fuisse, usquedum summi Pontifices illud dignitati annecterent, qua Electores in eligendo Imperatore gauderent, nomenque: *Elector*, aetati *Friderici* I. in stricto illo sensu, quo praerogativa cujusdam familiae vel territorii denotetur, nondum cognitum fuisse.

Mannertus haec asserens nec affectum adversus domum austriacam prodit, nec in minimis fidem historicam offendit, et nihilominus assertum eius mox relatum, tot ferme errata quot verba continet. Hujus instrumenti a Friderico II., Rudolfo I., Friderico III. et a Carolo V. nominatim et plerumque *de verbo ad verbum confirmationibus inserti*, in archivo austriaco (saltem ad fidem virorum, quibus ejusdem cura speciatim commissa fuit, aut qui ipsius archivi illustrationi per longam annorum seriem incubuerunt, uti Cl. Schrötter, Senkenberg, Rosenthal, L. B. ab Hormayr) nunquam alterum diversum ab illo exemplar, nunquam epitome, simile illi vel dissimile Chronici augustensis, nunquam duplex instrumentum extitit.

Pauca instrumenta adeo integre, bene mundeque et absque omni laesione conservata videntur. Valde errant, qui credunt Episcopum *Leonardum* ob lacunas transsumptum ejus procurare debuisse, dum copia ab eo vidimata, cujus causam finemque explorare diffi-

Digitized by Google

cile admodum est, *contrarium* potius adstruat, testimoniumque praebeat omni dubio majus de *optima huius instrumenti conservatione* cujus modo exactam descriptionem primum damus.

Membranae pergamenae forma oblonga est, latitudo ejus 27″, longitudo absque complicatura 32 digitis constat.

Chrismon C majus repraesentat. Formula invocatoria titulique imperatoris, quae totam occupant lineam primam, scripturâ oblonga, seu literis uncialibus expressa sunt. Forma literarum in genere characterem aetatis Hohenstauffiorum, praesertimque summam conformitatem prodit cum bulla aurea *Friderici* coaeva Berchtoldsgadensibus concessa.

Signum commune notarum compendiarium ℓ loco *ae* ut plurimum simplex *e*, quandoque etiam caudatum ę.

i non est punctatum.

r minus ubique infra lineam productum est.

Particula copulativa *et* plerumque ⁊, quandoque etiam &.

Loco *w* simplex *u*, quandoque etiam duo conjuncta *vv*, v. g. Harthuicus, Svvineshud.

Pro *v* quandoque *u*, v. g. conuelli. — Pro *i* aliquoties y., v. g. Hystria, ydoneus.

Forma Monogrammatis literis uncialibus expressa est. Monogramma consuetum hujus imperatoris.

Formula recognitionis ordinariis constat literis ut in contextu diplomatis; — absque signo recognitionis.

Actum deest. Annus et dies *Dati*, numeris romanis expressi sunt.

Bulla aurea pendet ex filis sericis adhuc integris fulvi coloris.

Parte aversa: Imperatoris imago, in dextra ejus sceptrum cum liliis; in sinistra globus mundi cum cruce conspicitur.

Inscriptio: ✝. Friedericus (in titulo imperatoris: Fridericus) Dei gratia Romanorum imperator aug. s.

Parte reversa: Urbis Romae imago.

Inscriptio: ✝. Roma caput mundi, regit orbis frena rotundi.

Editio hujus instrumenti apud Du Mont, ex confirmatione

Friderici II. Imperatoris anni 1245, cui inserta est bulla aurea Friderici I. anni 1156, transsumta ao. 1437 a *Leonardo* episcopo pataviensi; illa porro *Miraei* (Op. dipl. I. 539. Diplom 52.) *Arenbeckii* apud Pez. I. 1195. et *Cuspiniani* in essentialibus penitus conveniunt cum diplomate isto antiquo soloque authentico. Attamen et in his multa admodum errata in vocabulis ac nominibus occurrunt. Ita apud *Miraeum*, ubi desunt: vocabulum: *Augustus* — nostra debet imperialis auctoritas praecavere; vocabulum *Pax*, a quo est coelitus missa (pax) super terram; — vocabulum: *dilectissimum* ponitur pro Karissimum, — *imperii* pro imperatoris — in nomine *Jasomirgott*, ducem Bavariae pro: ducem Austriae — ad seniorem *familiae* pro: ad seniorem *filiam*, — qualis adulteratio maximi momenti!! — *Gaverstlun* pro Gawertschin. — *Arnpeckius* autem, ut pauca dicamus, pro: *in generali*, legit *in humili* nostra curia Ratisbone. — Testes apud *Miraeum* et *Arnpeckium* confunduntur et depravantur. *Conradus* episcopus pataviensis in autographo inter testes, in editionibus ejusdem ut plurimum deest. *Friedericus* Dux pro arbitrio tantummodo dicitur Comes Palatinus Rheni, cum haec *Herrmanno* solum Comiti Palatino inferius posito conveniant. Nominibus *Marchioni Diepoldo* vocabulum de Vochburch, et Comiti Palatino bavarico *Ottoni* fratrique ejus *Friederico* de Scheiern et Witelsbach annexa sunt. Marchio *Albertus de Staden* in *Albertum de Baden* transformatur; sic etiam *Burghausen* in Pirchhausen convertitur, et comes *Rudolphus* de Shwineshud, quod mirum maxime, in *Rudolphum de Schweinhund.*

Hae tamen variationes nullatenus comparari possunt cum illis tribus editionibus inter se penitus diversis ac discrepantibus, quae comparuerunt in Lunigii Codice german. diplomatico, generatim maxime vitioso.

Editio istius in Chronico bavar. *Andreae* Presbyteri apud Schilteri Scriptores rer. german. ejusdem ferme tenoris est cum tertia Lünigiana. Nulla illarum editionum ob frequentissimas omissiones ac corruptiones indubii textus authentici usui esse potest. Pluribus in locis, animus publica instrumenta corrumpendi manifeste patet.

Speciatim haec pauca adnotare libet:

Digitized by Google

1) Friedericus primus, pro Friedericus;
Anosi, pro Anasi;
Marchio Austrie, pro Dux Austrie;
dictam Marchiam (desunt);
Marchiam Austrie, pro Marchionatum Austrie et dictam-Marchiam;
et Liberis — desunt;
que Clypeus et Cor. Imp. — desunt;
Liberalitatem pro Libertatem.

2) Cum omnibus beneficiis: *quae quondam Marchio Leopoldus habebat a ducatu Bavariae* (addita);
Minui videretur, pro minuatur;
Marchiam Austr., pro Marchionatum Austrie et dictam Marchiam supra Anasum;
Si autem praedictus Dux et ejus uxor absque liberis decesserint, libertatem *habeant*, eundem Ducatum affectandi, cuicunque voluerint;
Nullam quoque expeditionem, nisi quam imperator forte *in regna vel provincias Austriae* veniens ordinaverit.

3) praeter reliquas corruptiones Nri. 2. in his dissentit: Nisi quod ad curias, quas imperator praetexerit in *Bavaria*, evocatus veniat;
Nisi forte, quam imperator in regna vel provincias, *austrie vicinas* ordinaverit;
Apud Schilterum inter testes leguntur:
Eps tridentiensis, Marchio de Pudera, omissis pluribus.

Extitere equidem plures copiae vidimatae, transsumpta seu instrumenta, a notariis confecta super celebri hac bulla aures Friederici I. anni 1156. Attamen nullum illorum defectibus ac vitiis principalibus laborat uti illae noviores, vagae ac sibimet contrariae editiones juxta Chronicon Augustense exhibitae.

Instrumentum *authographum* (uti jam supra diximus) integrum penitus, optimeque in archivo viennensi conservatum et saepissime, historiae nec non rei diplomaticae amatoribus, uti v. g. cl. *Kopp.* hasso-casselano, palaeographiae criticae primipilo, absque omni haesitatione, ante oculos positum, solam hic dijudicandi normam praestat. Multo *ante* copiam istam, vidimatam a *Leonardo* episcopo, Rudolphus IV. juri-

Digitized by Google

bus domus suae magnopere invigilans, omnia in bulla ista aurea a tribus Hohenstauffiis, Friederico I., II., et Henrico VII. collata, ac a Rudolpho I. confirmata privilegia juxta strictissimam instrumenti literam exercuit: nimirum titulum: *Archidux Palatinus* (quem Mannertus ab episcopo Leonardo, temporis retroacti inscio, inventum esse credit?) pariterque munus archiducale, etiam locum primum in consilio Principum, paremque gradum cum Electoribus. — Rudolphus multa edidit diplomata tot externis magnarum praetensionum indiciis praedita: „von kaiſerlicher Machtvolchommhait, die wir von dem heiligen Reich haben in unſern lannde zu Oeſterreich," — eo quod juxta privilegium Friderici I. imperium germanicum omnem superioritatem, immo omne jus feudale in Austria abdicavit, Ducem (Austriae) ceu custodem limitum adversus Hungariam terramque Slavorum, tanquam verum depositarium jurium caesareorum ac imperii constituens. — Carolus IV. Rudolphi IV. socer, simulque acerrimus adversarius, hostis ille subdolus utriusque domus Austriacae ac Wittelsbacensis, eo quidem illum adduxit, ut titulum *Archiducis Palatini*, *Docisque Sueviae ac Alsatiae* deponeret, addita tamen expressa cautione a Carolo: „Daß die etlichen Dinge, ſo (Rudolph), Kaiſer und Reich zu Ehren und Lieb gethan, demſelben und ſeinen Nachkommen bey chünftigen römiſchen Kaiſern unſchädlich ſeyn ſollen?" —

Duci Jasomirgott Friedericus Barbarossa privilegium istud contulit, eoquod juxta Chronicon Augustense: „ejusdem magna nobilitas et multa exigebat honestas, ut *nomen ducis* non perderet," et Rudolphus IV. tenorem istius ad literam executioni mandavit, quoniam bulla aurea Caroli IV evidenter etiam Domui Austriacae adversabatur, ac generatim deprimendis *Principibus* eoque magis exornando clauso *Electorum* Collegio serviebat.

Mannerti objectatio „tempore Friderici I. nomen: *Elector* incognitum adhuc fuisse (in stricto sensu praerogativae alicujus territorii vel familiae) omne rei *initium* omnemque *transitum* ad apocrypha plane rejiceret. Praerogativa Principum electorum atque nationum principalium in electione *Lotharii* palam jam apparuit. Privilegium regis Henrici VII. stauffensis domui austriacae, stirpis

Digitized by Google

babenbergicae, Leopoldo glorioso concessum, istos expresse nominat *Electores*, eosque principes, „*quorum juris est, Romanorum regem eligere.*“

Titulus *Archidux* recens quidem fuit, ast et res recens erat, et necessitas urgebat, inveniendi titulum, qui sufficeret aequiparando novo Duci antiquioribus magnis Ducibus quatuor nationum principaliorum, quique juri publico conveniret. Diploma sic dictum *recentius* (quod, ut iterum dicamus, neque autographum *existit* neque *unquam extitit*) nullas prorsus *novas* praerogativas in se continet, contra in editionibus arbitrarie corruptis, praerogativae maximi momenti omissae, rebus levioris momenti aequiparatae, aut omni sensu despoliatae sunt. Positis his, loco celeberrimi Mannerti sensum ullum tribuere nequimus: „Domus austriaca similibus exornationibus haud indigebat. Magnitudo ejus firmius fundata est in *veteri* diplomate, vi cujus Dux ab imperio romano pene independens factus est. Diploma *recens* (anni 1437 ? ?) brevi divulgabatur. Apud Cuspinianum et Arenpeckium istud primum deprehendo.“

Cuspinianus autem edit in Opere suo: *Austria*, genuinum, *antiquum* ac *integrum* diploma Friderici I. chartae Friederici II. insertum, et alio loco dicit: „Si quis super hac re privilegia, quibus Ducatus est Austriae ornatus et a Friederico II. corroboratus, scire desideraverit, is adeat librum tertium *Thomae* de *Haselbach* Annalium.“

Mannertus vero de Haselbachio, quem ingeniosum scriptorem austriacum nominat, (honore raro illi tributo) asserit, illum suo in loco, nimirum in sublimatione Henrici Jasomirgott ad Ducatum, diploma *antiquius* ad verbum reddere, exceptis variationibus parvi momenti (Chron. Austr. ap. Hier. Pez Script. Austr. II. 710), eumque de *recentiori* diplomate anni 1437 penitus tacere. Ejusmodi diploma *recentius*, ut superius annotavimus, nunquam extitit; Haselbachius autem, magnus ille fabulator, miserum corruptumque profert compendium sive potius exordium, addita nota, residuum hujus privilegii inveniri in libro tertio, ibique Editor *Pezius* diploma in Chronico Arenbeckii vulgatum laudat. — Tali modo hic *Haselbachii* nulla potest esse mentio.

Digitized by Google

Notari non minus meretur, quod Joannis Abbatis de Victoria (Viktring in Carinthia) Chronicon sive liber certarum historiarum concorditer cum Anonymo Leobiensi de modo refert, quo Ottocharus Babenbergensium haereditatem adeptus est, per astum nimirum, fraudes, splendida promissa mirasque, quibus ejus pater, Wenzeslaus rex erga detentos in itinere in Misniam, Pragam versus, Dynastas et Praelatos Austriae utebatur. Matrimonium, quod cum Regina Vidua Heinrici VII. stauffensis, Margaretha, ultimi Ducis Friederici bellicosi sorore, natu maxima iniit, accepto potius et specioso praetextui serviebat. Id arrepta demum regionis possessione locum habuit, plusque *occasionem* praebuit et *robur* quam *causam originariam* et *fundamentum*. Summopere hoc significant etiam expressiones in infraposito diplomate *)

---

*) *Perhtoldus* Dei gratia *Episcopus Ecclesiae Pataviensis*, Universis Christi fidelibus, praesentem paginam inspecturis, salutem in omnium salvatore. Cum singularum ecclesiarum nostrae dioeceseos utilitatibus, ex injuncto nobis officio intendere debeamus, maxime tamen Patav. Ecclesiae matri nostrae, dominae et magistrae, in qua domino miserante, regimen et curam suscepimus pastoralem, debemus intendere, atque curam ejus gerere, ipsi Ecclesiae ad commodum, nobis quoque ad salutem aeternam, in eo qui est omnium vera salus. Hinc tenore praesentium declaramus, quod *deficientibus ducibus Austriae, non haerede relicto, aut aliquo successore, cum terra principe diutius caruisset*, quaenam feoda, quae iidem duces ab Ecclesia nostra Pataviensi, in *ducatibus Austriae et Styriae*, quae sunt non modica, sed *magna et maxima*, *titulo possederant feodali*, nobis et Ecclesiae nostrae vacare coeperunt. *Verum domino Ottocharo nobili Marchione Moraviae, nato illustris regis Boemiae in ducatum postmodum subintrante, occasione matrimonii, quod postmodum cum filia Domini Leopoldi, quondam Ducis Austriae contraxit* nobis negotium hujusmodi exequentibus, multis nobis coepit precibus supplicare, ut in dictis feodis specialem sibi gratiam faceremus hujus rei gratia, ea quae honestas et ratio postularet, offerens se facturum. Unde habito super hoc consilio una cum nostro Capitulo, et tractatu cum ipsius Capituli consilium non accederet, vel consensus, nisi cedente ipsi Capitulo aliqua de dictis feodis congrua portione: nos cum dicto Domino Duce convenimus in hunc modum ut ipsi Capitulo ob honorem et reverentiam B. Stephani Protomartyris, Patroni nostri, *Parochiam in Holabrunn* ob nostram etiam faciendam memoriam conferremus. Quod et fecimus ipsius Ducis voluntate et arbitrio accedente, sub hac forma, ut in singulis diebus sabbathinis matutinas de B. Virgine missa, et omnes horas teneantur solempniter celebrare, cum solempni vespera praecedente. Ad haec etiam in nostro anniversario, sex modios, qui *Chastmute* dicuntur, tres tritici, tres siliginis in usus pauperum, et quatuor libras denariorum Pataviensium tenebuntur Canonicorum residentium refectorio deputare. De ipsis vero ecclesiae redditibus a nobis est taliter ordinatum, ut singulis diebus Sabbathinis, una libra fratribus praesentibus offeratur,

Digitized by Google

occurrentes, quo Bertholdus Episcopus Pataviensis Capitulo Ecclesiae suae, parochiam Hollabrunn concedit, quo facilius translationi feudorum, quae stirpis bambergensis duces a dicta ecclesia pataviensi quondam obtinuerant, in Ottocharum consentiret. Nemo inficiabitur, hoc documento aperte probari, terras Bambergensium tunc ab omnibus pro reapse *a domino suo destitutis* atque pro *apertis feudis Imperii* habitas, et *legalem* haeredem prorsus nullum fuisse, „non *haerede* relicto, aut *aliquo successore*," Ottocharum possessionem adiisse, „Ottocharo in ducatum *postmodum* subintrante," et quidem tantum „*occasione* matrimonii", quod ille postea demum (*postmodum*) „cum filia domini Leopoldi, quondam ducis Austriae" contraxit.

In supramemorata recensione Hohenstauffensium celeberr. Raumeri annal. literar. viennens. XXXVII 246 — 253, prima hactenus accurata diiudicatio famosae bullae aureae Imperatoris Friderici I. de anno 1156 occurrit. In *Selectu dipl. Imperatorum authentic.* varia, singulari scientiae incremento, movebit de illa, dubia, Cl. Jos. *Moritz*, de nova hoc monum. boic. collectione, sub auspiciis illust. Max. L. B. a *Freyberg*, tabularii regii praesidis, viri, summa eruditionis laude conspicui, optime meritus.

Eadem plane, quam recensio supra adducta praesefert, persuasio, Referenti *in toto* et *singulatim* adhuc manet. Circa unicum parergum, personalis inspectio regii Archivi Monacensis (1827) quod nullo encomio satis praedicari posse autumat, et speciatim translatorum illuc monumentorum

---

et quod residuum fuerit in usus deputabitur eorundem vel si forte, quod absit, defectus reddituum dictae Ecclesiae fuerit, prout rerum possibilitas permiserit et facultas: dicta distributio ex tunc per majorem vel saniorem partem Capituli ordinetur, ita tamen, ut sicut in principio futurae memoriae nostrae, ac etiam gloriosae Virginis Dei genitricis Mariae, Decanus et Canonici Patavienses liberaliter consenserunt, sic et eorum successores facere teneantur. Alioquin nostra donatio irrita maneat et inanis. Ut autem haec nostra donatio incoruulsa maneat in perpetuum et perfecte: praesentem paginam conscribi fecimus, et eam nostri sigilli munimine roborari. Huius rei testes sunt, Albertus Decanus, Magister Diezo, Heinricus de Maeginge, MagisterJohannes, *Otto de Lonsdorf*, Heinricus de Heidendorf, Irnfridus decanus in Chrems, Poppo de Mundrachinge, Canonici Patavienses, *Chunradus, Comes de Wazzerburch*, Purchardus de Wiar, Rapoto de Ezzenpach, Waltherus de Tanneberch, Alramus de Rotowe, Piligrinus de Tanneberch, Ministeriales Ecclesiae Pataviensis, Heinricus de Hutschmunt judex civitatis Pataviensis, Chunradus Sezarius de Helingersperge, Christanus, Perhtoldus in insula, Hartmudus, Hartmudus, Heinricus Chaerpho. Acta sunt haec Pataviae XII kal. Maji, anno ab Incarnatione Domini MCCLIII. Indictione XI.

pataviensium aspectus in aliam eundem autorem opinionem traxit, nimirum circa *aetatem adulteratorum* exemplarium et infideliam extractuum praefatae aureae bullae, in sensu Chronici Henrici Steronis. Quippe Referens *immensas* has *ommissiones* et *corruptiones*, e. g. „seniorem *familiae*" loco *seniorem filiam* — cum omnibus beneficiis, quae quondam Marchio Leopoldus habebat *a ducatu Bavariae*, — ulterius: nullam quoque expeditionem, nisi quam imperator forte in *regna*, vel *provincias Austriae* (??) ordinaverit; — porro: nisi quod ad curias, quas imperator praetexerit *in Bavaria* — — aut: in *regna* vel *provincias Austriae vicinas* — evocatus veniat", — *longe juniores* putaverat, quam reapse sunt: quin parum abfuit, quin eas ex parte, temporibus bellorum ex hispanica et austriaca haereditatibus ortorum, longarumque ad illa praeparationum adscriberet. — Invenit autem non sine maxima admiratione, has ipsas omissiones et adulterationes jam in codicibus medii seculi decimi tertii nominatim pataviensibus, speciatim etiam in eo, quem hic ante oculos habemus, Episcopi Ottonis de Lonsdorf, qui extinctioni Bambergensium, Andechsiorum et Stauffensium *coaevus*, fidus plerumque praepotentis Ottochari amicus, anno 1254 Bertholdum in sede Pataviensi secutus, 9. Aprilis 1265 obiit.

Quod pretiosus Ottonis episcopi codex in iis ipsis diebus congestus, ubi praetensiones, spes et desideria boica desideriis Ottochari, qui tandem pileum ducalem Bambergensium firma manu arreptum, forti manu defendit, sese opposuere, in illis diebus, quibus ejusmodi adulterationes, et adnotationes pia fraude ex memoria suppletae quotidie repetebantur, eas inprimis proferat, id sane originem illarum summe intricatarum interpolationum mirum in modum *enodare* videtur? Fridericum Bellicosum in pugna ad Leitham, (15. Junii 1246) superato Bela Rege Ungariae occumbentem, *nullam filiam* reliquisse, notum est. Inde etiam illud „et si, quod deus avertat, dux Austriae sine herede filio decesserit, ducatus ad *seniorem filiam*, *quam reliquerit* devolvatur" minime quadrabat. — Margaretha Ottochari conjux, duntaxat natu maxima *soror* Friderici, et generatim *senior familiae* fuit. Hinc autem causa adulterationis, quae seniorem filiam, in seniorem familiae mutavit, ad oculum patere videtur.

Eo tempore pontifex summus Innocentius IV. in culmine potentiae suae versabatur. In concilio lugdunensi imperatorem Frideri-

Digitized by Google

cum II. animi fortitudine sibi aequalem, deposuerat, anathemate percusserat, cunctosque ejus subditos jurata et debita fide liberavit. — Etiam in documentis Archivi Regii Monacensis „universae reipublicae christianae praesidentem“ ac „orbis et urbis moderatorem“ sese praedicat.

Nemo mirabitur, Innocentium, Lugduni talia, vix audita prius, ausum, nihil magis timuisse, quam ne Imperator, qui in *Italia* jura sua assidue tuebatur, etiam in *Germania* labanti jam Hohenstauffensium gloriae, perpetrata feliciter amborum Ducatuum *Austriae* et *Styriae*, tanquam apertorum feudorum Imperii prehensione, novum robur et vires impertiretur. — Idcirco jam pontifex et Reginae Margarethae, et Ducissae Gertrudis matrimonia formaliter offerebat, dispensationes a votis claustralibus et in prohibitis gradibus consanguinitatis larga manu concedebat, et jus successionis *femininum* in heroum Bambergensium stemmate, ne minima quidem conditione adjecta proclamabat. Quae indicatio certe seria attentione indigna non est.

Eo minus, si perpendimus, quae in ipsis Innocentii Brevibus proponuntur. — Vivente adhuc Friderico II. Innocentius Lugduni 28. Junii 1248 Belam Ungarorum, Wenceslaum Bohemiae Reges, et Ottonem Bavariae Ducem ad fulcienda armis *Gertrudis* jura provocaverat, — ibidem 14. Septembris ejusdem anni, Ottone Comite de Eberstein tanquam Vicario Jmperii Viennae existente, confirmaverat „nobili viro Hermanno Marchioni de Baden *donationem inter vivos* ducatus vel principatus Austriae *Gertrudis ducissae Austriae, uxoris* tuae, ad quam idem ducatus venit per *successionem haereditariam*, secundum antiquam et approbatam ipsius *terrae consuetudinem* nec non per summos pontifices, imperatores et reges romanorum confirmatam“(!!), et elapsis paucis diebus Archiepiscopum Salisburgensem monebat, ne feuda per mortem Friderici bellicosi vacantia „nullo ex eo legitimo haerede superstite“ ulterius concederentur. — 13. Februarii 1249 Antiregem Wilhelmum de Hollandia enixe hortatur, Gertrudem et Hermannum Austriae et Styriae feudis investire ne cunctaretur, quia „ducibus Austriae ex speciali privilegio sit permissum, ut si iidem duces absque liberis masculis morerentur, feminae tam in *ducatu*, quam in *feudis*

Digitized by Google

possint *succedere jure masculorum* (!!) Nec diu causa tantae praedilectionis latuit. — Hermannus quippe ad ducendum in persona contra Hohenstauffenses cruce signatorum exercitum paratus erat. „Signum crucis assumere et contra F. (Fridericum) quondam imperatorem et contra C. (Conradum) natum ipsius." — Sorte autem *Gertrudis* brevi in pejus versa, et dynastis in partes *Ottochari* tractis, Innocentius omnia et singula, pari modo *Margarethae et Ottocharo* confirmabat, quoniam „per imperialia privilegia in favorem ducatus Austriae sit concessum, ut — *non superstite masculo, filia* in ducatum succedat, itaque *nobilis mulier Margaretha* per hujusmodi privilegium *legitime successerit* in eodem." — Quam bene Ottocharus aureas utriusque Friderici bullas, inito cum Margaretha matrimonio 7 Aprilis 1252 Haimburgi, solenniter traditas (in quibus *Archidux Palatinus* occurrit) legerit, inter alia, primum post ingressum terrae, hospitali et monasterio in *Pyhrn* concessum diploma testatur, in quo „*Archiducem* superioris Marchiae" (verisimiliter opposite ad Marchiam Moraviae) se nominat. Hoc diploma et primum Margarethae ab inito hoc secundo matrimonio, in fine adjicimus. — Non defatigabatur Innocentius in impertiendis Margarethae dispensationibus tam in prohibito, respectu Ottochari gradu consanguinitatis, quam in votis monasticis Augustae Trevirorum et Herbipoli nuncupatis. — (1244 Hermannus Episcopus Herbipolensis monasterio S. Marci in eadem urbe literas protectionis concessit, ad supplicationem venerabilis dominae, *sororis Margarethae*, illustris quondam Romanorum reginae, quae elegit, *in paupertate domino famulari*"). Hae dispensationes autem non prius, quam post juratam antea (Cremsae mense Septembri 1252) a rege, legato pontificio Velasco obedientiam subsequutae sunt. *)

*) Ego *Ottocharus*, *Archidux Superioris Marchie* uniuersis christi fidelibus presentem paginam inspecturis. cupio fieri manifestum, quod dominus Herrandus de Moschirchn contulit hospitali et sancte Marie in *pirn* duos mansus apud sanctum Laurentium in presentia mea ex consensu et ex uoluntate omnium amicorum suorum. Testibus presentibus. Ditrico milite de monte. Erchingero milite. Hainrico milite de Vleze. Hermanno et Richero fratribus de monte et aliis quam pluribus. Et presens scriptum sigilli mei munimine feci roborare.

In circumscriptione sigilli, ex parte laesi, Ottocharus Marchio Moraviae nominatur.) *)

CVIII.

Heinricus, Comes de Ortenburg resignat advocatiam possessionum capituli pataviensis trans Oenum sitarum. Circa 1250.

Ego Heinricus Comes de Ortenberch. Ad omnium noticiam qui prospexerint presens scriptum. cupio peruenire. quod Aduocatiam possessionum Capituli Patauiensis. trans Enum fluuium sitam. domino Rudegero venerabili Patauiensi. episcopo pro. XX. marcis auri Patauiensis. ponderis. quas mihi mutuo dedit. assignaui. cum omni iure obligationis tytulo possidendam. Tenetur autem easdem exsoluere. in tribus terminis subnotatis. In festo uidelicet beati Mychahelis proxime uenturo. IIII. marcas auri. in festo Epyphanye.

---

*) Nos *Margaretha* dei gratia *Romanorum quondam Regina. Ducissa Austrie et Stirie ac Marchionissa Morauie*, omnibus presens scriptum intuentibus imperpetuum. Post infelicem obitum *Friderici fratris nostri, qui fuit Dux Austrie et Stirie, ac dominus Carniole, terra austria cepit in pessimo statu esse* quod caruit defensore. Eodem quippe tempore. *Homines Ducis Bauarie ecclesiam Ardacensem*, sacrarium Clericos et Homines spoliarunt, auferentes de Sacrario ornamenta. Libros Calices et priuilegia quibus eadem ecclesia habundabat, propter quod dilectus Capellanus noster Luipoldus eiusdem ecclesie prepositus, nobis supplicauit deuote, quatenus Jura et consuetudines, que dicta ecclesia tempore patris et fratris nostri, habuit per terram et per aquam sibi ei ecclesie confirmare dignaremur et etiam renouare. Ideoque mandamus Omnibus Mutarijs per terram et per aquam, quatenus Jura que predicti Loci Prepositus et Canonici habuerunt in terra et in aqua tempore patris et fratris nostri. eis inuiolabiliter conseruetis, ne dicta ecclesia propter cladem bellicam perdat irrationabiliter Jura sua omnium quippe ecclesiarum Jura intendimus quantum possumus conseruare vt deo omnipotenti et sanctis eius, quibus seruiunt, pro salute domini *et mar ti nostri et nostra* precum deuotarum offerantur iugiter Holocausta. Datum in *ehrembs*. Sedecima Junij Anno dominj M.CC.LIJ:

VIII. marcas. et in festo Rudberti in quadragesima. VIII. marcas. finaliter exsoluet. Promisit etiam dominus episcopus per litteras suas bona fide. quod eandem aduocatiam obligationis nomine medio tempore possessam. omni refragatione remota mihi reddet libere absolutam quandocunque infra et citra festum Purificationis beate uirgine. et festum ressurrectionis dominice. sibi de prefata Summa auri per me fuerit satisfactum. Promisi preterea firmiter data fide. quod bona mea nullo alienationis genere alienare a Patauiensi ecclesia pretemptabo. nisi prius eadem domino episcopo et ecclesie obliganda offeram uel emenda. quod si neutrum horum facere decreuerint. si alienare me continget. id mee fidei non impingent. In cuius rei testimonium presentem paginam conscribi et sigilli mei cum subscriptione testium feci munimine roborati. Testes sunt. Chunradus decanus. Chunradus Tumplebanus. Meingotus de Waldekke. Otto de Lonstorf. Canonicus. Patauiensis. Hademarus de Wesin. Chunradus de Valchenstein. Ortolffus de Waldekke. Waltherus de Tannenberch. Otto de Possenmunster. Wernhardus de Prambach. ministeriales Patauienses. Wernherus de Anzenchirchen. Gotfridus de Flozze. Chunradus de Puverbach. Vlricus de Talheim. Chunradus de Mulheim. et alii quam plures.

CIX.

Heinricus Comes de Ortenburg Berchtoldo pataviensi electo tradit pueros Ortolfi de Waldeck.

1251 (4. April) Pragae.

In nomine domini amen. Ut ea que geruntur in tempore ne simul cum tempore pereant et labantur. necesse est ut scriptorum memoriis immortalibus commendentur. Quare nos *Heinricus Comes de Ortenberch* tenore presentium notum facimus tam presentibus quam futuris. quod nos omnes pueros Ortolfi de Waldekke ministerialis ecclesie

Patauiensis. qui nos proprietatis tytulo attingebant. cum omnibus posteritatibus eorum ob deuotionem beati Stephani Prothomartiris preciosi. in manus domini nostri venerabilis Berhtoldi Electi Patauiensis. tradidimus ecclesie Patauiensi. libera et spontanea uoluntate. In cuius rei testimonium presentem paginam nostri sigilli munimine duximus roborandam. actum Prage. IIII. Nonas. aprilis. anno domini M. CC. L. I. coram hiis testibus venerabili patre nostro. domino Heinrico episcopo de Pscia. (Pruscia?) domino Meingoto de Waldekke. Tumpreposito. Wernhardo de Morspach. Canonicis Patauiensibus. Heinrico de Suben. et Heinrico de Slage. ecclesiarum prepositis. Gebolfo de Munzinge. Heinrico et Johane eius filio de Merswanch. Sigehardo dicto Piber. Chunrado de Altenburch. Pilgrimo de Waltheringe. et aliis quam pluribus.

CX.

Heinricus, Comes de Ortenburg tradit ecclesiae patauiensi bona sua inter flumina Oenum, Danubium, Trunam, Iseram et Salzaham ita, ut nunquam ab ecclesia eadem possint alienari.

1251 (11. April) Pragae.

Nos Heinricus dei gratia Comes de Ortenberch. notum facimus presentis scripti testimonio uniuersis. quod nos bona et spontanea uoluntate Castrum nostrum Ortenberch cum omnibus suis attinentiis. uidelicet villis. Ekkenheim. Ovfhusen. Peren. et aliis possessionibus et bonis nostris inter flumina Danubium. Enum. Yseram. et Salzam. sitis cultis et incultis quesitis et inquisitis. pratis. pascuis. aquis. et aquarum decursibus. que exproprietate nos contingunt. et que iure hereditario possedimus et in pro-

Digitized by Google

prium possidemus. beato Stephano prothomartiri in Patauia in manus domini nostri Berhtoldi eiusdem ecclesie venerabilis episcopi. per presentem paginam siue instrumentum tradidimus et tradimus sine contradictione qualibet perpetuo possidenda. Tradimus etiam eidem beato StephanoProthomartiri Graben cum omnibus suis attinentiis. sitis inter flumina. Enum. Danubium. et Trounam. cultis etiam et incultis quesitis et inquirendis. cum pascuis pratis aquis et aquarum decursibus que ex hereditaria proprietate similiter nos contingunt. Hec omnia bona seu proprietas quas promisimus beato Stephano Prothomartiri ea conditioner et lege tradimus et donamus. ut per dominum nostrum. B. uenerabilem episcopum Patauiensem eiusque Successores canonice substitutos. ab ecclesia Patauiensi. alienari non debeant. neque liceat quocunque modo. Et ut presens nostra donatio firma permaneat ac etiam inconuulsa. presens instrumentum sigilli nostri munimine duximus roborandum. actum Prage. coram hiis testibus Domino Alberto venerabili episcopo Ratisponensi. Meingoto de Waldekke preposito. Wernhardo de Morspach. canonico Patauiensi. Heinrico de Suben. et Heinrico de Slage ecclesiarum prepositis. Heinrico de Merswanch. Pilgrimo de Poemelinge. Zacharia de Peispach. Etichone de (?) Volchmaro de Wazzerburch. canonico Augustensi. Gebolfo de Munzinge. Johane de Merswanch. Richkero de Pernstein. et aliis quam pluribus. III. idus. Aprilis. anno domini. M. CC. Quinquagesimo. I.

CXI.

Ottocari, novi Austriae Styriaeque Ducis, Moraviae Marchionis, instrumentum plenariae accessionis suae ad compromissum, consilio patris sui Wenceslai regis ab Episcopis Conrado Frisingensi, Henrico Babenbergensi et Ulrico Seccoviensi factum de feodis ecclesiae Pataviensis, per mortem Friderici Bellicosi, Babenbergensium ultimi, vaccantibus et a Bertholdo Episcopo, Ottocaro ceu novo illarum terrarum domino collatis.

Betsile 27. Martii et Pragae 1. April 1253.

Ottacharus Dei gratia Dux Austrie et Styrie Marchio Moravie vniversis ad quos presens litera pervenerit salutem in domino. Ad notitiam pervenire cupimus singulorum, quod nos ad jussionem, consilium et consensum karissimi Patris nostri W. illustris regis Bohemie, et de consilio fidelium suorum et nostrorum, habita super hoc maturitate consilii diligenti, compromisimus in venerabiles patres nostros et Dominos, H. Babenbergensem, Frisingensem, et Ulr. Secoviensem Episcopos, ipsorum nos arbitrio submittentes, data fide ad manus eorum et serenissimi patris nostri prefati firmiter promittentes, quod ratum habemus, bona domino nostro et amico, Bertoldo venerabili Pataviensi Episcopo, singula inviolabiliter observantes, super quod inter nos ex una parte, et ipsum Episcopum ex altera, de feodis, que sibi per mortem. Friderici illustris ducis Austrie pie recordationis vacabantur, prefati domini episcopi sunt arbitrati. Est autem ipsorum arbitrii. forma talis. Nos Dei Gratia H. Babenbergensis Conradus Frisingensis et Ulricus Secoviensis Episcopi, arbitri super questionibus que inter venerabilem dominum Werhtoldum pataviensem, Episcopum ex una parte, et O. illustrem ducem Austrie super ejusdem terre feudis, ad collationem Domini Episcopi per-

tinentibus ex altera, vertebantur, tale pronunciamus arbitrium, maturitate consilii et deliberationis prehabito diligenti. Dominus Episcopus, firmabit oppida sua in S. *Ypolito* et in *Everding* prout Ecclesie sue sibi suisque successoribus videtur expedire, et cavebit domino duci, quod nullo sibi ab eisdem munitionibus, vel etiam terre, gravamina inferentur. Et si factum fuerit, infra tres menses postquam requisitus fuerit, tenebitur emendare. Quod si non fecerit, et super hoc coram nobis, vel duobus ex nobis convictus fecerit, ex tunc excommunicationi Domini Papa usque ad condignam satisfactionem subjacebit. Si quis vero ex ministerialibus siue fautoribus dicti ducis ipsum hac in parte presumeret impedire, ipse dux sine dolo ipsum Episcopum tuebitur ab ejsdem, et Dominus Episcopus totaliter ipsum impedientes, secundum formam juris, excommunicationis sententia innodabit, et eandem sententiam Domino Duci intimabit, qui per trine citationis edicta, ita quod quidlibet edictorum XV. dies contineat, monendo ipsos, ut dicto Episcopo satisfaciant, ad facti poenitentiam evocabit, et si ex tunc non satisfecerint, proscriptionis sententiam proferet in eosdem. Si vero dicto Episcopo videbitur, quod dux tanquam dissimulare volens hac in parte, negligens extiterit et remissus, et requisitus ab Episcopo juraverit, quod fecit et faicet, quidquid potuit et debuit: in nullo tenebitur Episcopo memorato. Si vero jurare noluerit, tenebitur, de omnibus dampnis et injuriis satisfacere, sibique in personis, rebus et expensis per impedimenta sustinuit premissorum, qua idem Episcopus sub stola jurejurando probaverit et estimaverit; et hoc quotiescunque per promissos temerarios fuerit impeditus, et tanquam proscriptos usque ad condignam satisfactionem exudet a sua familiaritate, gratia et favore. Item cum officialis dicti Episcopi solvit domino Duci jus advocatie de possessionibus in *Zeisenmawr* et in *Mautarn*, secundum consuetudines antiquas, ex tunc homines et possessiones ab omnibus exactionibus sint libere. Ipso anno. habebit *etiam Dux placita provincialia* in Mautarn, juxta quod habuit Dux Leopoldus, et secundum consuetudines antiquas et approbatas, et hoc sine exactione et injuria hominum suorum. Insuper si aliquis ministerialium dicti Episcopi cum Ducis, vel ducis cum suis conjuncti sunt vel in futurum matrimonialiter con-

Digitized by Google

jungantur, utraque pars Dominorum heredum qui ex ipsis procreati fuerint, equam recipiant portionem, et sub dominio illius ad quem translati fuerint, jure, quo ejusdem ministeriales privilegiati fuerint perfruentur, juxta quod in privilegiis Leupoldi et Friderici Ducum Austrie super hoc confectis plenius continetur. Preterea idem Episcopus statuet in foresto suo custodes, qui forestarii nuncupantur, qui hominibus suis et sibi, ad edificia, et ad comburendum, et ad alias utilitates lignorum necessaria ministrabunt. Ita tamen quod forestarii non vendent ligna et edificia alienis. Ad hec excepimus Ecclesiam in *Holabrune*, quam post obitum Magistri Gotscalci Dominus Episcopus donavit Pataviensi Capitulo possidendam. Promissum est etiam, ut si probatum fuerit juramento, Tum prepositi Pataviensis, et Heinrici de Merswanch, insulam de *Hagenawe* ad mensam Domini Episcopi pertinere, possidebit eam libere et quiete. Et si dictus Episcoqus testimonio honestorum virorum probaverit, temporis processu ipsam insulam, absolutam ab obligatione si qua tenebatur possidebit eandem. sin autem, absolvit eandem, et in suam rediget potestatem, Item ut victualia Episcopi, Capituli et ministerialium deferantur sine muta, tam in terris, quam aquis, sicut ducis Leupoldi temporibus ferebantur. Cives sui gaudebunt omni jure, quo in terris et in aquis dictorum ducum temporibus fruebantur, nec eas in possessionibus seu in aliis bonis quibuscunque per exactiones vel adinventiones offendet aliquatenus. Insuper conservabit Episcopo, Capitulo, Clero et hominibus suis omnia jura canonica, et civilia, et libertates, quibus seniores Ducis Leupoldi temporibus fruebantur. Item quod cum Capitulum, Clerum, omnesque sue Ecclesie attinentes in terra sua ab invasione qualibet temeraria tueatur, et sibi suisque justitiam faciat de illatis. Coeterum Dux dabit Episcopo pro feodis tria Millia Marcarum puri argenti Wiennensis ponderis, et trecentas libras Wiennenses consilariis suis, de quibus solvet in continenti trecentas Marcas ponderis memorati. Consiliariis cautionem faciet perpetuam, et terminis quibus voluerint acceptare. Pro residua vero pecunia, duobus videlicet millibus Marcarum et LXX. marcis, et XXVII. que in pondere trecentarum Marcarum deficiunt, obligabit et dimi-

diam mutam in *Lintza*, tam in terra quam in aqua, quam assignabit certo nuncio suo, in festo S. Johannis Baptiste, proxime nunc venturo, vel ex tunc medietatem omnium proventuum recipiat sine contradictione qualibet, donec sibi de prefata pecunia satisfiat. Quod si forte per ipsum ducem vel aliquem ex suis servitoribus seu fautoribus dictus Episcopus in perceptione muta prefata et in munitione oppidorum suorum secundum formam superius expressam fuerit impeditus, nec per ipsum fuerit emendatum, eidem Episcopo vacabunt feoda sua supradicta, et pecunia quam recipit dictus Episcopus est amissa. Et ut premissa omnia dicto Episcopo per ipsum ducem inviolabiliter observentur: idem dux fide data vice sacramenti se astrinxit. Et nos Episcopi supradicti. Bosco Pincerna de Habesbach, Weichardus de Tyrnach, Benisch, Magister Wilhalmus scriba ducis, Witigo scriba Styrie, fide data firmiter promisimus, quod in ducemus ad observantiam omnium premissorum. Quod si forte aliqua premissorum dicto Episcopo fuerint violata, et jus suum ubicunque voluerit et potuerit, fuerit prosequutus dux egre non feret, nec per hoc ipsum, vel Ecclesiam, et omnes sibi attinentes aliquatenus molestabit. In cuias rei testimonium presentem literam conscribi fecimus, et roborari nostrorum munimine sigillorum. Datum in Betsche, Anno Domini M. CC. LIII. VJ. Kalendas Aprilis. Ut autem omnia que in premisso arbitrio comprehensa sunt, cum ratihabitatione per nos dicto Episcopo, et Ecclesie ipsius inviolabiliter et fideliter conserventur. ad abundantiam cautele presentem paginam conscribi fecimus, et sigillum nostrum duplex, et sigilla arbitrorum pro confirmatione et testimonio prescriptorum, cum subscriptione testium appendentes. sunt autem testes hii. Heinricus Babenbergensis Episcopus, Chunradus Frisingensis Episcopus, Ulricus Seccoviensis Episcopus, Meingotus Major Prepositus Pataviensis, Eberhardus Werdensis prepositus Canonicus Pataviensis, Poppo Cellerarius et Canonicus Pataviensis. Habel de Lebenberch. Bosco de Znaim, Weichardus de Tyernach, Steszlowe de Sternberch. Benisch Camerarius. Zmiel, frater Bosconis, Witigo de Chrumnawe, Albero Pincerna de Chuenring, Heinricus Pincerna de Habespach, Chalohus de Tulbing, Alb. de Zelking, Heinricus de Merswanch, et Joan-

nes, filius suus, Wolffkerus de Parawe, Leupoldus de Valkenstein, Arnoldus Pibero, et alii quam plures. Principaliter tamen Pater noster Illustris rex Boemie presentem literam sigillis suis muniri statuit ad cautelam. Datum Prage anno domini M. CC. LIII. Kalendas Aprilis.

Editum a L. B. de Hormayr in annal. literar. Viennensibus XL. 92.

CXII.

Bertholdus pataviensis episcopus, consensum impetrat capituli sui, feuda, extincta Babenbergica stirpe, ecclesiae suae in Austria Styriaque vacantia, conferendi Ottocaro Marchioni Moraviae, primogenito Wenceslai Bohemorum regis, subintranti postmodum in ducatum occasione matrimonii cum Margaretha, Friderici bellicosi sorore Austriae, Styriae que ducis, natu maxima, donans eidem capitulo suo parochiam Holabrunn.

Pataviae 1253. (20. April.)

Extat supra fol. 365 in annotation. ad bullam auream austriacam utriusque Friderici de annis 1156 et 1245.

Edidit L. B. ab Hormayr 1827 in annalib. litterar. viennens. Intelligenzblatt, f. 23.

Digitized by Google

CXIII.

Otto de Lonsdorf ecclesiam in Mitterkirchen coenobo Waldhausen confert.

Pataviae, 1250. 5. April.

Otto dei gratia Patauiensis Episcopus. Vniuersis presentem Litteram inspecturis salutem in domino. Ne ex obliuione uel calumnia uel propter decursum temporis que sub tempore acta fuerint transeant in errorem. Litteris et scripture testimonio roborantur. Cum itaque habeamus fiduciam nobis proficere ad consequenda premia eternorum Si per nos loca deo dicata in quibus precipue deuote sub habitu religionis famulantur domino iugiter recipiant incrementa hac in eisdem per nos tanquam patres familias in cultura dominica sollicite operantem diuina obsequia ad laudem creatoris et taliter Christi fidelium augeantur. ecce ad instantiam et peticionem dilectorum in Christo fratrum friderici prepositi et conuentus ecclesie Sancti Johannis Ewangeliste in *Walthausen* pensatis eiusdem Ecclesie diuersis defectibus quos cum per incendia cum etiam malitiam hominum passa est de consilio capituli nostri et voluntate ipsis in subsidium prebende sue Ecclesiam in *Mitterkirchen* cuius tamen ius patronatus habebant primitus pleno iure contulimus perpetuo possessidendam fructibus ex ea prouenientibus in usus fratrum necessarios redacturis. Salua tamen prebenda sacerdotis in dicta Ecclesia pro tempore ministrantis quam etiam nos et quilibet successorum nostrorum moderare tenebimur ut uidimus expedire Jure quoque omnium successorum nostrorum nec non Archidiaconi et Decani ut iustum fuerit ibi saluo. Et ut hec nostra salutaris donatio manere debeat inconvulsa presentem Literam nostro et Capituli nostri sigillis iussimus roborari. Datum patauie anno domini. M. CC. LVI. Nonas abrilis Pontificatus nostri anno tercio Indictione quarta. decima. Ego Meingotus prepositus subscripsi. Ego Albertus Decanus. subscr. Ego Diezo. subscr. Ego Gotfridus Tumpleba-

Digitized by Google

nus. subscr. Ego Heinricus custos. subscr. Ego Poppo. subscr. Ego Hertwicus subscr. Ego Otto subscr. Ego Vlricus de Styria subscr.

CXIV.

Heinrici de Schaumberg, uxoris ejus Heilwigis, et filiorum suorum Wernhardi et Henrici transactio de reditibus in Leutolstal.

Pataviae. 23. Sept. 1256.

In Nomine domini. Amen. Nos Heinricus de Schoumberch et Heilwigis uxor eiusdem, vna cum filiis nostris wernhardo et Heinrico huius scripti testimonio solempniter protestamur. et vniuersis volumus esse notum. quod de consensu et voluntate omnium heredum nostrorum. ac ratihabitione eorumdem possessionum nostrarum iure proprietatis nos contingentium LX. librarum redditus in Villa Leutolstal manu potestativa et propria super altare beati Stephani prothomartiris Patauie tradidimus et donauimus libere illuc perpetuo proprietatis titulo seruituros. Ita tamen ut venerabilis in Christo pater.. eiusdem Ecclesie Patauiensis Episcopus, eandem proprietatem Ecclesie sue iam traditam et donatam. mihi Heinrico de Schoumberch, et filiis meis predictis. wernhardo et Heinrico conferre debeat titulo feodali. Et ne huiusmodi nostra donatio salutaris ex obliuione uel propter decursum temporis transeat in errorem hanc litteram sigillis nostris communiri iussimus cum Testibus subnotatis. Nos autem Wernhardus et Heinricus Juniores quia sigillum proprium non habuimus. Sigillo Patrui nostri wernhardi de Schoumberch utimur in presenti. Sunt autem hii Testes. Magister Petrvs Ordinis miseri-

Digitized by Google

cordie domini. pape. Legatus. Al. Decanus. Magister Dietzo. Magister Johannes. Otto Cantor. Canonici. Wernh. de Schoumberch. R. de Ezzenpach. H. et Ch. fratres de Hartheim. Sighardus pibero. Hertnidus Dapifer. Chunradus de Vurtte. Chunradus de Strachen. vl. de Chirichperch. Pilgrimus de Tannberch. Ot de Wartenburch. Chalhohus et Heinricus fratres de Valchenstorf. H. de Radekke. Leutoldus de Morspach. Herrandus de Chornspach. Ciues autem. H. Judex dictus Hutsmunt. Christianns. Sifridus de Tekkendorf. Wernhardus de Preminge. et alii quam plures. Datum Patauie. Anno domini. Millesimo. CC. L. VI. VIIII. Kalendas Octobris. Indictione. Quartadecima.

CXV.

Ottocarus, Bohemiae Rex, judicibus suis in Austria in mandatis dat, severe invigilandi, ne moribundarum aut demortuarum personarum ecclesiasticarum bona amplius diripiantur.

Viennae, 26. October. 1261.

Otacherus dei gratia Rex Bohemie Dux Austrie et Styrie, Marchioque Moravie, vniversis judicibus suis per Austriam gratiam suam et omne bonum. Recognoscentes nobis concessam esse principatus a Domino potestatem, ad laudem bonorum, vindictam vero malorum, qui sua non cessant effrenata malitia desevire non solum (in) seculares personas, verum etiam in res ecclesiasticas et personas, in tantum quod, sicut dolentes discimus rectoribus ecclesiarum decedentibus, et quanquam adhuc in agone mortis existentibus, bona ipsorum, imo potius ecclesiarum rapiunt im-

Digitized by Google

pudenter, sub obtentu gratie nostre vobis districte precipimus et mandamus, quatenus hujusmodi nefandam rapinam, et exsecrabilem in nostris judiciis, de cetero nullatenus fieri permittatis, et hoc in omnibus vestris placitis publicetis, ne quisquam velamen ignorantie valeat allegare. Si vero in nostri mandati conceptum et salutis sue prejudicium presumpserit aliquis, quod non credimus, contrarium attemptare, eundem juste severitatis judicio tanquam raptorem publicum et pacis invasorem taliter puniatis, ut lese Ecclesie satisfaciat, et poena ipsius sit coeteris ad terrorem in hoc negotio, in nostri mandati reverentia, et nostre salutis augmento a honestate patrie taliter facientes, ut pro devocionis promptitudine vos possimus merito commendare, ne cogamur in vos culpam deliquentium retorquere. Datum Wienne vy Kalendas Novembris.

Carta post annum 1260 rejicienda, quum Ottocarus ante hunc annum, ante coronationem et secundas cum Cunigunda Masoviensi nuptias, *dominum* se solummodo regni Bohemiae, non *regem* nominare soleat. Additus est etiam revindicatae demum 1260 ab Hungarorum Rege Bela et ipsius primogenito Stephano, *Styriae* titulus.

CXVI.

Henricus Baumburgensis praepositus praedium in monte Gransperch tradit ecclesiae pataviensi.

1262. (15. Mart.)

Nos Heinricus miseratione diuina Prepositus Totusque Conuentus in Baumburch Vniuersis presentes Litteras inspecturis, orationes in domino Jesu Christo. Quia certo scripture testimonio firmari consueuit, quicquid pia intentione geritur et tractatur. Ad noticiam omnium tenore presente peruenire cupimus quod

cum Ecclesia nostra quoddam predium situm in Monte qui Gransperch dicitur proprietatis titulo possedisset, et propter distantiam loci et malitiam hominum non posset ex eo in debitis seruitijs recipere quicquam boni de communi consilio et pura voluntate idem predium cum suis attinentijs cultis et incultis quesitis et inquisitis agris pascuis atque siluis, sicut illud pleno iure possedimus nichil de eo obligatum uel infeudatum. aut aliquo modo per nos alienatum Reuerendo patri domino Ottoni Patauiensi Episcopo et eius Ecclesie Patauiensi donamus et transtulimus libere perpetuo proprietatis nomine possidendum. sperantes pro nostra deuotione quam eidem domino Episcopo et ipsius, Ecclesie in hac parte exhibuimus representare uicem debitam temporibus oportunis. In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillis nostris conmuniri fecimus cum testibus subnotatis. Qui sunt hij. Meingotus tumprepositus. Boppo decanus Heinricus de Ramunge. Wernhardus de Morspach Vlricus de Styria Albero Comes de Rotenekk. Heinricus de Heidendorf. Otto Cantor Canonici Patauienses. Marquadus Canonicus Ecclesie nostre in Baumburch Waltherus de Tannberch. Heinricus de Hartheim Bertholdus de Heidendorf Heinricus de Radekk. Otto de Draehselheim Rugerus Gaulo. et alij plures. Actum anno domini M. CC. LXII. Idus Martij.

CXVII.

Henricus inferioris Bavariae dux pro se et Ludovico fratre et heredibus transigit cum pataviensi episcopo Ottone, de feudis ecclesiae suae vacantibus a comitibus de Bogen et Ortenburg, aliisque multis possessionibus, de ministerialibus dividundis, de moneta, de teloneorum immunitate, de cassatione privilegiorum ab alterutra parte contra alteram obtentorum, de advocatia in bonis capituli pataviensis et Nicolaitarum.

Patavie 1202. 15. Decbr.

Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Babarie vniversis hanc audituris paginam vel visuris in perpetuum. In communem venit notitiam, quam est laudabiliter ordinata provisio, contra oblivionis et calumniarum discrimina competenti remedio testium et scripture gesta principum perenni memorie commendari. Quapropter tenore presentium singulorum notitiis cupimus aperire, quod cum longo hactenus tractu temporis inter Pataviensem Ecclesiam ipsiusque Pontifices, et rectores ex una parte, nostrosque progenitores et nos ex altera, diversarum duraverit controversia questionum, que ducta sepe in actus bellicos, et discordes utriusque partis dampna non modica dinoscitur intulisse, inspirante domino, quo autore ad vindictam malorum, laudem vero bonorum, nostri gerimus gubernacula principatus, presidente quoque ipsi Ecclesie domino Ottone venerabili Episcopo, de communi consilio et consensu Capituli ac ministerialium ejusdem Ecclesie, nostrorumque amicorum et fidelium consiliis et inductu prehabite deliberationis mature cum domino Episcopo et Ecclesia memorata duraturum perpetuo concordiam contraximus in hunc modum. Quod videlicet nos et heredes nostri, una cum Ludwico

Digitized by Google

fratre nostro germano, si pro eo duximus postulandum, a predicta Ecclesia in feodo teneremus, omnia que bone memorie de *Pogen* et de *Ortemberg* Comites, et *Palatinus Bavarie* ab eadem ecclesia feodi titulo possederunt, que et nos hactenus, preter quam in *Austria* dinoscimur possedisse. Habebimus insuper eodem titulo Comitiam inter fluvios Bornach et Reginbruke a superiori, et Siezelspach et Utilpach ab inferiori parte distinctam. E converso quidem decimas in Gnautung et Pering, ipsi Pataviensi ecclesie restituimus absolutas, ac etiam decimas novalium in Landaw, jure Patronatus ejusdem Parochalis ecclesie in Greinmaringe sive Landaw, nostre dicioni perpetuo remanente. Rotenperg quoque cum suis pertinentiis libere dimittimus ipsi ecclesie Pataviensi et similiter Seebach cum suis attinentiis, et quidquid juris in pascuis et sylva Wetern habuit ex antiquo. Obligationem bonorum in Ahalming, Penzling et Gerchwis pro ducentis marcis argenti, quondam a supradicta ecclesia nobis factam spontanee relaxantes, cedimus etiam *jure nostro* Castrensi in Obernperg ac etiam infeodationi alterius duarum domuum in Novo foro Patavie sitarum, quae Wengarii sive Holzheimerii nuncupatur. Ad hec si quam patietur impetitionem Dominus Episcopus aut ecclesia memorata, ab heredibus Comitis de Ortenberg, pro his bonis, que ad nostram possessionem, ex decessu progenitorum suorum sunt prefate infeodationis titulo devoluta, de tali impetitione ipsum Episcopum et Ecclesiam absolvemus. Item a bonis in Helmbrechtskirchen spectantibus, plane cedimus, contra pertinentiarum ipsius detentores cooperaturi Domino Episcopo justitia mediante. In prediis quoque ipsius Episcopi preter antiqua jura judicium non exercebimus nos vel nostri, de quibus juribus si contentio suborta fuerit, ad consilium utrinque trium virorum terminabitur, adhibita conscientia vicinorum. Infra rivulos quoque Stainpach et Machbach et civitatem Pataviensem judicio et advocatia carebimus. Alias vero in bonis Capituli Pataviensis et Nicolaitarum, judicio et advocatia nostra fruemur. Utraque sane moneta, nostra videlicet ac etiam civitatis predicte absque impedimento partis alterius, cursum debitum obtinebit. Coeterum tam Episcopus idem quam Capitulum et nos cassabimus instrumenta quelibet sive privilegia obtenta

olim ab alterutra partium contra alteram, puta de *Lynza* et *Anaso* et consimilibus utrobique, et carebunt ex nunc omni robore firmitatis. De victualibus domini Episcopi ac etiam Capituli et Conventus Dominarum Pataviensium, in terris et aquis nostris per Bavariam, nec muta nec thevloneum requiretur, et hoc ipsum nobis observabitur in omnibus locis ecclesie supradicte. Demum si quis ex ministerialibus utriusque partis et alterius familia uxorem duxerit, pratum utrumque tenebitur, et proles inde nata equaliter dividetur, et primogenitus patrem sequatur, ex jure pertinentie. Unus autem heres communis erit, et proles ex eo genita dividetur, nec ob alterata hujusmodi conjugia carebunt jure sue proprietatis vel feodi contrahentes, hoc jure servando de contractibus, tam preteritis quam futuris: Ad quorum omnium perennem observantiam juramentis partium super altare S. Stephani Protomartyris confirmatam, presentem liberam sigillo nostro placuit communiri, cum testibus annotatis, qui sunt. Meingotus Prepositus, Poppo decanus, Otto Cantor et ceteri fratres ejusdem Capituli. Ex Laici vero Fridericus Burggravius de Nurnberg, Albertus de Hals, Heinricus de Rorbach, Otto de Frawnberg, Heinricus de Pheling, Grimoldus de Preising, Heinricus de Rohr, Winarius Asing, Hartliebus de Winzer, Richkerus de Aheim, Heinricus de Hartheim, Otto de Truna, et alii quam plures. Actum Patavie Anno Incarnationis Domini Millesimo ducentesimo sexagesimo secundo XVIII. Kalendas Jannuarij.

Digitized by Google

CXVIII.

Decanus et capitulum canoniae Mattsee tradunt Ottoni praesuli pataviensi, omnia bona sua in Austria, infra Anasum, praecipue in Mautern, Strezing, Gerasdorf, Hafing, quia illis inde multo tempore, nihil vel parum utilitatis provenit.

Pataviae. 1263. 27. July.

Nouerint vniuersi presentes litteras inspecturi. quod nos Decanus et Capitulum Maticensis ecclesie considerantes ex proprietatibus nostris quas habemus in Austria, nihil uel modicum utilitatis, nobis infra multa tempora prouenisse, easdem proprietates vniuersas, quas *infra anasum* per totam austriam possedimus et precipue circa *Mavtarn, Strezinge, Gerradstorf et aevinge* in decimis. agris domibus. areis. vineis. pratis pascuis, siluis, iuremontis, iure ciuili. et aliis quibuscunque quocunque nomine censeantur. venerando nostro Ottoni Patauiensi Episcopo, et ecclesie Patauiensi de communi consilio et consensu donamus et tradimus ex nunc libere sub spe reconpensationis perpetuo possidendas. ita ut de consilio Capituli Patauiensis et aliorum discretorum, quos ad hoc ex utraque parte duxerimus eligendos nobis predictas proprietates cum in plena et quieta possessione earum fuerit, recompensare debeat sicut firmiter conpromisit. In cuius rei testimonium et cautelam, et ne in posterum ulla de promissis possit dubietas suboriri presentes litteras sigillo Capituli nostri fecimus conmuniri. cum testibus subnotatis. Qui sunt hii Chunradus de Vriehann decanus. Magister fridericus de Schalhen. Albertus de Celle. Heinricus de Chirchperch. Ortolfus de perge. Canonici Maticenses. Vlricus de Radekke. Heinricus de Gerbrehtsheim et alij quam plures. Datum Patauie. Anno domini. M. CC. LXIII. VI. Kalendas Augusti.

CXIX.

Otto episcopus ad fabricam ecclesiae cathedralis cum consensu capituli sui tradit proventus primi anni omnium ecclesiarum vacantium.

Patavie. 7. Maii 1264.

Otto Dei gratia Pataviensis ecclesie Episcopus, Vniuersis Christi fidelibus in perpetuum, orationes et salutem in domino Jesu Christo. Etsi omnium ecclesiarum profectibus ex cura pastoralis officii nobis commissi tenemur intendere: decorem tamen dominus Dei circa matrem et dominam nostram sanctam Patauiensem ecclesiam, tanto ardentiori Zelo nos convenit ordinare, quanto excellentius super omnes alias nostra dioceseos ecclesias velut magister primatum obtinet, et ipsius honorabilis magnificentia filiarum gloria reputatur, immo et ignominiam pareret, si ab ubertate domus Dei, qua possumus, eidem stillicidia gratie non manarent. Unde ne materna pietatis ipsius viscera, quibus nos in domino parturivit, et educatos delicatius, in humeris nos gestavit, de ingratitudinis vitio, et contemptus malitia in extremo examine testimonium in nos ferant, sed pro nobis apud districtum judicem interpellent, ipsius miserie, quam ex vetustate temporum ruinis gravissimis hinc et inde sepissime comminatur, adeo, quod ubi frequenter et celeriter sumptuoso relevetur auxilio non adjiciet ut resurgat ex cordis affectibus compassi fideliter et sincere de consensu et voluntate Capituli nostri, ad fabricam ecclesie nostre predicte ex nunc in antea et in perpetuum donamus et tradimus omnes proventus omnium ecclesiarum, ad nostram donationem spectantium primi anni, quandocunque et quocienscumque vacare legitime contingat, eandem, ita ut de nostra et successorum nostrorum certa scientia proventus hujusmodi ad reformationem et renovationem sollempnem predicte matris nostre S. Pataviensis ecclesie, prout tunc magis necessarium fuerit, termino redigantur, nec tamen cura animarum in

Digitized by Google

predictis ecclesiis ad nostram collationem spectantibus immediato, ut predictum est, aliquatenus negligatur alioquin donationem predictam postquam per filios belial non cognoscentes que vestra sunt, et desideria carnis sequentes contrarium fuerit attemtatum, carere decernimus omni robore firmitatis. nullum tamem prejudicium hiis, qui propter locorum oportunitatem, vel causas alias beneficia sua permutare, sine pravitate consueverunt aliqua, ex hoc volumus generare. Sed nec *Viennensem* ecclesiam, si eam post cessionem vel obitum alicujus sui rectoris in *conventualem* ecclesiam mutari contigerit, premissis obligari volumus ullo modo; alias *provinciis ipsius* dum vacaverit, predictis usibus decernimus applicarii. Et si forte plura beneficia ad nostram donationem spectantia quisquam sibi canonice oblata receperit: nolumus et interdicimus, ut eidem ratione hujus donationis de aliquo illorum tamquam vacanti questio moveatur, sed successoris nostri vel superioris judicio talia secundum statuta canonum penitus relinquantur. Adjicientes nichilominus, ut predictorum prouentuum preceptio et dicti operis executio de nostro et successorum nostrorum ac Capituli consensu, et beneplacito uni de fratribus Capituli Zelum dei et ecclesie habenti committatu juxta quod fuerit optimum, in qua commissione, si forte inter Capitulum dissensio oriatur: liceat nobis et successoribus nostris eo tempore juxta conscientiam nostram et dei timorem, uni de fratribus Capituli, quem magis idoneum viderimus, ad hujusmodi ministerium deputare. Unde ne salutaris et necessaria promissorum donatio et ordinatio possit aliqua temporum diuturnitate aut malignorum calumpnia in aliquo infirmari presentes literas nostro et Capituli nostri sigillis communiri fecimus in testimonium et cautelam, deuotum ac fidelem assensum, et pium subsidium huic negotio quoquomodo gerentibus morum imprecantes veniam peccatorum; impugnantibus vero et turbantibus thesaurizari furoris iram domini formidamus et pro majori robore firmitatis testes qui presentes aderant, fideliter fecimus annotari, qui sunt hii: Meingotus prepositus, Boppo Decanus, Heinricus de Ramung, Wernhardus de Morspach, Heinricus de Heidendorf Custos, Albero Comes de Rottenekke, Ulricus de *Styria*, siboto de Tannenberch, Magister Hartwicus Scolasticus, Otto Cantor, Gunda-

Digitized by Google

charus de Sauersteten, Canonici ecclesie nostre, qui etiam manu propria subscripserunt. Datum Pataviae Anno Domini. M. CC. lxiv. Nonas May, Pontificatus nostri Anno xi. Indictione vij.

CXX.

Otto de Lonsdorf ecclesiae pataviensis antistes coenobio S. Nicolai Pataviae extra muros donat omnes decimas novalium in parochia Dornach.

Patavie. 21. Sept. 1264.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis, Amen. *Otto* Dei gratia sancte ecclesie Pataviensis Episcopus, omnibus hanc literam inspecturis salutem in perpetuum. Residentiam in specula cure pastoralis, requirit officium ecclesiarum invigilare commodis, nec non habitis et acquisitis, quantum facultas permiserit semper aggregare quid et addere, ut juxta legem mentis nobilis in beneficiis crescere, et excessis subditorum oneribus universis, in commissi sibi gregis quiete quiescere, verissimi videantur. Hec igitur digna pervoluentes percuntationem et peccatorum nostrorum vulneribus salubris medicaminis cupientes adhibere cauterium, pro remedio in Christo Patrum felicis recordationis hujus Katedre Episcoporum, nostreque salutis intuitu, fratribus in domo *S. Nicolai extra muros* civitatis Deo ibidem militantibus, ob reverentiam reliquiarum inibi reconditarum, universas decimas novalium omnium, cultorum et colendorum, surgentium de limite ad limitem in tota parochia Dorna, de Capituli nostri consensu et conniventia, perpetuo donavimus pleno jure. Ipsi etiam fratres pia mentis intentione considerantes donationis nostre beneficium, fideliter et concorditer promiserunt, diem annuum nostri obitus cum gratiarum actionibus, et hostiarum victimis in Redemptoris nostri laudem observare celebrem, et finem psalmi, qui est Laudate dominum in sanctis ejuscum additamento ver-

Digitized by Google

siculi pro fidelibus defunctis, qui incipit Requiem dona eis domine etc. diebus singulis et decantatis Complectoriis recitare. Sed quia per nefas et improbe quidam consueverunt donationes restringere, cum juxta statuta Canonum largissime interpretari debeant. hanc nostram donationem extendimus exclusa omni exceptione ad decimas novalium presentis temporis preteriti et futuri. Ut autem hec devotionis donatio firma perseveret: presentem paginam sigillorum, nostri videlicet, et Capituli munimine et subscriptione testium voluimus roborari. Testes sunt hii: M. Tumprepositus, B. decanus, H. Custos, Alb. Comes de Radenekke, V. de Styria Magister. Hartn. scholasticus. O. Cantor, Wernherus de Prambach, Canonici, Albertus. Hanthohus Capellani nostri, Albertus Notarias S. de Londorf, p. de Haidendorf, Ministeriales, et alii quam plures. Acta sunt hec Patavie anno Domini M. cc. Lxiv. In die S. Matthei Apostoli et Evangeliste. Pontificatus nostri. Anno xj. Indictione. vij.

CXXI.

Albertus de Nussberg feodum suum ecclesiae pataviensi resignat.

Viennae 1265. 30. Martii.

Ego Albertus de Nuzperch profiteor hoc tenore. quod feodum quod ab ecclesia Patauiensi. possedi. domino Rudegero Patauiensi episcopo et eius ecclesie resignaui. Ita tamen quod in festo Pentecoste. XV. Marcas argenti mihi soluat. Et ne ego uel heredes mei super hoc ipsum uel ecclesiam prefatam possim impetere in futurum. presentem litteram sibi dedi in testimonium et cautelam. Datum. Wienne anno domini M. CC. LXV. III. Kalendas. aprilis.

CXXII.

Conradus Ratisbonensis Episcopus, seniorem ex filiabus Gelphardi de Petzenhofen tradit ecclesiae Pataviensi, simulque matrimonium fratris illarum Conradi cum ministeriali pataviensi permittit.

1265. circa.

Chunradus dei gratia. Ratisponensis. ecclesie episcopus. Nouerint vniuersi tam futuri quam presentes. quod nos duarum filiarum Gelpheradi de pezzechoven seniorem tradidimus ecclesie Patauiensi. nobis uero retinuimus iuniorem. Permisimus quoque filium eiusdem chunradum contrahere suo ipse cum aliqua de familia eiusdem ecclesie Pataviensis. liberis eiusdem si quos habuerit nobiscum diuidendis.

CXXIII.

Ottocarus Bohemie Rex homines ecclesiae Pataviensis, nominatim cives de Mautern et Efferding in singularem protectionem suscipit.

Eggenburg. 1266. 15. Martii.

Ottacherus Dei gratia rex Boemorum dux Austrie et Styrie Marchio Moravie vniversis fidelibus suis, judicibus, et officialibus, per Austriam gratiam suam et omne bonum. Licet omnium Ecclesiarum quieti semper totis viribus intendere teneamur: Venerabilis tamen Patris Pataviensis Episcopi, quem propter sue devotionis merita, quibus nobis ab antiquo gratus extitit, et Eccle-

sie sue Pataviensi ac hominum suorum jura et libertates, quibus ab aliquibus est sepius derogatum volentes firma et illibata imposterum conservare, sub obtentu gratie nostre vobis universis et singulis damus firmiter in mandatis, ut in bonis et possessionibus ipsius Domini Episcopi quocunque conseantur nomine nullam presumatis exercere judiciariam potestatem. His tantum exceptis casibus, qui dampnum mortis requirent, in quibus suam jurisdictionem non debet nec poterit exequi, id ad forum pertinent judicis temporalis. Preterea cum sui homines et nostri gaudere merito debeant aequo jure, similiter vestre universitati precipiendo districte comittimus, ut cives ipsius de Mautarn de Everding, et quocunque alios homines ipsius, per aquas et terras, omni jure et libertate perfrui secure ac libere permittat, quo nostri cives et homines gaudere in hujusmodi cognoscuntur, nec ipsos in aliquo contra hujus mandati nostri seriem de cetero impedire, vel arctare, super quo turbaremur graviter, attemptetis, scientes, quod omnes qui in premissis eidem Domino Episcopo de se prestituerit ulterius materiam exquirendi, animaduersione severa taliter puniemus, quod coeteris in exemplum transibit, et eos nostri mandati poenitebit, fuisse transgressores. Datum in Egenburga Anno domini. M. CC. LXVI. Idus Martii.

CXXIV.

Clemens IV. discrimina certa statuit, ut abbates et praelati mitra et aliis pontificalibus decorati ab episcopis rite possint discerni.

Viterbii. 14. August. 1266.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Exigit nostri officii debitum, ut inter subditos scandali submovere malitiam sollicite studeamus, presertim, ne a sede Apo-

Digitized by Google

stolica, regis ministerium pacifici, turbationis et discordiarum occasio tribui videatur. Sane sicut tam facti experientia, quam frequens nos clamor instruxit, ex eo, quod ejusdem sedis benignitas, attendens provide, quod Ecclesiarum est decor, et gloria Prelatorum decorus ornatus, et illarum majoritas eminet ex eorum honore majori: nonnullis Abbatibus et Prelatis aliis, quibus id ex propria dignitate non competit, concessit in Ecclesiarum suarum gloriam et honorem, ut mitra et aliis Pontificalibus uterentur, ipsis in provincialibus Conciliis, et Episcopalibus synodis mitra utentibus dum eos Archiepiscopis et Episcopis parilitas sic omnino parificat, ut ab illis non possint ejus diversitate discerni, Archiepiscopus et Episcopus ipsos frequenter scandalizari contingit, et inter eos Abbates et alios hujusmodi prerogativa gaudentes scandala suboriri. Nos itaque volentes in hoc sic salubriter providere, quod Abbates et alii huius modi concessione muniti, ab Archiepiscopis et Episcopis discerni valeant, ne tam privilegiorum suorum frustrentur effectum de fratrum nostrorum consilio presenti decreti statuimus, ut Abbates et alii quibus mitre usus ab eadem est sede concessus exempti quidem in Consiliis et Synodis memoratis, quibus nonnulli ex eis interesse tenentur mitris tantummodo aurifrigiatis, non tamen aureas vel argenteas laminas aut gemmas habentibus uti possint, Non exempti vero simplicibus albis et planis utantur. In aliis vero locis exemptis et non exemtis, mitris uti liceat, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre constitutionis infringere, vel eis ausu temerario contraire. siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei et B. B. Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii XIX. Kalendas Septembris Pontificatus nostri anno secundo.

Digitized by Google

CXXV.

Ottocarus, Bohemie Rex hominibus ecclesiae patavien-sis singularem gratiam et tuitionem pollicetur, omnium jurium suorum tam super Danubium quam alibi, ob magna in regem Petri Episcopi merita.

Pragae. 21. Jan. 1267 circa.

Nos Otacharus Dei Gratia Boemorum Rex Dux Austrie et Styrie, ac Moravie Marchio, nostrum facimus vniversis presentes literas inspecturis, quod nos venerabilem Petrum electum Pataviensis Ecclesie, propter multiplicata discretionis sue laudabilia merita, speciali benevolentia intime prosequentes, et contemplatione sui Ecclesiam suam regali diligentia favorabiliter amplectentes, ipsum et Ecclesiam suam, et fideles suos quoslibet ac devotos in tuitionem nostram, et curam recepimus specialem, volentes sit omnia et singula libertatis sue jura, in suis contenta privilegiis, et servata dici a longis temporibus retroactis tam super Danubium, quam alibi quocunque nomine censeantur, integre sibi et suis, tanquam nostris specialibus hominibus per totam Austriam consueverunt, et in nullo penitus minuantur. In cujus rei testimonium, et facti evidentiam presentes literas ipsi dedimus, sigilli nostri munimine roboratas. Datum Prage XII. Kalendas februarii.

Digitized by Google

CXXVI.

Clemens IV. pataviensi episcopo Petro instante, ob damna gravissima ecclesiae suae illata, parochiam Galneukirchen ejusdem mensae incorporat.

1272. 22. Maii. In prioratu de Graosello.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, venerabili fratri Episcopo Pataviensi salutem et apostolicam benedictionem. Gerentes ad te et Ecclesiam tuam prone dilectionis affectum, illam tibi gratiam libenter impendimus, quam tuis et ejusdem Ecclesie necessitatibus fore conspicimus oportunam. Cum itaque sicut nuper ex tenore tue petitionis accepimus, tu et Ecclesia tua, propter terrarum discrimina dudum inter principes, Barones et nobiles illarum partium humani generis inimico superseminante Zizaniam suscitata, in redditibus, bonis et juribus vestris, presertim ad episcopalem mensam tuam spectantibus, adeo dampna gravia incurreritis, quod nisi per nos vobis in hac parte de salubri remedio sue curatur vitae usque ad longi temporis spatium restaurationem dampnorum consequi peteritis predictorum, nec et ipsius Ecclesie jura manu teneri poterunt et defendi, aliaque tibi et illi incumbentia onera suportari Nos volentes tibi et predictae Ecclesie super hoc de alicujus subventionis remedio providere, dictamque mensam ampliari in redditibus, cupientes tuis sublicationibus inclinari, parochialem Ecclesiam in *Gallneukirchen* tue dioeceseos, ad tuam collationem spectantem, cujus redditibus XXX. Marcarum argenti summam annis singulis non excedunt, eidem mense auctoritate Apostolica de speciali gratia perpetuo annectimus, et unimus seu in tuos, et ejusdem mense usus proprios concedimus, et etiam deputamus, ita quod cedente vel decedente rectore, qui nunc est ejusdem Ecclesie, vel ea quocunque alio modo vacante, possessionem ejusdem Ecclesie ac jurium et pertinentiarum ejus, auctoritate nostra ingredi libere

Digitized by Google

valeas, cujusquam assensu minime requisito, assignata vicario in predicta Ecclesia perpetuo servituro, de ipsius Ecclesie proventibus congrua portione, ex qua commode sustentari valeat, et incumbentia alia sibi omnia supportare, non obstantibus quibuscunque literis apostolicis super quorumcunque provisionibus impetratis, seu impetrandis, sine reservationibus vel inhibitionibus earum auctoritate factis, aut etiam faciendis, quibus quo ad assecutionem aliarum Ecclesiarum et beneficiorum, nullum per hoc volumus prejudicium generari. Nulli ergo hominum omnino liceat hanc paginam nostre annexionis, unionis, concessionis, et deputationis infringere, vel ei ausu temerario contraire. Si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis Dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum in Prioratu de Grausello, Vasionensis diocesis XI. Kalendas Juny. Pontificatus nostri anno VII.

CXXVII.

Clemens IV. tollit omnia et singula privilegia regibus, reginis et aliis principibus, cuiuscunque sint praeeminentiae indulta, ut ab excommunicatione et terrae eorum ab interdicto sint immunes.

Viterbo. 13. August. 1272.

Clemens Episcopus servus servorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. sedes Apostolica interdum que benigne concesserat, utilitate suadente consultius revocat, per hoc, tam in suis actibus varia, quam providentie sue remedia subditorum varietate et necessitate coaptans. Probat hoc presentis necessitas sanctionis, que illorum compescit audaciam, qui ad sui juris defensionem contra injuriosos immunitate ipsius sedis indulta muniti, quod ad tuitionem eis concessum fuerat, in aliorum molestias et inju-

rias convertentes, suis indulgentiis ac privilegiis multipliciter abutatur. Sicut enim ad nos frequenti querela pervenit, pro eo, quod sedes eadem personis diversis, tam ecclesiasticis, religiosis, et aliis, quam et laicis quibusdam, sine perfinitione temporis, aliis vero ad tempus sub Karrinis indulsisse dicitur, quod interdici a quoquam vel excommunicari non possint, nec terra eorum ecclesiastico interdicto supponi persona, ipse de indultis hujusmodi confidentes, alios fidentius in suo jure molestant et asserentes quod nec locorum Ordinarii possint in ipsos excommunicationis vel interdicti ferre sententiam, etiam ipsorum ordinariorum jurisdictionem contempnunt pariter et eludunt sicque personarum ipsarum excessus remanent incorrecti, et nervus ex (eo) rumpitur ecclesiastice discipline. Nos itaque intendentes in hoc salubre remedium adhibere, omnes indulgentias et privilegia hujusmodi quibuscunque singularibus personis ecclesiasticis vel secularibus, cujuscunque sint preeminentie, dignitatis, conditionis aut status, sub quacunque forma verborum concessa vel per que regibus et reginis, eorumve filiis, nec non religiosis quibusdam, non personarum tamen, sed ordinem vel privilegiatorum locorum in hac ratione immunitas hujusmodi conceditur, duntaxat exceptis, de fratrum nostrorum consilio, ad ordinariorum sententias et processus, edicto perpetuo prohibemus extendi; et si forsan quoad sententias et processus hujusmodi aliqua concessa inveniantur expresse, ad instar felicis recordationis Alexandri Pape predecessoris nostri, ea, in quantum ipsa ordinariorum judicum jurisdictio tangitur, penitus revocamus nihilominus locorum dioecesanis, et quibuscunque aliis ordinariis judicibus, vt in suos subditos, prout ad eos pertinet indulgentiis et privilegiis ipsis nequaquam obstantibus, jurisdictionem suam, et censuram ecclesiasticam exercere valeant, concedentes. Nulli ergo hominum liceat hanc paginam nostre prohibitionis, revocationis, et concessionis infringere, vel ei ausu temerario contraire. si quis autem hoc attemptare presumpserit, indignationem omnipotentis dei, et Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum Viterbii Jdus Augusti Pontificatus nostri anno secundo.

Digitized by Google

CXXVIII.

Index bonorum, quae ecclesiae pataviensi assignarunt Marsbacenses, et quae comparavit Wernerus episcopus.

1275.

Hec sunt bona que Marsbacenses assignaverunt Ecclesie Pataviensi pro XXX. talentorum redditibus. In Huntvelling IV. beneficia solvunt annuatim vj. libr: denar: Item ibidem dimidium beneficium vj. solidos. Item in Engelmansdorff iiij. beneficia vj. libras. Item ibidem dimidium beneficium dimidiam libram. Item an dem Eyzenberg viij. talenta, et est situm ante castrum, et castellanus colit. Item in Wisen dimidium beneficium, dimidium talentum. Item in den Rosen XXX. denarios. Item in Ahornperg duo beneficia tria talenta. Item datz Chunraten an dem Perg vj. solidos. Item datz der Pyrichen, iij. solidos. Item datz Tuffiren LXXX. den. Item in Hag duo beneficia LX. denarios. Item datz den Malingaren duo beneficia duo talenta. Ibidem probe in Eod, unum beneficium Lx. denarios. Item datz dem Mullehen unum beneficium XXX. den. Item datz Eberhartsdorf, tria beneficia IX. solidos. Item datz Schretentobel tria beneficia Lx. denarios. Item datz den Spilleuten duo beneficia xL. denarios. Item datz Reichaltseod unum beneficium XX. den. Item datz den Wlden jv. beneficia duo talenta. Item datz hewinad duo beneficia dimidium talentum. An dem Chlingsberg Castro LX. denarios. summa XXXij. talenta vj. solidi XXij. denarii. Redditus vero excedentes XXX. librarum redditus, sunt per dominum Wernherum Episcopum comparati. Haec sunt bona que comparavit dominus Wernherus Pataviensis Episcopus, circa Morspach. Datz Chonlin duo beneficia solvunt annuatim tria talenta. Item in Sweikersdorf unum beneficium. XI. soli-

Digitized by Google

dos. Item in Altenfelden unius talenti redditus. Item in Sehsling trium liberarum et sex solidos. redditus.

CXXIX.

Rudolphus rex episcopo pataviensi Petro confirmat mutam in Obernberg et in Oeno fluvio.

Pataviae in castris 26. Sept. 1276.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, Universis Imperii fidelibus presentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Cum fidelium Imperii Principum votis et supplicationibus favorabiliter annuimus, cum eorum desideriis facilem exauditionis aditum pandimus: ipsos erga nos et ipsum Imperium ad ferventioris fidei constantiam obligamus. Sane existentibus nobis apud Pataviam. Venerabilis Petrus ejusdem loci Episcopus, Princeps noster fidelissimus, nostram adiens provinciam, supplicavit, quod cum ipse et sui predecessores tres numero continue, ex concessione clare memoriae quondam Friederici Romanorum Imperatoris, nostre predecessoris, fuerint in quieta et pacifica possessione seu quasi juris recipiendi mutam, seu thelonium in Obernperch, a transeuntibus navibus in fluvio qui Oenus vulgari nomine dicitur, sal et alia mercimonia deferentibus, de talento quolibet majoris ligaminis scilicet. Xiij. solidos longos, et X. denar. usualis monete Pataviensis, nec super eo privilegia memoratus Episcopus invenerit. Nos de solita regalis benignitatis clementie conscientie sue consulere dignaremur. Nos autem in debita considerationis trutina, supradicti Episcopi devotionis et fidei, qua patenter erga nos et Imperium claris virtutum actibus floruit, constantiam revolventes, ejusque devotis supplicationibus favorabiliter inclinati, eidem auctoritate regia indulgemus, si qua per ipsum vel suos officiale iu dictis mutis seu theloneis actenus illicite forsitan sunt recepta, purgata et

licita, quod ejus conscientiam, et anime sue salutem, purgato per subsequentem ratihabitionis nostre gratiam conscientie sue scrupolo hujusmodi decernentes, Insuper cupientes gratie gratiam addere specialem, predictum theloneum, prefato Episcopo et ipsius Ecclesie concedimus, sicut ipsum ex concessione supradicti nostri predecessoris eadem Pataviensis Ecclesia tenuit ex antiquo, defectum nihilominus, si quis ipsi concessioni inerat, ex plenitudine regie potestatis et gratia speciali supplentes. Nulli autem hominum liceat omnino hanc benignitatis nostre gratiam infringere, vel eidem ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, nostre serenitatis gravem offensam noverit se incursurum. Testes hujus gratie nostre sunt Maguntinus et salzpurgensis Archiepiscopi, Chiemensis Episcopus, Illustres L. et H. fratres Comites Palatini Rheni Duces Babarie, H. Lantgravius Hassie Principes nostri dilecti et nobiles, Marchio de Purgaw Fridericus Burggravius de Nurnberg, Albertus de Hohenberg, Hugo de Wurtenberg, F. de Leiningen E. de Spanheim, Comites et alii quam plures. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscribi et Majestatis nostre sigillo jussimus communire. Datum Patavie in Castris vj. Kalendas Octobris Indictione IV. anno domini M. CC. Lxxvj. Regni vero nostri anno iij.

CXXX

Rudolphi regis pax publica in terris Austriae, Styriae, Carniolae, Carinthiae promulgata, postquam eas Bohemorum rex Ottokarus, illarum post extinctionem stirpis babenbergicae dominus, pace in castris viennensibus firmata, regi et imperio reddidisset.

Viennae. 3. Decembris. 1276.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex et semper Augustus, omnibus in perpetuum. Cupientes statum bonum veterem re-

Digitized by Google

formare, et emergentia in melius comutare, jus suum unicuique tribuere, prout imperialem respicit majestatem, formam pacis ad consilium principum, tam ecclesiasticorum quam secularium, Comitum, Baronum, Ministerialium terrarum Austrie, Styrie, Karinthie et Karniole deinceps sub tenore inferius annotato districte precipimus observari. Quidquid damni factum est tempore guerre nostre videlicet et incliti regis Boemorum in bello publico vel ad mandatum nostrum, vel motu proprio nostrorum servorum, videlicet a festo Nativitatis S. Joannis Baptiste anni domini M. cc. Lxxvj.ti usque ad presentium publicationem, de hoc judices non habebunt potestatem aliquam judicandi, sed erit in gratia nostra, qualiter nostris resarciamus servitoribus dampna sua. Item si servitores nostri alterius nostrum se mutuo offenderunt: de talibus dampnis habebunt potestatem judices judicandi secundum terre consuetudinem hactenus approbatam. Item habebunt potestatem judices judicandi de dampnis illatis monasteriis, viduis, orphanis, hospitalibus, et aliis personis miserabilibus, que dicte gwerra participes non fuerunt, hoc adhibitio moderamine, quod dicte persone se non reddant difficiles sive graves si lwsores voluerint componere cum offensis; et talem compositionem judices non impediant, imo promoveant, quantum possint bona fide. Item quicunque fuerit ad judicem evocandus coram quo causa fuerit agitanda, citabitur literis judicis, pro quibus quatuor denarios Notario tantum dabit. Et si citatus negaverit se citatum: hoc juramento declarabit alioqui habebitur pro citato. Item quidquid terminatum est coram judice competente juris ordine observato, hoc habebit perpetuam firmitatem. Quidquid vero per vim, metum, et per impressionem regis Bohemie, vel aliorum majorum terre, vel gerentium vicem regis, vires nullatenus obtinebit, sed ad statum debitum reducetur, secundum jus et terre consuetudinem approbatam. Item si tempore illo, que non fuit judicium in terra aliquis pretermisit jus suum prosequi: huic cursus temporis et prescriptionis exceptio, si deinde jus suum prosequi voluerit, non nocebit. Item si convictum legitime coram judicio de aliquo crimine, aliquis in suum domicilium receperit scienter, nisi juramento potuerit innocentiam declarare, vice rei sattisfaciat conquerenti, et nihilominus convic-

Digitized by Google

tum dimittat sine mora, et judici poenam solvet juxta terre consuetudinem approbatam. Item nullus impediat Principes Archiepiscopos et Episcopos, Abbates Prepositos vel alios Prelatos, Comites, Barones, Ministeriales, et quocunque alios, Quando cum suis vessalis, propriis hominibus, et aliis suis subditis facient, quod viderint expedire, et quod fuerit consonum rationi. Item nullus recipiat et teneat homines proprios alicuique vel alio justo titulo alteri attinentes, contra domini voluntatem, salvis juribus, libertatibus et privilegiis, civitatum, municipiorum, seu aliarum communitatum, eis competentibus ex imperiali munificentia et terrarum principibus, et approbata consuetudine ex antiquo, et si receptus non inficiatur se domino attinere, receptos, dimittat et restituat sine mora, per judicem ad instantiam domini requisitus. Alioquin receptor poene nomine solvat X libras et judici nihilominus quinque libras, et judex compellat ad solvendum hujusmodj receptorem. Si vero negaverit conquirenti domino attinere, receptor pro ipso coram competenti judice respondebit juris ordine pro recepto. Et si utroque casu causa pendente domino occurerrit, tenendi eum vel captivandi habebit liberam facultatem, et propter hoc penam aliquam non incurret. Item districtissime inhibemus, ne quisquam teneat homines alterius, titulo, qui dicitur Muntman, et si receptor per dominum requisitus non absolverit vel dimiserit sic receptum, solvet domino V. libras, et ad solutionem talis poene, et liberationem ipsius recepti, receptor per judicem compellatur. Item contra homicidas judices non procedant usque ad anni spatium a Nativitate domini proxime ventura, et iterum homicide componant amicabiliter cum offensis, alioqui fiet justicia conquerenti. Item districtissime prohibemus ne fiant pignorationes vel alie injurie cuicunque sine auctoritate judicis competentis. Alioqui contra faciens secundum jus terre vel terre consuetudinem puniatur. Item auctoritate imperiali tollimus et finaliter irritamus omnes mutas, thelonea, vectigalia et pedagia de novo imposita per aquas et terras, antiquis secundum terrarum consuetudinem ab antiquo hactenus observatam in suo robore duraturis. Alioqui contra faciens se sciat nostra gratia cariturum, et secundum quod nostra providentia dictaverit puniendum. Item jmperiali providentia

Digitized by Google

strictissime inhibemus, ne quisquam inprejudicium, et si factum edificet, vel munitionem, et si factum fuerit, per nostros judices precipimus demoliri. Item imperiali munificentia indulgemus, ut reedificandi et muniendi habeant liberam facultatem omnes, qui preter juris ordinem et sine causa legitima destructionem castrorum et munitionum per regem Boemie vel quoscunque alios sunt perpessi, et nihilominus inhibitiones factas per dictum regem, vel quoscunque alios, de non muniendis ceteris vel municipiis finaliter revocamus. Castra vero et munitiones, que *per* sententiam et juris ordinem sunt destructa, reedificari nullatenus permittimus, sine nostra licentia speciali; et si constructa sunt, precipimus per nostros judices demoliri. Alia omnia secundum jus et singularum terrarum consuetudinem hactenus approbatam, libertates et privilegia Principum ecclesiasticorum, et secularium, Comitum Baronum ministerialium, et aliorum quorumlibet per judices competentes juris ordine decidentur, et hoc terrarum judicibus iniungimus, firmiter exequendum, si gravem voluerint effugere ultionem. Forma presentis pacis a die publicationis incipiet deinceps usque ad Nativitatem domini, abhinc per quinquennium continuum duratura, nec quisquam gaudebit dicta pace, nisi qui juraverit infra Epiphaniam Domini, formam dicte pacis se firmiter servaturum, et si dubium fuerit de aliqua, an juraverit, iuramento proprio, et secum declarabit se jurasse. Actum Wiene anno Domini M. CC. Lxxvj. III. Nonas Decembris. *)

---

*) Confer Lambacher österreichisches Interregnum et ejusdem demonstrationem tituli, quo Rudolphus habsburgicus usus est in in asserendo ducatu Austriae etc. filio suo Alberto, nec non cod. dipl. ad histor. viennensem L. B. ab *Hormayr* et ad cl. Francisci *Kurz* Austriam sub regibus Ottocaro et Alberto.

Digitized by Google

CXXXI.

Rudolphus rex episcopo pataviensi Petro indulget facultatem villas suas Efferding, St. Poelten, Amstetten et Mautern, muris, fossatis, turribus, vel alio quocunque modo muniendi.

Viennae 13. Decbr. 1276.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Vniversis Romani Imperii fidelibus presentes inspecturis gratiam suam et omne bonum. Volentes dilectum Principem nostrum venerabilem Petrum Pataviensem Episcopum, ob probata fidei sue merita quibus erga nos et Imperium claruit evidenter, favore prosequi benevolentie singularis, eidem suisque successoribus de benignitate regie liberaliter duximus indulgendum, ut villas suas, scilicet. S. Ypolitum, Everdinge, Amsteten, et Mautarn, muris, fossatis, turibus, et ceteris congruis edificiorum structuris firmare valeat et munire, et nihilominus alias in suo ac Ecclesie sue fundo edificia sive structuras erigere, prout sibi et Ecclesie sue commodis magis noverit expedire. In cuius concessionis et indulgentie testimonium et perpetui roboris firmamentum presens scriptum exinde conscribi, et Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum Vienne Idus Decembris, Indictione quinta anno domini M. CC. Lxxvj. Regni vero nostri anno quarto.

CXXXII.

Rudolphus Rex apud fratres minores Viennae in placito principum residens, sententiam ex eorum arbitrio pronuntiat, infeodationem a principe vel praelato ecclesiae sine capituli sui consensu, invalidam et irritam esse.

Viennae 23. Jan. 1277.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. vniversis Romani Imperii fidelibus presentes literas inspecturis salutem cum notitia suscriptorum. Ad vniversitatis vestre notitiam cupimus pervenire, quod existentibus nobis feria secunda ante Conversionem S. Pauli anno Domini M. cc. Lxxvy. Indictione v. in domo fratrum minorum apud Wiennam ac assedentibus nobis venerabilibus infrascriptis principibus ad instantiam venerabilis H. Tridentinj Episcopj, in communi fuit sententia requisitum, Archiepiscopus vel Episcopus inrequisito Capituli cui consensu possit aliquem infeodare de novo et aninfeodatio, si taliter fuerit ordinata roboris debeat firmitatem habere. Et plena super hiis deliberatione habita est ab ipsis Principibus, tam ecclesiasticis quam secularibus, aliisque nobilibus communiter et finaliter diffinitum, quod hujusmodi infeodatio, a Principe et Prelato Ecclesie fieri non valeat, et si facta est hactenus, vel imposterum adhuc fiat nullius esse debeat firmitatis. Nos autem seutentia hujusmodi, upote rationabiliter promulgatam approbantes, eam auctoritate regia confirmamus. Hii vero sunt principes, et nobiles alii, per quos eadem sententia extitit promulgata. Venerabilis Fridericus Salzburgensis Archiepiscopus Perhtoldus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Chunradus Frisingensis, Heinricus Tridentinus, Dietericus Gurcensis Johannes Chyemensis, Wernhardus Secoviensis, Episcopi, Ludwicus Comes

Digitized by Google

Palatinus Rheni dux Babarie, Meinhardus Tyrolensis, Friedericus Burggravius de Nurnberg, Hugo de Würtenberg, Friedericus de Leonige, Ulricus de Hewnburg, Heinricus de Phanberg, Gebehardus de Chazenelbogen Comites, et alii quam plures. In cuius testimonium majestatis nostre sigillum presentibus est appensum. Datum Wienne anno die ac Indictione predictis. Regni vero nostri anno quinto.

CXXXIII.

Rudolphus habsburgicus, romanorum rex, praesulibus salisburgensi, pataviensi, ratisponensi, babenbergensi, chiemensi, gurcensi ac seccoviensi edit reversales, nunquam in consequentiam tractum iri, quod regi ad expetitionem suam adversus Ottocarum Bohemum magna concessissent subsidia, tam de dominicalibus eorum, quam de monasteriis et ecclesiis, illis in Austria, Styria, Carniola sive Marchia subditis.

Viennae 28. May. 1277.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, universis presentes literas inspecturis, gratiam suam et omne bonum. Inter alia magne devotionis et fidei argumenta, quibus Principes nostri charissimi Fridericus venerabilis Archiepiscopus, Salzburgensis, Berchtoldus Babenbergensis, Leo Ratisponensis, Petrus Pataviensis, Dietricus Gurcensis, Joannes Chiemensis, et Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi per effectum operis ostenderunt, quo effectu personam nostram respiciunt, et quo Zelo Romanum Imperium amplectuntur, illud tanquam memoriale perpetuum, pro temporum honore et gloria extollendis,

presentium serie literarum duximus exprimendum. Videlicet, quod cum causa reipublice cujus tutelam gerimus nos urgeret, ut ad partes Austrie robur Imperii duceremus, predicti Principes sic fideliter, sic efficaciter, et constanter in omni nobis periculo astiterunt, consilio, favore et auxilio manuali, ut ipsos relinquere merito debeamus aliis in exemplum. Cumque nobis moram trahentibus in eisdem partibus, sumptus militie nostre necessarii penitus defecissent, nec possemus per viam vel modum aliquem hujusmodi indigentie providere: dicti Principes nostri precum nostrarum instantiam voluntarie consenserunt, ut tam de bonis ipsorum dominicalibus, quam de prediis monasteriorum et Ecclesiarum, eorum jurisdictioni in partibus Austrie, Stirie, Carniole, Marchie subditarum subsidium tolerabile peteremus, per quod tante necessitatis articulus, qui nos et Imperium coharctabat, per eorum suffragia et digni recolenda subsidia tolleretur. Sed quia predictorum Principum devota benignitas in hac parte nobis exhibita posset ipsis et ipsorum Ecclesiis contra nostrum propositum, votumque animi occasionem inducere servitutis, per nostros successores et futuros dictarum terrarum dominos imponende: nos qui eorum indempnitati consulere volumus, et ad cavere tenemur, edicto perpetuo statuimus, ut nullus successorum nostrorum in Romano Imperio sive regno, ac etiam predictarum terrarum domini si forte contigerit in futurum terras prefatas per speciales dominos ordinari, predictam gratiam ex speciali liberalitate Principum nobis factam, ad consequentiam trahere, ut ejus pretextu aliquid tanquam sibi debitum extorquere, exigere, seu exactum colligere audeat vel contendat, se itaque presumpturum talis injurie, se adversus immunitatem Ecclesiasticam sacrosque leges Romani Imperii ausu sacrilego deliquisse. Nos quoque promisimus dictis Principibus fide data, quam vice prestitimus sacramenti quod temporibus vite nostre nihil talium, et servabimus illas vias per quas ipsis et Ecclesiis hanc liberalitatem gratia vicissitudine rependamus. Statuentes nihilominus contra futuros dictarum terrarum dominos, qui presentem nostram violare presumpserint sanctionem, ut si tertio commonitus per Episcopos non destiterit a tali sarcina Ecclesiis imponenda, aut imposita colligenda, ex tunc ipso jure tanquam factus ingratus

Digitized by Google

Ecclesiis a quarum gravamine monitus non desistit, feuda perdat que possidet ab Ecclesiis, quas indebita exactione non metuit onerare; ut sciat nichilominus transgressor huiusmodi nostri privilegii, quod juri consonat, et continet pietatem, quod preter dignam severitatis acrimoniam, que contra sacrilegos, per leges Rom. Imperii est promenda, virgam nichilominus sustinebit ecclesiastice discipline. Datum Wienne anno domini M. CC. LXXVII. V. Kalendas Junii Indictione quinta, regni vero nostri anno quarto.

CXXXIV.

Rudolphus rex grates refert episcopo pataviensi Petro, quod feoda omnia in terris Ottocaro regi potentissimo ablatis, adjudicaverit filiis suis, Alberto, Rudolpho et Hartmanno et feoda eadem pataviensia enumerat.

Wienerisch-Neustadt. 24. Nov. 1277.

Rudolphus dei gratia. Romanorum Rex semper Augustus omnibus in perpetuum. Regie majestati convenit, ut memoriter recolamus ac favorabiliter attendamus, quanta fidei puritate, quanteque devocionis studio et affectu, Karissimus Princeps noster Venerabilis Petrus Pataviensis Episcopus, reipublice veneretur honorem nostraque privata commoda diligat et sequatur, ut dum grata servitia, que Imperio Romano et nobis impendit, adducimus ad hoc etiam et ad nostre considerationis intuitum convertimus, quatenus grates et gratias referamus eidem. Dictus siquidem Princeps noster, post diversa pericula et labores plurimum sumptuosos, quibus se suamque Ecclesiam pro salvanda republica infatigabiliter oneravit, non contentus obsequio, quod Romano Imperio in persona nostra devotus exhibuit, nos etiam in Karissimis nostris liberis honorare decrevit. Nam feuda illa omnia et singula, que sibi et Ecclesie per mortem clare memorie, Prin-

cipum Austrie, in eadem terra vacare coeperunt, Karissimis filiis nostris, Alberto Hartmanno et Rudolpho, ac eorum liberis et heredibus masculis contulit ipsosque ad instar et formam dictorum Principum infeudavit his duntaxat exceptis, que de feudis predictis dicto Principi et Ecclesie sue Pataviensi inferius assignamus, necnon jure Patronatus Parrochialis Ecclesie in Holabrune, quam Ecclesiam cum pertinentiis suis bone memorie Perchtoldus quondam Pataviensis Episcopus, ad mensam Pataviensis Capituli jure perpetuo contulit et concessit, eo tempore quo sibi et Pataviensi Ecclesie predicte feuda premissa per mortem bone memorie, quondam Friederici Ducis Austrie vacaverunt, Cui collationi nomine nostro et Romani Imperij ad instantiam predicti Petri Episcopi Pataviensis, quantum nostra interesse potest et poterit consentimus, et quantum ad nos respicit autoritate regia approbamus. Propterea hanc liberalitatem filiis nostris faciens dictus Episcopus ut et ipsi et eorum posteri accepti beneficii memores, dictum Principem et ipsius Ecclesiam foveant diligant, et honorent, quoque gratiam, quam eidem Principi et ipsius Ecclesie facimus, que inferius exprimentur, gratam et ratam teneant, nec subvertere studeant, sed advertant quod adeo recipient potiora; si Ecclesiis se devotos exhibeant, et paratos prebeant, in juribus et honoribus conservandis; illis tamen precipue, quorum beneficiis ad obsequia obligantur. Verum cum honori nostro conveniat et saluti, ut damna que pertulit, labores quos sustulit, graves sumptus quos fecit, pro honore Imperii dictus Princeps, eaque fidei claritate, quam in liberis nostris nobis exhibuit, digna retributionis vicissitudine cognoscamus. Nos de feudis predictis, antequam filiis nostris conferentur eadem, redditus ducentarum librarum vsualis monete Viennsis deduximus et deduci mandavimus, quos predicto Episcopo Principi nostro et Ecclesie Pataviensi dedimus, et tradidimus, reliquimus et concessimus, pleno jure, et justo dominii titulo perpetuo possidendas, ac in utilitatem et usum ipsius Episcopi et Pataviensis Ecclesie convertendos. Sunt autem hec nomina bonorum illorum, que de feodis predictis sepedicto Pataviensi Episcopo, et Pataviensi Ecclesie remanebunt. Forum Trebensee cum omnibus suis pertinentiis, aquis, pascuis, sylvis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus judi-

cio videlicet causarum civilium, et criminalium seu sanguinis. naulo seu jure passagii theloneo quod datur ibidem de omni grano, cum omnibus et singulis redditibus, proventibus et utilitatibus, et judiciis quibuscunque, que ad Principem terre Austrie pertinebant ibidem, cum insula adjacente, quam Illustris Ottocharus Rex Bohemorum, pro usu et commodo quondam annexuit dicto foro. Que omnia pro redditibus annuis octoginta librarum predicto Episcopo, et Pataviensi Ecclesie assignamus perpetuo possidenda. Item villam in Gaizrukke cum agris, sylvis, pascuis, pratis, molendinis, piscationibus, aquis, aquarum decursibus, et omni vitilitate ac jure et judicio civili ac criminali, ac aliis quibuscunque, que ibidem ad terre Principem pertinebant, villam cum suis pertinenciis supradictis pro redditibus annuis viginti novem librarum, predicto Episcopo et Ecclesie Pataviensi assignamus perpetuo possidendam. Item in villa Holarn sex mansos, et dimidium mansum que Lehen vulgariter nominantur, quatuordecim libras solventes, quos ibidem nunc habuimus liberos et solutos, cum omni jure sicut superius est expressum donamus et concedimus Episcopo, et Pataviensi Ecclesie supradicte. Item jus advocatie in bonis et prediis Pataviensis capituli in villis Rischolfsdorff et Obern-Neusidl et aliis ad eandem advocatiam pertinentibus, cum decem modiorum redditibus, ibidem dari consuetis Principi terre pro jure, quod Marchfuter dicitur, pro triginta quatuor librarum redditibus minus sexaginta denariis predicto Episcopo et sue Ecclesie assignamus perpetuo possidendum. Item judicium criminale vel sanguinis in s. Ypolito in Mautaren in Zeizenmawr, in Chungesteten et alias in bonis et possessionibus ac hominibus Ecclesie Pataviensis sitis in Tulne judicio, quocunque nomine censeantur, non obstante, quod idem judicium ad dominum terre Austrie pertinebat, damus et tradimus perpetuo Pataviensi Episcopo et Ecclesie sue, cum jure pleno et mero imperio judicandi. Hiis adjcimus septem librarum redditus in Zeizenmaur, et unam libram in Mautarn, que judici Tulnensi ratione Advocatie dari hactenus annis singulis consueverunt, sic quod amodo nostri judices Tulnenses aliique qualescunque nullum jus nullumque judicium seu exactionem advocatie nomine ibidem sibi audeant vindicare Hujus autem judicii advocatie et redditu-

Digitized by Google

um proventus et fructus, damus et tradimus predicto Episcopo et Ecclesie pro redditibus annuis quadraginta trium librarum et sexaginta denariorum Wiennensium estimatos, hoc adjecto, quod nos, si voluerimus, assignabimus eidem et Ecclesie predicte usque ad festum Purificationis B. Marie Virginis proximum, et abinde per annum tot librarum redditus de feudis, ad Pataviensem Ecclesiam pertinentibus, de quibus supradictum est, in locis congruis adjacentibus Hofmarchiis Episcopi supradicti. Qua assignatione completa intra predictum terminum constitutum, quidquid predicto Episcopo et Ecclesie Pataviensi assignaverimus pro redditibus quadraginta librarum, sexaginta denariorum, ad nos libere revertetur. Quod si assignationem non fecerimus infra terminum supradictum; ex tunc assignatio omnium predictorum tam libera quam perpetua ex donatione regia Pataviensi Ecclesie remanebit Ex nunc autem dedimus et concessimus officialibus predicti Episcopi, quos ad hoc presens vel futuri Episcopi Patavienses duxerint ordinandos, plenam et liberam potestatem judicandi de crimine, et judicium sanguinis exercendi, ac in tribus locis videlicet, in S. Ypolito, Mautarn et Zeizmur furcas seu patibula truncos et tormenta alia, quibus reorum crimina puniuntur, publice erigendi, concesso ipsi eo jure, quod bannum vulgariter appellatur. Feudorum tamen predictis nostris filiis concessorum ordinatio et conservatio in nostris manibus remanebit, tantum pro tempore nostre vite. Quod si filii nostri decedent sine heredibus masculis: dicta feuda ad predictum Pataviensem Episcopum et suam Ecclesiam revertentur. Coeterum si que feuda predicte Ecclesie alias, quam per mortem dictorum Principium vacare coeperunt, vel coeperint in futurum: de illis dictus Episcopus, vel successores ipsius utilitatem et commodum sue Ecclesie ordinabit; ad quod utiliter exequendum nos et nostros liberos adjutores habebit, et sentiet promoturos. Testes presentis ordinationis sunt venerabiles Principes nostri, Berchtoldus Babenbergensis, Joannes Chyemensis et Wernhardus Seccoviensis Ecclesiarum Episcopi, Albertus dux Saxonie gener noster, Albertus et Hartmannus filii nostri Comites de Habspurch, Fridericus Burggravius de Nurenberch, Eberhardus Comes de Chazenelenbogen, Marchio de Vochburg, Philippus de Bolandia, Ul-

Digitized by Google

ricus de Tauvers, Magister Gotfridus Prepositus soliensis, Protonotarii Austrie, Otto de Pilchdorf, Dapifer Austrie Johannes de Merswanch, Ulricus de Vichhofen, Wichardus de Glet, Berchtoldus de Heidendorf, milites, Magister Chunradus scriba Austrie, ac alii quam plures. In cuius rei testimonium presens scriptum exinde conscriptum Majestatis nostre sigillo jussimus communiri. Datum apud Novam civitatem octavo Kalendas Decembris, Indictione VI. Anno domini. M. CC. LXXVII. regni nostri anno quinto.

CXXXV.

Rudolphus rex civibus in Mautern, petente Petro Episcopo jura antiqua tam in Danubio, quam generatim in aquis et terris confirmat, quibus cives sui in Crems et Stein utuntur.

Viennae, 2. Apr. 1297.

Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, vniversis civibus de Mautarn dilectis fidelibus suis, gratiam suam et omne bonum. Quia venerabili Petro Episcopo Pataviensi Principe nostro Karissimo nobis referente cognovimus, vos in juribus vestris, que vobis circa Danubium competunt, ab antiquo per diminutionem et contractionem eorundum turbari contra justitiam et offendi: Nos hujusmodi jurium vestrorum lesionibus, tam presentibus, quam futuris cavere salubriter cupientes, devotis etiam Principis nostri predicti precibus inclinati, vobis presentium tenore concedimus ac favorabiliter indulgemus, ut omnibus juribus vestris antiquis, tam in terris quam in aquis ubique tanquam cives nostri de Stein et de Crems, integre et complete perpetuo gaudeatis. In cujus provisionis nostre testimonium evidens et cautelam, presens scriptum exinde conscribi et Majestatis

nostre sigillo jussimus communiri. Datum Wien ne IV. Non. Aprilis Indictione VI. Anno Domini M. CC. L. XXIX. Regni vero nostri anno VI.

CXXXVI.

Rudolphus Rex Petro Episcopo confirmat libertatem curiae suae decimalis in Stein prope Crems.

Viennae, 2. Apr. 1279.

Rudolphus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. Universis Romani Imperii fidelibus presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Quia Curia decimalis in Stain Venerabili Pataviensi Episcopo et Ecclesie sue attinens, ac ab antiquo usque ad haec tempora viguit libertate, quod ipsa ac omnes inhabitatores quidem ab omni precarie, steure seu contributionis onere sint soluti de Chremisa et de Stain sub juramento sui debito requisiti in nostra presentia sunt, professi: Nos dictum Principem nostrum, in hujusmodi curie prenotata libertate perpetuo conservare volentes illaesum statuimus, et auctoritate presenti firmiter inhibemus, ne quis in antea dicte Curie decimali, quam ex nunc in antea liberam esse recognoscimus et exemptam, et in habitatoribus ejusdem, aliquas contributiones, precarias, steuras imponere audeat, aut presumat quin potius ipsam antiquo privilegio libertatis perfrui semper in antea patiatur. si quis autem contra hujus inhibationis nostre tenorem, dicte Curie libertatem infringere vel turbare presumpserit, gravem nostre majestatis offensam se noverit incursurum, In cujus rei testimonium presens scriptum majestatis nostre sigillo duximus roborandum. Datum Wienne IV. Non Aprilis Indictione VI. Anno domini M. CC. LXXIX. Regni vero nostri anno VI.

CXXXVII.

Rudolphus Rex Episcopo Petro confirmat, provinciali praesidens judicio, advocatiam hominum et bonorum evictorum a Gottfrido et Ulrico fratribus de Truchsen in parochiis Cremsmünster, Herzogenhall, Ried, Wartberg, Kirchdorf, Rettenbach, Warndorf, Rohkirchen, Ellensdorf, Steinkirchen, Witensbach, Gaersten, Vichtwang et Talhaim.

Viennae, 15. Jun. 1280.

Nos Rudolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Angustus, tenore presentium profitemur, et scire volumus, vniversos presentium quoslibet inspectores. Quod venerabilis Petrus Patauiensis Episcopus Princeps noster dilectus, coram nobis, cum provinciali presideremus judicio, probavit sententionaliter et testibus fide dignis quod advocatiam hominum et bonorum in infrascriptis parochiis a Gotfrido et Ulrico fratribus de Truchsen prius ordine judiciario obtinuit, et evicit. Parochie vere sunt iste: Chremsmunster, Herzogenhall, Ried, Wartperg, Chirichdorf, Retenpach, Warihdorf, Rochirichen, Ellensdorf, Stainchirchen, Witenspach, Gersten, Viechtwanch, et Talhaim. Testes huius rei sunt. Nobiles viri, Friedericus Burggravius de Nurnberg, Wernherus de Schawnburg, Ulricus de Touuers, Stephanus de Michsoue, Marscalcus Austrie, Leutoldus et Heinricus fratres de Chunring, Otto de Perchtoldsdorf. Friedericus Dapifer de Lengpach, Chunradus de Sumeraw, Einbertus et Chalohus fratres de Hintperg, Hertnidus de Truna Chunradus de Harthaim, Jo: de Merswanch, et alii quam plures. In cuius rei testimonium presentes literas inde conscribi et Majestatis nostre sigillo jussimus

communiri. Datum Wienne XVIII, Kalendas Februarij Indictione VIII. Anno domini M. CC LXXX. Regni vero nostri anno septimo.

CXXXVIII.

Rudolphus Rex ecclesiae pataviensi privilegia Ducum Austriae Styriaeque Babenbergensium, Leopoldi virtuosi, filii sui Leopoldi gloriosi, nec non Friderici bellicosi, illustris stirpis suae ultimi confirmat, singillatim libertatem a muta et teloneo in Danubio et Oeno, ecclesiae capitulo pataviensi.

Viennae 28. Apr. 1281.

Rudolfus dei gratia Romanorum Rex semper Augustus. vniversis S. R. Imperii. fidelibus presentes inspecturis gratiam suam et omne bonum. Ex quo ad Imperii Romani dirigenda molimina nos divina bonitas evocavit, libenter pre coeteris, qui nostre cure sunt crediti Ecclesias et personas earum, in suis libertatibus volumus conservare, et respicere uberiori affluentia gratiarum, ne ille in cujus manibus sunt omnia jura regnorum circa ministros nos inveniat negligentes. Sane cum insignis Pataviensis Ecclesia et Capitulum ab illustribus, Leupoldo et Friderico quondam Austrie et Styrie ducibus, beate memorie predecessoribus nostris in ejusdem ducatibus, hac continua libertate sunt freti et gratia, quod prout ex eorundem ducum privilegiis, super hoc ipsis tradidit et concessis collegimus et vidimus evidenter, omnia victualia sua, tam vinum, quam frumentum et quecunque alia ad communem mensam spectantia, seu ad usum per danubium et Oenum undique sine muta et Fuerfart, ac sine omni exactione libere transducatur: Nos nolentes eidem Ecclesie et Capitulo libertates suas minuere, sed eas potius in eisdem potentia-

Digitized by Google

liter conservare, ipsi predictam libertatem ac gratiam de novo donamus et liberaliter conservamus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre donationis et confirmationis infringere, vel ei in aliquo, ausu temerario contraire. Quod qui fecerit, gravem nostre Majestatis offensam noverit se incursurum. In cuius rei testimonium scriptum exinde conscribi, et nostre Majestatis sigilli fecimus communiri. Datum Wienne IV. Kalendas Maii Indictione IX. Anno Domini M.CC. LXXXI. regni vero nostri Anno VIII.

CXXXIX.

Pataviensis episcopus Gotfridus de Westphalia, Rudolpho regi a secretis, decimatori suo in Stein et familiae suae, haud exigua in ecclesiam laureacensem merita remuneratur.

Tuln. 17. Januar. 1284.

Gotfridus dei Gratia. Ecclesie Pataviensis Episcopus omnibus presentium inspectoribus salutem in Domino sempiternam. Fidem et merita discreti viri Eberhardi decimatoris nostri in Stain, quibus Predecessoribus nostris et Ecclesie nostre Pataviensi multis annis se devotum exhibuit et fidelem, quibus etiam tam ipse, quam heredes sui nobis poterunt et Ecclesie nostre in posterum utiliter complacere grato animo et digne considerationis oculis aduertentes e magna ipsius instantia omne jus et decimam, quam a nobis obtinuit et a nostris predecessoribus ad tempus vite sue, de consilio consiliariorum nostrorum, in vxorem suam Gerwirgim et filium Nicolaum totaliter transfundimus tali modo. Quod si dictum Eberhardum forsitan decedere contingeret, uxor ipsius superstes predicta, ex hac nostra concessione, omne jus et decimas quas a nobis euicit, cum plena libertate pro tempore vite

Digitized by Google

sue tenebit. Ea vero decedente, filius ipsius Nicolaus, quem nuno habet, eodem jure et libertate gaudebit, et omnia possidebit libere pro tempore termini vite sue. Preter uxorem autem ipsius Eberhardi predictam, et filium suum Nicolaum nullus heredum suorum vel consanguineorum in jure hujus decime vel libertate sibi jus aliquod poterit aliquomodo vendicare, sed eisdem decedentibus ad Ecclesiam nostram per nos vel nostros successores jus ejudem decime et libertates redibunt libere ordinando. Sunt autem hec decime: Ozeinsdorf, et Waltersdorf, Valchenperch, et decime que adiacent castro Schönberch; Item Zeppelberch Gobatsburch, Gravendorf, Item Mittelberch medietas decime, Item Schiltarn medietas decime; item Drozz medietas decime; item Minnebach, Senftenberch, et Rechperch simiter medietas decime. Item Radendorf et adjacentia civitati similiter medietas decime. Item in Egilsee medietas decime. Item *jus civile* in Wachaw quod solvitduo talenta. De prescriptis vero decimis quos instrumenta antiqua continebant expressa, quatuor talenta, et sexaginta denariorum, nobis tenetur solvere annuatim, et colere vineas, quas habemus in Stein, juxta Curiam decimalem, jure sibi salvo vinitoris. Coeterum decime in Lengveld prefato Eberhardo et uxori sue predicte et filio Nicolao sub forma predicta contulimus, similiter ad tempora vite sue, de qua nobis solvit carratam. vini cum vase annis singulis expeditum. Ut etiam beneficia nostra per dictam uxorem Eberhardi et filium ejus Nicolaum eisdem serviciis compensentur, ad que ipse Eberhardus tenetur adstrictus, ratione juris et consuetudinis ab antiquo: ad omnia illa servitia, que in prioribus instrumentis a predecessore nostro Ottone bone memorie super hec concessa fuerunt, continentur expressa, tenebuntur adstricti. Curiam etiam nostram decimalem quam eodem jure cum iuxore sua et filio suo Nicolao possidebat, ut superius est expressum honeste construere et edificare promisit. Ad evidentiam autem et testimonium omnium premissorum presentes super eo literas confici fecimus et conscribi, et nostri sigilli robore communiri Datum et Actum in Tulna anno domini M. CC. LXXXIIII. XVI. Kalendas Februarii.

Digitized by Google

CXL.

Literae fraternitatis inter Heinricum, Ratisbonensem Episcopum, cum choro suo, et capitulum Pataviense.

1286. circ.

Venerabili ac dilectissimo sancte Patauiensis ecclesie capitulo. omnium uirtutum copia decorato. Capitulum sancti petri in Ratispona ciuitate constitutum. sue fraternitatis consortium. nec non orationis et seruicii affectum deuotissimum. Sublimitas fraterne dilectionis qua sit gloria digna germane dilectionis iunctum. qua sit gloria coronandum. uobis dignis et fratribus electis. nouimus minime esse ambiguum. huius namque dilectionis dignitas excellentissima. sicut nostra omnium nouit exercitata prudentia. cum sit incipientibus leta. inproficientibus fructifera in perseuerantibus erit gloriosa. et sic in omni aduersitate semper remanebit inuicta. Pro palma igitur tante glorie circa gratiam omnium nostrum feliter adipiscenda. et ut in qualibet tribulatione simul semper inueniamus in uictoria gloriosa. dignum duximus non quidem de nouo restituere. sed illud antiquum dierum. nostre scilicet dilecte fraternitatis uinculum renouare. vestra itaque iam decetero nouerit fraterna dilectio. quod quelibet et sancte Patauiensis ecclesie canonicum. nos quoque omnis paupertatis orationum nostrarum participes. tribulacionis consocios indeficientes totiusque gaudii nostri conmunicatores deo auctore constituimus. Ne autem temporum labentium cursu hic decor. hic honor. circa posteros nostros possit uenire in dubium. His litteris nostre humilitatis sub sigillo paterni nostri. scilicet beati petri sigillatis hoc deinceps sanctorum seculis confirmamus. et propriis manibus confirmando subscripsimus. Ego heinricus Episcopus suscribo. Ego Einwicus decanus subscribo. Ego Bruno sb. Ego Gerungus sb. Ego Perhtoldus sb. Ego Joseph sb. Ego Heunricus subscribo. ego merboto sb. Ego Gotfridus sb. Ego Burchardus sb. Ego Hermannus sb. Ego hageno sb. Ego hermannus sb. Ego Chunra-

Digitized by Google

dus sb. Ego Vlricus sb. Ego Wernherus sb. Ego Gebhardus sb. Ego Friedericus sb. Ego Perhtoldus sb. Ego Chunradus sb. Ego Gotfridus sb. Ego Eglolfus sb. Ego Merbordus sb. Ego Belet sb. Ego Merbordus sb. Ego Hugo sb. Ego Lantfridus.

CXLI.

Bernhardus də Brambach episcopus pataviensis, anta ad St. Stephanum Viennae parochus, Pataviae in Ilsztadt generale placitum celebrans hominibus suis de Abbatia facultatem tribuit, ut nullus eorum pro quacunque causa pluries quam semel emendam facere teneatur, nisi delictum iteraverit.

Pataviae in placito generali in Ilsztadt. 13. Julii. 1288.

Nos Wernhardus Dei gratia. Ecclesie Pataviensis Episcopus Anno Dom. M. CC. LXXXVIII. III. Idus Julii, vocatis ad presentiam nostram fidelibus nostris, Nobilibus et aliis hominibus nostris de Abbatia, et apud Ilsstad generale placitum celebrantes, de consilio et petitione ipsorum, et aliorum fidelium nostrorum, ibidem presentium consuetudinem, qua officiales et judices nostri de furtis et aliis causis emendas pluries recipere sonsueverant reprobantes, dictis hominibus nostris de Abbatia presenti .constitutione providemus, ut nullus eorum pro quacunque causa pluries quam semel emendam facere teneatur, nisi delictum iteraverit; quo eam emendam debitam tenebitur itererare.

CXLII.

Adolphus Nassoviensis, Rex, Bernardum Episcopum pataviensem a personali praesentia pro investitura regali feodorum ecclesiae suae dispensat.

Essling, 25. Juli. 1294.

Adolfus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus vniversis presentes literas inspecturis gratiam suam et omne bonum. Et si generaliter omnes, nostri et S. R. Imperii homines cujuscunque dignitatis vel honoris existant, nullius gratie et favoris nostre Majestatis serenitas amplectetur: specialius tamen Principes Illustres Romani Imperii membra ampliori tenetur gratia confovere, et ad eorum justas petitionis benignius prebere consensum. supplicante itaque nobis Venerabili Wernhardo Pataviensi Episcopo, dilecto Principe nostro, quod cum ipse pro recipiendis regalibus et jurisdictione temporalium, de nostre Majestatis conspectibus presentare, Nos ipsius absentiam, et veniendi ad nos impotentiam dignaremur benignitate regia supportare, et absentem tanquam presentem in collocatione regalium auctoritate regia confirmare. Nos hujusmodi dicti principis nostri precibus inclinati, consideratis viarum pravitate seu gravitate, et expensarum onere, que dicto Principi nostro incumberent, ad nostre majestatis presentiam visitandam, ipsi pro reverentia regis regum, et quia Ecclesias et ecclesiasticas personas nobis immediate subjectas precipue debemus prosequi gratia et favore, petentes: Ne veniendi ad nos pro investitura regalium feodorum sue Ecclesie obtinenda, de expensarum onera, viarumque dispendio compellatur eidem invstituram feudorum regalium sue Ecclesie transmittimus per presentes, ipsumque in principatu sue auctoritate regia confirmamus; ita quidem, quod illustri Ottoni Duci Babarie principi nostro et dilecto, nostro et Imperii nomine corporale prestet fidelitatis solite sacramentum, et idem juramentum quam primum ad nos venerit, innovet, nobis id prestando iterato et

administrationem temporalium sibi concedimus, jure et obsequio curie nostre, curialibus debito de investituris hujusmodi salvo in omnibus remanente. Dantes sibi super eo literas presentes nostre majestatis sigilli appensione et robore communitis. Datum in Ezzling, VIII. Kalendas. Aug. Indictione X. Anno Domini M. CC. XC IIII. Regni vero nostri anno VI.

CXXXXIII.

Bonifacius VIII. confirmat resignationem parochiae Albrechtsberg ad ecclesiam pataviensem, factam a nobili viro Leutoldo de Kunring.

1297. 9. Sept. apud urbem veterem.

Bonifacius Episcopus servus servorum dei, venerabili fratri Episcopo Pataviensi salutem et Apostolicam benedictionem Cum a nobis petitur quod justum est, et honestum, tam vigor equitatis, quam ordo exigit rationis, ut id per sollicitudinem officii nostri ad debitum perducatur effectum. Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod dilectus filius nobilis Vir, Leutoldus de Kúnring, tum verus patronus Ecclesie parochialis in Albrechtsperg tue dioeceseos cupiens terrena pro celestibus, et transitoria pro eternis salubri consilio commutare, jus patronatus Ecclesie predicte ad eum spectantis tibi et successoribus suis Episcopis Pataviensibus qui erunt pro tempore, in perpetuum liberaliter contulit monito pietatis, prout in patentibus literis inde confectis predicti nobilis sigillo munitis, plenius dicitur contineri. Nos itaque tuis supplicationibus inclinati, quod super hoc ab eodem nobili pie ac provide factum est, ratam et gratam habentes, illud auctoritate apostolica confirmamus, et presenti scripti patrocinio communimus. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostre confirmationis infringere vel ei ausu temerario contraire. Siquis autem hoc attemptare presumpserit, indignatio-

Digitized by Google

nem omnipotentis Dei et beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursurum. Datum apud urbem Veterem nono Septembris Pontificatus nostri anno tertio.

CXLVI.

Albertus Romanorum rex sententiam pronuntiat inter Wernherum pataviensem episcopum et judices juratos et universitatem civium Pataviae.

Norimbergae. 30. Nov. 1298.

Nos Albertus Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus, scire volumus presentes et futuros, ad quarum notitiam presentia pervenerint, quod cum dilectus Princeps noster Wernherus venerabilis Pataviensis Episcopus judicem, juratos, et vniversitatem ciuium nostrorum de Patavia super statu civitatis Pataviensis, qua ipsum spoliaverant, ut dicebat, et super aliis dampnis et injuriis, sibi et Capitulo suo, et aliis fidelibus Clericis et laicis irrogatis, traxisset in causam, et in assignato ipsius termino peremptorio per nos in edicta per nos legali Curia apud Nurenberg discreti viri Ulricus Stokkingerus, Sifridus Peringervs, Chonradus Iudeus, Friedericus Westerburgerius, cives Patavienses pro se et pro dictis, judice, juratis et universitate civium Pataviensium, cum pleno mandato et sufficienti procuratorio, ad arbitrandum et comparendum, et alia omnia faciendum, que causis premissis expedire viderent, comparuissent coram nobis, post diversos tractatus hinc inde habitos, tandem predictus Pataviensis Episcopus pro se et complicibus partis sue, et prefati procuratores, suo ac procuratorio nomine, judicis, juratorum et universitatis civium Pataviensium, super omnibus dampnis et injuriis, litibus et causis premissis, se nostra diffinitionis arbitrio simpliciter submiserunt, obligantes se utrobique ad solutionem decem millium marcarum argenti nostro et Imperii fisco solvendarum si

Digitized by Google

pronuntiationem nostri arbitrii non reciperent reverenter, et si receptam non servaverint in omnibus suis articulis inconcusse. Astrinxerunt se nichilominus procuratores dicte, et procuratorio nomine judicis, et juratorum et universitatis civium Pataviensium ad penam proscriptionis regalis, quam eos, adjutores et fautores eorum, per totum regnum Romanum indicere decernimus ipso facto, si premissum arbitrium a parte eorum fuerit violatum, volentes eosdem nichilominus regali patentia coherceri si poenam poscriptionis sustinuerint cervicibus obstinatis. Ut igitur inter partes predictas amputata discordiarum materia, pacis unitas salubriter reformetur, de causarum predictarum meritis diligentius informati arbitrando pronuntiamus, ut memoratus Pataviensis Episcopus remisso indignationis sue rancore sincere et excommunicationis, et interdicti sentenciis promulgatis in personas civium, et civitatem Pataviensem liberaliter relaxatis, cives suos Patavienses omnes et singulos in suam resumat gratiam et favorem. Dicti quoque cives Patavienses, civitatem Pataviensem, et turres, ac portas singulas civitatis ejusdem, et villam trans pontem oeni infra dies quatuordecim post suum reditum a regali Curia domum, Episcopo memorato reverenter non differant assignare, ratum et gratum habituri, si quid ipse de statu Civitatis, turrium et portarum custodia, duxerit statuendum; tum ad eum tanquam ad verum dominum ordinatio pertineat civitatis predicta. Arbitrando etiam irritamus, et irritum revocamus, Capitaneum, seu magistrum civium, quem dicti cives sibi in prejudicium Episcopalis dominii prefecerunt, et campanas ac sigillum civium, et consilium juratorum civium que sepedicti cives temeritate propria condere presumpserunt. Decernentes eadem similia perpetuis temporibus fieri non debere, sed Civitatem Pataviensem sub ordinatione Pataviensis Episcopi consistere, juxta formam a retroactis temporibus observatam. Decernimus etiam arbitrando, ut in emendam dampnorum per cives predictos, sepedicto Episcopo illatorum, ipsi cives eidem Episcopo dent in proprium domum quondam Christani, quam pro suo deputaverant consilio, et turrim conjunctam eidem, et campanas dependentes in eadem, et insuper trecentas libras Pataviensis monete per eundem Episcopum (in) reformationem Monasterii S. Crucis in urbe inferiori fideliter impen-

Digitized by Google

dendas; quarum solutionem pro parte dimidia in instanti purificatione B. Virginis, et pro residua parte in subsequenti festo Pasche fieri ordinamus. Arbitramur etiam ut universitas civium pataviensium, Gundacharo Magistro monetae pro enormibus dampnis suis in festo Purificationis et Pasche predictis solvant mille et ducentas libras Pataviensis monetae, ipsumque ex nunc in antea non impediant, quominus commaneant eisdem, omnemque rancorem dimittant, ipsumque caritative pertractent, super dampnis vero Canonicorum Pataviensium et sanctimonialium urbis inferioris Patavie refundendis dilectis fidelibus nostris Eberhardo de Waldsee et Marsalco de Landenberch comittimus vices nostras, mandantes eisdem, ut ipsi quam primum potuerint, Pataviam accedant, et perscrutata diligentius veritate sub poenis premissis, quod justum esse viderint, arbitrentur, non obstante, quod sanctimonialibus urbis inferioris superius trecentas libras duximus deputandas. Quod quidem arbitrium ambe partes cum ratihabitione voluntaria receperunt. Nos vero discussioni et declarationi nostre reservamus omnem ambiguitatem, que circa formam promulgati per nos arbitrii emerserit inter partes; dantes presentes literas in testimonium omnium premissorum, sigillo regio communientes. Datum et actum apud Nurenberch anno Domini M. CC. XCVIII. pridie Kalendas Decembris regni nostri anno primo.

CXLV.

König Albrecht thut den Schiedspruch zwischen Bischof Bernard von Passau und dem Richter, Geschwornen und der Gemeinde seiner Stadt Passau.

Nürnberg 30. Nov. 1298.

Wir Albrecht von Gottes gnaden Römischer König, zu aller zeit Mehrer des Reichs, wöllen wissen die gegenwärtigen und

Künftigen zu den die gegenwärtige brieff Komend, das der lieb unser fürst Wernher, der Erwürdige bischoff ze pazzau, den Richter, die gesworne und die gemeind seiner bürger ze passau über das wesen der Statt ze pazzaw, der Sie jhn beraubt hetten, als er fürgab vnd vmb ander scheden und vnrecht, die sy im und seinen capitel und andern getrewen pfaffen und layen hetten erzeigt, geladen hat für recht, Gaben und beschieden wir ihnen einen tag, zu kommen, in unsern Königlichen hof zu Nürnberg; Auff demselben Rechttag kamen die bescheidene Männer für uns, Ulreich Sokinger, Seyfriedl Vaist, Chunrad Jud, und Friedrich westerburger, burger zu pazzau, für sich und für die vorgenannte, den Richter die geschworne und Gemeind der burger zu pasau, mit vollem gewalt, dieselbe Sach zu verantworten, und sich darumb zu verichten, und all ander sach zu thun, die dazu gehörten. Und nach manicherlay taiding, die zu beyderseit geschahen, und sich vergiengen, zulezt der ehegenante Bischoff zu Pazzaw für sich und für die zuleger seines theils, vnd die vorgeschriben burger und verantworter für sich selbst, und den Richter, die geschworen und Gemeinen der burger zu Pazzaw vmb all schäden, Krieg und vorgesprochen sachen, Underliesen sich einmüthiglichen unser schiedung, und giengen sein williglichen hinder uns mit verbindnus und pön zehen tausend Mark Silbers zugeben, Ob sie den spruch unser schiedung ehrbarlich annähmen, und ob sie denselben spruch nähmen, und nicht stät hielten, in allen seinen punkten und artikeln, unzerbrochen, und verbünden sich auch diessselben mit ihrem gewalt für sich, den richter die gesworen und gemein der oftgenanten Bürger zu passau, zu büssen in Küniglicher Ächtung, die wir auff Sie, ihre helffer und gönner, über alles Römisch Reich meinen zu fallen, mit dem, ob die vorgenant vnser schiedung in einigen weg würd zerbrochen, vnd wollen auch, dass dieselbe mit Küniglichem Gewalt werden benöthet, ob Sie die ächtung lietten mit ungehorsam und wiedersetzung, und darumb dass zwischen den vorgenanten theilen all Krieg und stös abgenommen werden, und eine einung des friedes werde heilsamlich gemacht. Nachdem und wir in derselben sach, der warheit gänzlich wurden geweist, haben wir darüber gesprochen und sprechen das der ehegenant

Digitized by Google

Bischoff zu Pazzau soll lauterlich lassen den Zorn seiner ungnädigung, und soll die urtheil des banns und der Verbietung des singens, die offenbar geöffent und Kund ist, über dieselb burger vnd ihn die Statt zu Pazzau schlechtlichen abnehmen vnd dieselben sein burger ze pazzaw nehmen in sein gnad vnd gunst. Sie sollen aber demselben Bischoff die Statt zu pazzau, die thürn und alle thor derselben statt und des dorffs enthalben der Inbruck zu pazzaw, inner vierzehen Tagen nach seiner wiederkunft von vnserm Küniglichen hof, unverzogenlich ingeben, und geantworten, und sollen stätt und gemeinlich halten alles das, das Er mit dem wesen und ordnung der statt, der thür und der thor vermeinet zethun und zu ordnen, wann zu Ihm als zu einem wahren herrn der vorgesprochen Statt, ordnung gehört. Wir vernichten auch mit dem spruch, vnd wiederruffen, den hauptman, oder den burgermeister, den die egenanten burger demselben Bischoff zu schaden, und bischofflicher herrschaft gemacht haben und gesazt und glocken und insigel der burger und des Raths der geschwornen Bürger daselbst, die sie unbillich und frevenlich gemacht haben, und meinen, dass das alles und solches fürbas ewiglichen nicht sollen mehr daselbst geschehen, sondern das die Statt ze pazzaw soll pleiben unter der ordnung des Bischoffs ze pazzaw, in der mazze, als es bisher von langer Zeit ist behalten. Wir meinen auch und sprechen, dass zu einer besserung der schäden, die von den vorgenanten bürgern dem Bischoff sein zugezogen, die bürger demselben Bischoff geben zu eigen das haus, weyland gewesen Christans, das sie zu ihrem Rathhauss hatten gemacht, und den thurn der zu nechst ligt an demselbeu haus, und die glocken die darinne hanget, und dreyhundert pfund pazzawer pfenning die derselb bischoff zu besserung des h. Creutz Closters zu Niederburg, gelegen in der Statt ze pazzaw, trewlich soll anlegen, Wir wollen auch, dass dieselb pfenning halb auf die nechste Liechtmess unser frawen, und der andere halb theil zu Ostern, darnach gefallen sollen. Wir sprechen auch, dass die gemeind der Burger ze pazzaw, Gundakchern Müntzmeister umb sein unbillich schaden sollen gelten auff die vorgeschrieben liechtmess und ostern, tausend und zweyhundert pfund Passawer pfenning, und ihn von iezund

Digitized by Google

fürbas nicht hindern, davon Er desto minder ihn möge mitgewonnen, und sollen allen Zorn hinder ihm lasen und lieblichen handlen. Aber über die Schäden der Chorherrn und der Closterfrawen, des vorgenanten Closters wieder zu legen, empfellen wir den lieben unsern getrewen, Eberharden von Waldsee, und dem Marschalchen von landenberg unsern gewalt, und gebieten demselben, dass Sie als schierst sie mögen, gen Pazzaw komen, und erforschen mit fleiss die wahrheit, und sprechen darüber was sie recht dunkt, und den vorgenanten pön wandeln, und soll das nicht schaden darinne, dass wir den vorgesprochen Closterfrawen zu Niedernburg dreyhundert pfund haben geschieden zu geben. denselben spruch und schiedung haben beyde theil williglichen und gefällig eingenommen. Aber wir behalten unnser ausslegung und läuterung aller zweifelung und in fällen, die von desselben spruchs wegen der von vns gekündigt ist erheben möchten zwischen den theilen, und geben zu zeugnus aller vorgesprochner sachen diesen unsern brieff bestättet mit unserm Königlichen insigel. Geben und geschehen bey Nürnberg, nach Christus gebuhrt zwölfhundert jahr, und in dem acht und neunzigsten jar an S. Andree tag des heiligen Zwölfbotten.

Digitized by Google

Additamenta manuum recentiorum saeculi XIV, nec non XV.

CXLVI.

Die niederbayrischen Herzoge Heinrich und Otto Gebrüder und Heinrich ihr Vetter versprechen geistliche Personen oder Güter, niemals mehr mit einer Steuer zu belegen, da sie wegen einer solchen Besteurung in den Bann und ihr Land in das Interdikt gefallen und nur durch ihr Reuegelöbniss wieder davon gelöset worden seyen.

Regensburg 1323. Sonntag nach Pfingsten.

Wir heinrich, Otto, brüder, und wir heinrich ihr Vetter von Gottes gnaden, pfallentzgraffen zu Rhein und herzogen zu Bayrn, Verjähen offenbahr an dem brieff, und thun Kund allen den, die ihn ansehen, oder hören lesen, das wir durch etlich unser dienst haben angenommen ein *Closterstewr ab der pfaffheit gut*, und ab ihren leuten in unserm lande da wir nicht recht zu hatten, und *haben daran überfahren der pfaffen freythumb, und waren auch darumb kommen in offen bann, und in unserm lande war der Gottesdienst und das singen verbotten.* Nun haben uns die Ehrbarn herrn, herr Friederich Erzbischoff zu Saltzburg, und sein Unterthan herr Niclas bischoff zu Regenspurg, herr Albrecht Bischoff zu passaw, herr Ulrich Bischoff zu Chiemsee und das Capitel von Freysing da zu den Zeiten nicht bischoff was, auss dem bann lassen und dem Gottesdienst und das singen in unserm land erlaubet, nach unser pett, und unser Fordrung, die wir demütiglich haben gethan, und haben von Gott zu besserung und zu ergetzung verlobt und verheissen für Uns und für unser Erben und unser Nachkommen mit unserm trewen, und mit unsern eyden, die wir darumb haben geschworen, das weder wir noch dhain einig unser Nachkommen, weder durch unser *Ritterschaft*, noch durch *heurath*, noch durch *herfahrt*, noch durch *dheinerley dienst* oder *sache einig Closterstewr, noch Achtheil*, oder andertheil der laeut hab, oder gan-

Digitized by Google

tzen, oder halben oder andern theil, des dienstes ab den gütern oder dhein ander Fordrung oder minder oder mehr die unbilich ist, und der Wir nicht recht haben und die wieder der pfaffen Freythumb ist, weder mit pett noch gewa: mit Uns selben oder mit ander jemand, heimlich oder offentlich fürbas nimme. nehr genehmen und von den vorgenanten Erzbischoff und Bischoffen und ihr Nachkommen von dheinen (einigen) Gotteshauss, und gemeiniglich von aller pfaffheit, wie die ist genant, weltlich oder geistlich, noch von ihren leuten, wo die seind gesessen, auff der pfaffen eigen oder andern herrn eigen. Wo wir oder uns nachkommen, der sach dhenie (einige) überfahren, was davon Ihn oder ihren leuten oder ihren gut von unsern wegen würd abgenommen, das sollen wir Ihn wiederlegen dreyfaltiglichen, nach der Freyung die der Kayser der pfaffheit hat gegeben, und der Papst hat bestättigt. Wir sollen auch für übel nicht haben oder dheinen schaden oder ansprach auff Sie ziehen, ob der Erzbischoff oder die Bischöff und ander pfaffen werltlich oder Geistlich sich mit geistlich oder werltliche wehre und rettung gegen uns setzen, oder Uns darumb angreiffen, oder icht wieder uns thun. Wir geben auch urlaub und unser gunst, allen Graffen, freyen dienstmannen, Rittern, Knechten Stätten, Edeln oder unedlen Armen und reichen, wie sie genant seind, die in unsern lande gesessen seind, dass sie daran geholffen sein, mit rath, mit gunst und mit der hand, und das Sie das unentgelten sein sollen uns, an ihr eyde und an ihr ehren, an ihr leib und an ihr gut. Wir verbinden uns auch, dass wir stätt behalten und für gut haben, und nicht versprechen, mit dheinen (einigen) slaht, gedinge oder mit ander irrung alle die bestättigkeit uud die Vestigkeit, die sie darüber haben, oder mögen gewerben, von dem papst mit dem banne, und mit der Gottesehr hintz uns selben oder binnen unserm lande, und unsern leuten. Wir pitten unsern lieben herrn herrn, ludwigen den Römischen Kunig daz er die sach bestetig mit sein offen Briefen und er und all sein Nachkommen König und Kayser die sach alle volltühren, und vollenden, als oben ist verschrieben, und daran die pfaffheit zu legen ohn allen fürzug, und on alle wiederred, umb die sach allein, wem wir oder unser nachkommen dawieder icht thäten, oder thun wolten; und soll der Künig und sein Nachkommen das darumbe nicht lassen ob wir mit ihm dheine (einig) slaht, Bündnüs oder gelübde haben, oder fürbas gewinnen, dass wir gegen allen leuten sollen aneinander geholffen sein, und nicht wieder einander thun. Ist aber uns der künig oder sein Nachkommen icht gebunden an der sache, oder wir Ihm, daran soll uns das nicht schaden. Die sachen, als sie hieoben seind geschrieben, haben wir gelobt und geschworen, zu behalten einfältiglichen und darnach richtiglichen ohn alles gefährde, und geben wir darüber diesse handveste versigelt mit unserm anhangenden insigeln, der ist gegeben zu Regenspurg, da man zahlt von Christus gebuhrt dreyzehenhundert jahr, und in dem dreyundzwantzigsten jahr an dem nechsten Sunntag nach dem Pfingstage.

CXLVII.

Neue Eidesformel für die Bürger und Magistratsbeamten zu Passau gegen den von 1321 — 1342 regierenden Bischof Albert, Herzog von Sachsen, vormals Pfarrer bei St. Stephan in Wien.

Wir schweren dass wir unsern rechten und natürlichen herrn Bischoff Albrechten zu Passaw allen seinen Nachkommen und seinem Gotteshauss füran, und des

Digitized by Google

ersten, darnach der Statt und der burger gemeiniglich zu Passaw würde, nutz und ehr, und alle ihr notdurft und Sache getrewlich und ernstlich, fürderlich und endlich betrachten und besorgen, bedencken und aussrichten, als wir immer best können und mögen, und das wir recht, gleich und gemein recht geben sein, als dass wir dem arm als dem reichen, gemeiniglich und unverzogenlich aussrichten und rathen, und vns nichts daran irren lassen, weder beschenckung, noch rathmiet, freundschaft, noch Feindschaft noch einig ander sach, ohne alles gefärde, also helff uns Gott und all sein heiligen.

CXLVIII.

Kaiser Ludwig der Bayer schärft seinen Vicedomen, Pflegern und Richtern, Obhut und Nachachtung der Rechte des Passauer Hochstiftes ein.

Landshut, 14 Sept. 1344.

Wir ludwig von Gottes gnaden Römischer Kayser zu allen Zeiten Mehrer des Reichs etc. Enbieten allen unsern Amptleuten pflegern, Vizthumb und Richtern überall in unserm lande zu Bayrn, wie die genannt seind, unser huld und alles. Uns ist Kund gethan, dass ihr hintz des Bischoffs von passaw leuten und guten von gelds wegen, und auch von ander kleiner sach wegen, darumb der vorigen Bischoff unbilliche zu rechte stünde auff dhainer schranne richtet, wollen und gepieten euch vestiglich und ernstlich bey unsern hulden dass ihr fürbaser von keinerley sachen oder geldes wegen, es sey dann umb Erbe, eigen, oder gründ hintz dem vorgenanten bischoff, noch hinz seinen leuten noch güten nicht richtet, noch jemand gerichts dahin gestattet. Auch wollen wir, was von gelds oder ander sach wegen, als vorgeschrieben stehet, hintz ihm oder hintz seinen leuten und güten, mit dem rechten erklagt und erlangt sey, dann das ab und tod sey und weder macht noch Kraft hab. Der brieff ist geben in landshut, am pfinztag vor S. Mattheustag in dem XXIX. jahr unsers Reichs, und in dem sechzehenden unsers Kayserthumbs.

Digitized by Google

CXLIX.

Johannes Papa XXII. abbatibus cisterciensis ordinis in Reitenhaslach in Bavaria, Rain et Viktring in Styria et Carinthia, in mandatis dat examinandi causas, ex quibus Bavariae duces, Henricus et Otto excommunicationeet interdicto salisburgensis archiepiscopi et suffraganiorum suorum soluti sint.

Avenione, 3. Aprilis 1331.

Johannes Episcopus servus servorum Dei, dilectis filiis in Raitenhaslach, et in Reuna ac Victoriensis Monasteriorum Abbatibus, Salzpurgensis dioeceseos salutem et Apostolicam benedictionem. Sedis Apostolice circumspecta benignitas, desideria justa petentium congruo favore prosequitur, et circa ea que libertatis ecclesiasticae favorem respiciunt, exhibere se propitiam consuevit. Sane venerabilium fratrum nostrorum Friderici Archiepiscopi Salzpurgensis, et . . Ratisponensis ac . . . Pataviensis, ac Chiemensis Episcoporum, ejusdem Archiepiscopi suffraganeorum petitio nobis exhibita continebat, quod ipsi olim una cum dilectis filiis Ecclesie Frisingensis tunc pastore carentis, in dilectos filios nobiles viros Heinricum et Ottonem fratres ac Heinricum eorundem fratrum patruum, Comites Palatinos Rheni, et duces Babarie, pro eo quod ipsi nobiles, ab ecclesiis et personis Ecclesiasticis dioeceseos Archiepiscopi et suffraganeorum predictorum nonnullas exactiones et collectas graves et indebitas violenter receptant, excommunicationis, et in eorum terras interdicti sententias exigente justitia, auctoritate ordinaria promulgarunt, quodque postmodum dicti nobiles ad eos reversi promittentes pro se suisque heredibus ac successoribus, idque firmantes propositis juramentis, suas quoque patentes litteras eorum sigillis munitas, dictis Archiepiscopo et suffraganeis in premissorum testimonium concedentes, quod nulla ratione vel caussa talia vel similia committerent, fuerint a sentenciis hujusmodi absoluti, dictumque interdictum relaxatum extitit, prout hec humiliter petierunt. Quare prefati Archiepiscopus et Episcopi nobis humiliter supplicarunt, ut hujusmodi promissa et jurata per dictos nobiles confirmare, auctoritate Apostolica dignaremur. Nos itaque de predictis notitiam non habentes, gerentes quoque de vestre circumspectionis industria super hiis et aliis fiduciam in domino specialem, hujusmodi supplicationibus inclinati, dilectioni vestre, per Apostolica scripta mandamus, quatenus vos, vel duo, vel vnus vestrum vocatis, qui fuerint evocandi, si simpliciter et de plano sine strepitu et figura judicii reperitis ita esse, et aliud Canonicum non obsistat, promissa et jurata hujusmodi per eosdem nobiles curetis auctoritate Apostolica confirmare, illaque faciatis inviolabiliter observari, contradictores per censuram ecclesiasticam appellatione postposita compescendo; non obstantibus, si ejsdem nobilibus vel quibusvis aliis communiter vel divisim a sede Apostolica sit indultum, quod interdici, suspendi, vel excommunicari non possint, per literas apostolicas non facientes plenam et expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Avinione III. Non. Aprilis Pontificatus nostri anno XV.

Digitized by Google

CL.

Vorbehalt Herzog Albrechts des Lahmen oder Weisen von Oesterreich, dass über alles unter des Herzogs weltliche Gericht gehörige Passauergut, Geld oder Schuld zuerst nur vor des Herzogs oder des von ihm gesetzten Richters Stuhl, das Recht genommen werden könne.

Wien 24. Juli 1346.

Wir *Albrecht* von gotz gnaden Herzog ze Oesterreich, ze Steyr, und ze Kärnten, thun kunt offenleich mit diesem brieff, daz wir dem Ehrwürdigen Bischoff *Gotfrid* von Pazzawe die güte ze seinen lebtagen getan haben, vnd tun auch mit diessem brieff, daz wir vmb alle sach, gut, gült, oder schuld die demselben Bischoff Gotfriden von Pazzawe oder sein gut antreffend, vns selben behalten haben, die in vnser weltleich gericht gehörent, und da Er vnsers weltleichen gerichts nicht gewidern mag, also daz man die sach uor an vns bringen soll, vnd soll darüber niemand richten nur der, da wir ez mit schaffen, oder dem wir ez erlauben, ze richten, mit urkund ditz briefs, der ze wien geben ist an S. Jacobs abend, des zwelefbotten. Anno domini Millesimo trecentesimo quadragesimo sexto.

CLI.

Kaiser Carl IV vernichtet die Handfesten und Freyheiten, welche Ludwig von Bayern, der sich Kaiser nannte, der Stadt und Bürgergemeinde in Passau ertheilt hatte, zu Schaden und Unrecht des Bischofs.

Linz am 31. Juli. 1348.

Wir Carl von Gottes gnaden romischer Kunig, zu allen Zeiten Mehrer des Reichs vnd kunig zu Behem Verjehen vnd thun kund offentlich mit diessem brief, allen den, die ihn sehent, hörent oder lesent, wann wir vernommen haben, vnd des gänzlich unterweiset sein, das ludwieg von Payrn der sich Kayser nannte, den Erbarn und bescheiden leuten den burgern gemeiniglich zu Passaw, vnd auch der Statt daselbst, etliche handvesten vnd brieff, über ihre rechte, freyheit, gnad vnd gewohnheite geben hat, zu vnrecht, wenn Er der macht vnd gewalt nicht gehaben möchte, umb dass Er Sich des Reichs wider recht angenommen hat, darumb nehmen wir ab, alle die semeliche handvesten vnd brieff, dy Er in

Digitized by Google

geben hat, über recht, freyheit, gnad vnd gewohnheit, vnd tötten, vnd vernichten sy, gänzlich vnd gar, vnd wellen, daz sy keine Kraft, togent oder macht fürbas haben sullen, vnd bynamen meinen wir, das der Ehrwürdig bischoff zu Passaw unser lieber fürste Praelaten, Thumherrn vnd das Stift daselbst, von derselben brieff vnd handvesten wegen, an allen iren rechten, vreyheiten, gnaden vnd gewohnheiten vnbeschwert vnd vnbeschadigt sullen sein, vnd vngehindert, mit urkund dieses briefs versiglet mit vnserm insigel. Geben zu Lintz nach Christi gebuhrt dreyzehenhundert vnd in dem acht vnd vierzigsten jar an dem nachsten Donrstag nach S. Jacobstag des zwölfboten Vnser Reiche des Römischen in dem dritten, vnd des behemischen in dem andern jar.

CLII.

Urbanus V. Episcopis Gurcensi et Lavantino et abbati Scotorum Viennae ad preces Rudolphi Ducis Austriae mandat informationis processum de erigenda capella in castro suo Viennae in ecclesiam collegiatam, parochiali ad St. Stephanum subjectam.

Avinione. 1364. (5. August.)

Vrbanus Episcopus servus servorum Dei, venerabilibus fratribus Gurcensi et Lavantino Episcopis, ac dilecto filio, Abbati Monasterii scotorum in Wienna Pataviensis dioecesis, salutem et Apostolicam benedictionem. Sincera devotio dilecti filii nobis viri Rvdolfi ducis Austrie, per quam se reddit altissimo et Romane Ecclesie matri sue, non sine magno laudis preconio gratum multipliciter, et acceptum, non indigni meretur, ut sedem Apostolicam sibi favorabilem et benignam sentiat, et etiam liberalem. Olim siquidem pro parte dicti ducis exposito felicis recordationis Innocentio Papa VI. predecessore nostro, quando idem dux desiderabat, Capellam non curatam per eum in castro suo Wienne Pataviensis diocesis constructam et dotatam, ad Dei gloriam et honorem et ejus cultus augmentum, ac pro parentum et omnium progenitorum suorum, et cunctorum aliorum fidelium animarum salute, in Collegiatam Ecclesiam erigi, et in ea unum Collegium seu Capitulum viginta quatuor Canonicorum et unius Prepositi, qui eis preesset et viginti quinque prebendarum, quarum unam idem Prepositus, et singuli Canonici singulas, obtinerent, statui, et unam thesaurariam, ac certa alia dignitatis et personatus officia, que per dictos tenerentur Canonicos, creari; et quod idem Prepositus duos, et singuli Canonici predicti singulos Cappelanos habere deberent, qui cum ipsis, seu pro eis tempore infirmitatis vel absentie ipsorum, in eadem Ecclesia obsequiis divinis insisterent, et quod ipse dux pro premissis, prebendam dicto Preposito assignandam de trecentis, et singulas prebendas alias predictas ipsorum Canonicorum de centum florenis auri, ponderis et Cunei florentini, in perpetuis annuis redditibus, de bonis sibi a Deo collatis, dotare proponebat; dictus Predecessor vobis suis dedit literis in mandatis, ut dote hujusmodi realiter assignata eandem Capellam in Ecclesiam Collegiatam erigere et in ea hujusmodi collegium seu Capitulum instituere, et premissa omnia facere, statuere et ordinare, auctoritate Apostolica curaretis. Et deinde idem predecessor, per

Digitized by Google

suas alias certi tenoris literas, vobis etiam dedit in mandatis, ut vos vel duo vestrum, cum premissa essent juxta predictarum aliarum literarum continentiam et tenorem facta et completa, auctoritate Apostolica predicta, Prepositum, Canonicos et Ecclesiam sic erectam, predictos eum ejus personis et membris a venerabilium fratrum nostrorum Archiepiscopi salisburgensis Metropolitanum, et Episcopi Pataviensis diocesanum loci, et successorum suorum Archiepiscoporum Salzburgensium, et Episcoporum Pataviensium, qui essent pro tempore, jurisdictione, potestate et dominio, eximeretis, et totaliter liberaretis, ac statueretis, et ordinaretis, quod ipse Prepositus sedi Apostolice dundaxat imediate subjectus existeret, et ad judicium hujusmodi percepte libertatis unum fertonem puri auri annis singulis Camere Apostolice in festo B. B. Petri et Pauli Apostolorum solvere teneretur; Et non nulla alia etiam statueretis et ordinaretis, prout in eisdem literis plenius continetur. Et subsequenter pro parte ipsius ducis nobis exposito, quod locus in quo dicta Capella consistebat pro premissis ibidem peragendis nimis arctus existebat, nec poterat ibi commode adimpleri, quodque ipse Dux desiderabat premissa omnia in parochiali Ecclesie S. Stephani Wienne dicte dioceseos, in qua jus obtinet patronatus, fieri, et etiam adimpleri, et quod ad illud dilecti filii Leupoldi, dicte Ecclesie Rectoris accedebat assensus, quodque etiam idem dux quamlibet dignitatem, personatum, seu officium in eadem Ecclesia instituendam seu instituendum, ultra dotem hujusmodi prebendarum de quinquaginta florenis auri dotare et pro quolibet viginti sex Capellanorum, qui in eadem Ecclesia perpetui existerent, quadraginta florenos auri in annuis perpetuis redditibus assignare proponebat. Nos vobis nostris literis dedimus in mandatis, ut vos vel duo vestrum, dote hujusmodi pro premissis omnibus, ac etiam predictis annuis redditibus quadraginta florenorum, pro quolibet Cappellanorum ipsorum, (ut) premittitur realiter assignatorum eandem Ecclesiam S. Stephani in Collegiatam erigere, et in hujusmodi Collegium seu Capitulum statuere, ac unam thesaurariam et alias hujusmodi dignitates, personatus et officia creare, ac statuere et ordinare, quod prefatus Rector si sibi placeret Prepositus ejusdem Ecclesie existeret, et curam Collegii et parochianorum dicte Ecclesie gereret et haberet; si vero sibi non placeret eo cedente vel decedente, aut Ecclesia ipsa quomodolibet dimittente, Prepositus qui esset protempore, hujusmodi curam, tam Collegii, quam parochiarum dicte Ecclesie gereret, et nonnulla alia circa illa statuere et ordinare auctoritate nostra curaretis, prout in iisdem nostris inde confectis literis plenius continetur. Nos igitur, ut amplius ipsius ducis erga deum et dictam Romanam Ecclesiam augmentetur devocio, cupientes eius, quantum cum deo possumus petitiones Apostolice prosequi gratia et favore, dictamque Ecclesiam S. Stephani sic erectam privilegiis et gratiis amplius decorare, ipsius ducis in hac parte supplicationibus inclinati, discretioni vestre per Apostolica scripta committimus et mandamus, quatenus vos et duo vestrum, cum premissa fuerint, juxta predictarum literarum continentiam et tenorem facta et completa, auctoritate apostolica Prepositum, posteaque in illis que concernunt curam animarum parochianorum dicte Ecclesie, in quibus eum volumus predictorum Archiepiscopi et Episcopi et aliorum superiorum suorum jurisdictioni subesse, sicut Rectores ejusdem Ecclesie, qui fuerunt pro tempore, subesse consueverunt, ac Canonicos et Ecclesiam sic erectam, predictos, cum ejus personis et membris a predictorum Archiepiscopi et Episcopi et successorum suorum, qui erunt pro tempore, jurisdictione, potestate et domino eximatis, et totaliter liberetis, districtius inhibendo eisdem Archiepiscopo, et Episcopo, ac successoribus, ne in Prepositum, illis dundaxat exceptis, que concernunt curam animarum parochianorum ipsius Ecclesie, Canonicosque etiam personas et membra predicta, jurisdictionem, dominium aut potestatem aliquam exercere presumant, ac statuatis et ordinetis, quod ipse prepositus sedi Apostolice, preter quam in illis que concernunt curam animarum parochianorum dicte ecclesie duntaxat immediate subjectus existat, et ad inditium hujusmodi percepte

libertatis unam fertonem puri auri, que sedecim florenos auri valeat, annis singulis Camere Apostolice in dicto festo B. B. Petri et Pauli solvere teneatur, quodque ad ipsam Prepositurarn et ad hujusmodi alias dignitates, personatus et canonicatus et prebendas, personarum idonearum et etiam hujusmodi perpetuorum Cappellanorum, tam hac primaria vice, quam alias presentatio ad ipsum Rudolfum ducem, eo in humanis agente, eo vero rebus humanis exempto, ad seniorem ducem Austrie pro tempore existentem, et hujusmodi presentationis ad prepositurarn admissio, et dicti Prepositi institutio duntaxat ad Romanum Pontificem, nec non presentationum aliarum personarum ad alias dignitates, personatus, ac Canonicatus et prebendas, et etiam dictorum perpetuorum Cappellanorum admissio et ipsarum personarum in hujusmodi aliis dignitatibus, personatibus, canonicatibus et prebendis ac Cappellanorum perpetuorum institutio, et officiorum eorundem collatio, ad Prepositum ejusdem Ecclesie, ipsa Prepositura non vacante, ea vero vacante ad antiquiorem, juxta sue receptionis ordinem, ejusdem Ecclesie Canonicum, in ea dignitatem obtinentem, per ipsos Prepositum et antiquiorem Canonicum faciendas, in perpetuum futuris temporibus pertineant; ita tamen quod duces predicti ad Prepositurarn unum ex Canonicis dicte Ecclesie sacerdotem, vel qui infra annum juxta sacros Canones valeat ad sacerdotium promoveri, et ad hujusmodi alias dignitates, personatus, canonicatus et prebendas, personas aptos et idoneos in sacerdotio constitutos, vel qui modo simili ad sacerdotium promoveri possint, presentare teneantur, eidemque Preposito, ut cum mitra et baculo pastorali, et aliis pontificalibus insignibus, et ornamentis divina officia in eadem Ecclesia celebrare, quodque ipse, vel ejus locum tenens cuilibet ex Canonicis dicte Ecclesie, ut pro sui corporis necessitate, vel aliis honestis et licitis causis, omni dolo cessante, se pro certo tempore, prout ipsi Preposito seu locumtenenti consideratis debitis circumstanciis videbitur se ab ipsa ecclesia absentare, et loca alia adire valeant et indulgere possint, quibuscunque constitutionibus Apostolicis contrariis, nequaquam obstantibus, concedere, predicta auctoritate nostra curetis proviso quod canonicatus et prebende, ac dignitates, personatus et officia, que sic se absentes, in dicta Ecclesia tunc obtinebunt, debitis iterim non fraudentur obsequiis. Nos enim irritum decernimus, et inane, si secus super his a quoquam, quavis autoritate, scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Datum Avinione, Non: Augusti Pontificatus nostri anno secundo.

Confer. Lib. Bar. ab Hormayr historias Viennenses in specie historiam capellae in castro novo Viennensi et diplomata Alberti sapientis et filii sui Rudolphi; ibidem sub No. 73 et 74.

CLIII.

Bernard, Graf zu Hardeck, Burggraf zu Magdeburg, vollstreckt auf Anrufung der bestellten Obleute, des Passauer Domherrn, Johann von Freundsberg, und Martins, Pfarrer zu Stein bei Crems, als kaiserlicher Hofrichter den Spruch Karls IV. wider die Stadt Passau.

Prag am 8. März 1367.

Wir Bernhard Burgraffe zu Madeburg, vnd Graue ze hardecke, des allerdurchleuchtigsten fürsten vnd herrn herrn Carls Römischen Kaysers, zu allen

Zeiten Mehrer des Reichs, vnd Künigs zu Behem hofrichter, sassen zu Gerichte zu Prag, an vnsers egenanten herrn Statt, des Kaysers, vnd tun kunt mit disem brieff, das für vns kommen in gericht mit vorsprachen, vnd mit vollem gantzen gewalte, herr Johannes von freuntsperg Chorherre zu Passau vnd herr Märten pharhern zu Stain bei Crembs, von wegen des Ehrwürdigen fürsten vnd herrn, herrn Albrechts Bischoffen ze passaw, vnd von wegen gemeiniglich der Chorherrn des Capitels zu Pazzaw, vnd zeigten einen güten gerechten redlichen brieff, besigelt mit vnsers ehegenanten herrn des kayssers Küniglichen Mayestät anhangendem insigl, der von worte zu worte klerlich geschrieben stund also: Wir Carl von Gottes gnaden Römischer Kunig etc. etc. (sunt literae Carolinae revocatoriae supra sub num: CLI.)

Vnd da derselbig brieff also vor Uns in gericht gelesen vnd verhört wärt, da baten vns die vorgenante herr Johannes von Freuntsperg, vnd herr Märten pfarherr von Stein zu fragen ein vrtheil ob man denselben brieff dem obgenanten Bischoffen zu pazzaw vnd dem Capitel vnd den herrn gemeiniglich daselbst icht billich zu recht, mit dem rechten bestetten solt. Darumb fragten wir herrn vnd Ritter, die an den rechten sassen, was sy rechte dewchte. Dy erteilten mit gemeiner folge vnd vrtheil vff den eyd, sintemahl und sy sein begerten, man solte in billich besteten, vnd confirmiren, mit des hofgerichts brieffe und insigl. Und also besettigen vnd confirmiren wir den vorgeschrieben brieff, als er von wort zu worte, von articul zu articul geschrieben stehet, dass er fürbas ewiglich stäte pleiben vnd Kraft vnd macht haben soll, an allen stetten, inwendig vnd ausswendig gericht, vnd wo sein der ehegenante Bischoff zu pazzaw, das Capitel vnd die Chorherrn daselbst. oder ihre nachkommen ewiglich bedörffen. Des zu vrkund geben wir ihn mit vrtheil diessen brieff versiglet mit des hoffgerichts insigl, am Montag nach dem Sontag Invocavit. Nach Christi geburt dreyzehenhundert vnd darnach in dem sieben vnd sechzigisten jar.

Syfridus Notarius Curie.

CLIV.

Kaiser Karl IV. erklärt die Stadt und Bürgerschaft zu Passau in die Reichsacht wegen ihres Ungehorsams gegen ihren Bischof und Fürsten Albrecht.

Stalberg, 4 Juni 1367.

Wir Karl von Gottes Gnaden Römischer Kayser, zu allen zeiten Merer des Reichs, vnd Künig zu Beheim, entbieten allen fürsten Geistlichen vnd weltlichen

Digitized by Google

allen graffen freyen Dienstleuten, Rittern, Knechten Richtern, Stätten, Gemeinden, vnd mit nahmen allen den, den dieser brieff geweisset vnd gezeiget wird, vnsern vnd des h. Reichs lieben vnd getreuen, vnser gnad vnd alles guts. wir thun euch allen, vnd ewer jeglichen besunder Knnd mit diessem brieff, das wir zu Achte gethan haben, die bürger gemeiniglich Arm vnd reich, der Statt zu paxzaw vnd die Achte haben wir gethan, vnd über sy gesprochen, zu Stalberg in Meysser land, von Klag wegen, des Ehrwürdigen Albrechts Bischoffs zu Paxzaw, vnd seines Capitels, vnser vnd des h. Reichs fürsten vnd andächtigen, der es vor vnserm Kayserlichen hoffgerichte auff sie erlangt, vnd erklagt hat davon heissen vnd gebieten euch allen. vnd ewer jeglichem besonder, das ihr dieselbe ächter fürbas meidet, vnd meiden haizet alle die ewern, in allen ewren gebieten, vesten, Stätten vnd gerichten, vnd mit aller gemeinsame, wie die geheissen ist, wann wir die nehmen vnd genommen haben aus allem fried, vnd setzen sie in den unfried, vnd dem ehegenanten bischoff Albrecht vnd seinem Capitel auff die obgenannte bürger vnd Aechter leib vnd gut geholffen seyt, mit aller ewer macht, wo dass ihr gut oder ihr leibe ankommet, oder erforschet; wo auch des egenannten Bischoffs vnd seines Capitels schirmer vnd helffer zu den egenanten Aechtern lieb vnd güter grieffen, in allen ewren gebieten, vesten Stätten vnd gerichten, die solt ihr auch getrewlich schirmen vnd ernstlich beholffen sein in aller der weiss, vnd in allen den rechten, als dem obgenanten Bischoff; vnd wer dy weren, die des nicht enthäten, so es an sie gefordert würd, von demselben Bischoff, seinem Capitel vnd ihrem helffern, die weren vnd thäten sehr wieder uns vnd des h. Römischen Reich, vnd wolten auch darumbe in unserm Kayserlichen hof zu ihm heizzen richten als recht ist. Wir erlauben auch der obgenanten bürger zu Passaw vnd Aechter, allermäniglich ihr leib vnd gut, also was jemand thut an ihr leibe vnd gut, es sey fahrend oder ligend habe, das die daran nicht fräveln, noch thun wieder uns, vnd das heilig Reiche, noch wieder kein gericht, geistlich, oder werltlichs landgericht, noch landfried in dhain weiss, sondern dass sie dieselbe ächter, ihr lieb vnd ihr gut mögen angrieffen, auff wasser vnd auff lande, damit zu handeln vnd thun, wie sie wollen vnd mögen, mit vrkund ditz briefs versigelt mit vnserm Kayserlichen hoffgerichts anhangendem insigl der geben ist zu Stalberg am Freytag vor dem h. Pfingstag Nach Christi geburd dreyzehenhundert, vnd in dem Sieben vnd sechzigsten jahre, vnsers Reichs in dem ein vndzwanzigsten vnd des Kayserthumbs in dem dreyzehenden jar.

Syfridus Steinheimer.

Digitized by Google

CLV.

Herzog Friederich von Teck setzt im kayserlichen Namen zu Gerichte sitzend, den Bischof Albrecht in Nutz und Gewähr der Stadt zu Passau und aller Zugehörung, Nutzen Leuten und Gut.

Cadan, 27. Dez. 1367.

Wir Friedrich herzog zu Tegge sassen zu gericht zu dem Chadan, an statt des Allerdurchleuchtigsten fürsten vnd herrn Carls Römischen Kaysers ze allen Zeiten Mehrern des Reichs vnd Künigs ze Beheim, vnd thun kund mit dem brief allen den die ihn ansehen, hörn oder lesen, das der Ehrwürdig fürst vnd herre, herr Albrecht Bischoff ze Pazzawe vor Vns erfolget vnd erklagt hat, vnd auch mit recht, klag vnd vrtheil, in nutz vnd gewehr ist gesezet, auff die burger gemeinliche arm vnd reiche der Statt zu pazzawe vmbe dreissig tausend Marck silber lötigs, das ist alles auf das, sie haben do oder anderswo, es sey gleich in vesten, Stätten, Dörffern, weilern, höffen, erb oder eigen, wo sie das haben oder gelegen ist, fahrend oder liegend haabe, wie das alles genannt ist, oder nahme hat, oder wie man das mit sunderlichen worten benennen mag, besucht vnd unbsucht, Vnd wir setzen den egenanten Herrn Albrechten Bischoffen zu Pazzaw mit Kraft des briefs, in nutz vnd gewehr, derselben Statt zu pazzawe, mit aller ihrer zugehörung leut vnd gut, vnd mit allem dem als begriffen ist, vnd geschrieben stat besucht vnd unbesucht, wanne herr Johanns von Frewntsperg Chorherr zu Pazzaw, vnd herr Märten pfarrhern zu Stein bei Crembs, die anleit darauff ersetzen, vnd erzeugt haben, mehr dann drey tag vnd sechs wochen, als recht ist, an des obbenanten bischoffs statt. Ihm ist auch vor vns mit gesambter vrtheil ertheilt, das Er mit derselben Statt zu Pazzaw, vnd mit allen iren gütern wo die gelegen seind, mag thun vnd lassen, mit versetzen, verkauffen, kehren, und wenden ewiglich als ander eigen gut, des Gotteshauses zu Passaw, also das er noch sein Nachkommen Bischoff zu pazzawe daran nicht fräveln, wieder dhein gerichte, geistlichs oder wertlichs, landgericht, oder landfried in dhein weiss. des zu vrkund geben wir ihn den brief, mit urtheil, besiglet mit dem Kayserlichen hofgerichts anhangenden insigl, am Montag nach dem heyligen Auffertag Nach Christus gebuhrt, dreyzehenhundert vnd in dem sieben vnd sechzigsten jahre.

Sifridus Steinheimer.

CLVI.

Lehenrevers des österreichischen Herzogs Albrecht über die vom Hochstifte Pazzau zu Lehen tragenden Vesten und Güter Stauff, Neuhaus, Efferding und Schaumberg.

Linz, am 17. Octob. 1383.

Wir Albrecht von Gottes gnaden hertzog ze Oesterreich, ze Steyr, ze Kärnten und ze Crain, Graff ze Tyrol etc. Bekennen, vnd thun kund offentlich mit dem brieff, als ietzt der Edel vnser lieber Oheim Graff heinrich von Schawnberg, die vesten, vnd Gesloss, Schawnberg, Stauff, das Newhauss, vnd Everding die von dem Ehrwürdigen vnsern lieben Freund, herrn Iohannsen Bischoffen zu Pazzaw, vnd demselben seinem Gotteshauss zu Pazzaw, zu lehen seind demselben von passaw auffgegeben, vnd ihn gebetten hat, dass Er Vns die verleyhen geruchte, als hat Vns, vnser Erben vnd Nackommen derselb von pazzaw, die ehegenante gesloss und veste, mit ihr zugehörung verliehen, nach laut der lehenbrieff, die Er vns darüber hat gegeben; vnd davon so sullen vnd wellen wir selber, vnser Erbern und nachkommen, fürbas von demselben vnd Pazzaw seinen Nachkommen, und seinen Gottshauss daselbst die vorgenante vest vnd geschloss, zu rechten lehen erkennen, vnd die von jhn nehmen vnd empfahen, wenne es zu schulden kompt vngeuerlich, Mit vrkund dieses briefs. Geben zu lintz am Sambstag nach S. Gallentag, nach Christi gebuhrt, dreyzehenhundert jahr, vnd in dem drey vnd achtzigsten jar.

CLVII.

Eidesformel der Passauer Bürgerschaft gegen ihren Herrn und Bischof Georg, Grafen zu Hohenloh.

um 1395.

Wir sweren, daz wir unsern rechten vnd natürleichen herrn Bischoff Jörgen zu Pazzaw, allen seinen Nachkommen vnd seinem Gotteshaus voran vnd des ersten, darnach der Statt vnd der burger gemeinglich ze pazzau würd, nutz, vnd ehr, vnd all ihr nothdurft vnd sache getrewlich vnd ernstlich, fürderlich vnd endlich, betrachten vnd besorgen, bedenken vnd aussrichten, als wir immer best kunnen vnd mögen, vnd dass wir recht, gleich, vnd gemein rathgeben sein, also das wir dem armen als dem reichen, gemeinlich vnd unuerzogenlich aussrichten vnd rathen, vnd vns nichts daran irren lassen, weder schankung noch ratmiet, freundschaft noch feundschaft, noch dhein ander sach, an alles geuerde. Also helff vns Gott vnd all sein heiligen.

Digitized by Google

CLVIII.

Eidesformel der Passauer-Bürgerschaft auf den ihnen nach dem grossen Aufstande vom Bischofe Georg gesetzten Bürgermeister und Rath.

1395 um.

Wir Sweren daz wir dem burgermeister, dem Richter vnd dem Rath, die vnser rechter herr, Bischoff Jörg zu Passaw gesetzt hat, gehorsam sein, zu deselben vnsers rechten herrn Bischoff Jörgens vnd seines Gotteshausses handen, ehren vnd nutzen, vnd was vns vnser herr Bischoff Jörg selb voran, oder von seinem wegen sein bürgermeister, sein richter, oder sein rath ze passaw gepieten, annahen, oder thun wellen, gegen den bürgern armen vnd reichen zu passaw, ausleuten, oder gästen in der Statt oder auff dem land, daz wir in das geholffen vnd gehorsam sein, vnd völliglich zu ihn lauffen, mit trewen vnd ohnverzogenlich ohn alle widerred, als oft ihn des noth geschichet, ohne gefährd. Also helff vns Gott vnd all sein heiligen.

CLIX.

Herzogs Heinrichs von Landshut Bitte an Bischof Leonhard, ihm die Steuer, die er auf des Hochstifts Leute im Riedergericht gelebt, diesmal aus Bitte und nicht aus Recht zu verwilligen.

Burghausen 8. Sept. 1224.

Dem Erwürdigen in Gott, vnserm besunder lieben Freund, Herrn *lienhard* Bischoffen zu Passaw.

Ehrwürdiger in Gott besunder lieber freund. Unser freundlich Dienst zuvor. Als ir uns iezt geschrieben habt, von der *stewr* wegen, die wir jetzt auff ewer arm leut in *Rieder gericht* gelegt haben, vnd begehrt die ewrn der zu uertragen; wann ihr darumb von vnsern *vorfordern vnd vns gefreyet* seyt, haben wir wohl vernommen, vnd pitten Ew mit fleiss, das ihr vns selb stewr zu diesem mahl, von bett vnd nit von recht wegen gehen lassen wollet, vnd soll euch das auch an ewrern Freyheiten rechten vnd gnaden keinen schaden bringen. Daran erzeiget Ihr vns besunder lieb vnd freundschaft, das wir vmb Ew in solchen und andern Sachen, gern verdienen, vnd auch ewer vnd ewers Gotzhaws Sachen dester gerner fürdern wollen wo die an Vns gelangen. Geben zu Burkhausen an Vnser lieben frawen tag Nativitatis Anno etc. XXIIII.

Henrich von Cottes Gnaden
Herzog in Bayrn.

CLX.

Graf Eberhard von Lupfen, Landgraf zu Stühlingen spricht im öffentlichen Hofgericht zu Basel an der Stelle seines Herrn und Kaisers Sigmund über Recht und Gerichtsbarkeit der Bürger zu Passau, aus Anlass, dass Graf Ezel von Ortenburg, Passauer Bürger, ihrem Bischofe mit besondern Eiden verpflichtet, vor Westphalen an das heimliche Gericht geladen hatte.

Basel, Freitags vor Philippi und Jacobi 1434.

